bens ex virtute. Allegoricus, ſoliditatẽ habens ex fidei certitudine. Anagogicus, ſoliditatẽ habens
ex æternoꝝ promiſſoꝝ immobilitate. Prouerb. 30. Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſa-
pientiora ſapientibus. Hæc ſunt oſſa non quorumlibet, ſed prophetaꝝ, vt notetur ſcripturæ au-
thoritas & ſanctitas. Authoritas in inſpiratione, Inſpiratio(vt dicit Caſſiodorus) immobilis ve-
ritatis eſt. Sanctitas aũt inſpirantis à ſpiritu ſanctificãte. Sapientiæ. 7. Per nationes in animas ſan-
ctas ſe transfert, amicos dei & prophetas conſtituit. Iohel. 3. Effundã de ſpiritu meo ſuper omnẽ
carnẽ, & prophetabunt filij veſtri & filiæ. Per hoc aũt quod dicitur, pullulant de loco ſuo, tangi-
tur vtilitas. Pullulat eñ quod à principio ſibi intrinſeco germen emittit. A ſenſibus eñ ex verbis
prophetaꝝ pullulantibus, tota germinat eccleſia. Eſa. 27. Qui egrediuntur impetu à Iacob, flore-
bunt, & germinabit Iſrael, & implebunt faciem orbis ſemine. Oſee. 14. Ero quaſi ros, & Iſrael ger
minabit quaſi lilium, & erumpet radix eius vt Lybani, ibunt rami eius & erit quaſi oliua gloria
eius, & odor eius vt Lybani. Et virtutẽ pullulatiõis dicit, cũ ſubdit, de loco ſuo, ita ꝙ præpoſitio,
de, dicat cauſam & continentiam ſimul. Locus aũt prophetaꝝ, ſpũs ſanctus eſt, ad quem mouen-
tur, accipiendo inſpirationẽ, & à quo mouentur miſſi ad denuntiationẽ, & intra quẽ continẽtur
per ſanctitatis virtutẽ, Gene. 28. Quàm terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud niſi domus dei &



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

porta cœli. Hic locus pullulare facit quod plantatur in ipſo. Exo. 3. Locus in quo ſtas, terra ſancta D
eſt. Eſa. 5. ſecundũ literã Septuaginta: Vinea fuit dilecto in loco vberi. Hoꝝ omniũ cauſam me-
Prophetarũ duplex actus & finis. ritoriam ſubiungit, & in hoc accipitur actus proprius prophetaꝝ & finis. Et eſt duplex, in alio ſci
licet & in ſeipſis. In alio prophetæ propriũ eſt, corroborare proximũ qui luctatur cõtra diabolũ,
mundũ, carnẽ & vitia, & ideo Iacob vocatur, qui luctator interpretat. Ephe. 6. Nõ eſt nobis, ſup
ple tantũ, colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus
mundi rectores tenebraꝝ haꝝ, contra ſpũalia nequitiæ in cœleſtibus. Sic luctatus eſt Iacob cum
angelo (Gene. 22) & tetigit neruũ fœmoris, & ſtatim emarcuit, contra concupiſcentiã carnis, &
accepit benedictionẽ cõtra diabolũ, & cõfortationẽ contra mundũ & hoïes. Sic Iudas Macha-
bæus corroborauit ſuos, 2. Macha. vlt. Singulos aũt illoꝝ armauit nõ clipei & haſtæ munitione,
ſed ſermonibus optimis & exhortationibus. Finis aũt & ſcopus in ſeipſis eſt quod ſubditur, Et re
demerunt ſe in fide virtutis ſuæ. Ezech. 3. dicitur, ꝙ propheta ſpeculator eſt, nec de periculo mali
ſpeculatoris ſe redimit, niſi per virtutẽ fideliſſimæ ſpeculationis, vt ſcilicet omne quod viderit, de
nuntiet, ſicut dicitur Eſa. 21. Pone ſpeculatorẽ, & omne quod viderit, enuntiet. Fideliter ergo an
nuntiantes omne cõſilium dei, ſeipſos redemerũt à periculo negligentis ſpeculatoris, quod dicit
Ezech. 3. Si me dicente ad impiũ, morte morieris, nõ annuntiaueris ei, ille quidem in peccato ſuo
morietur, ſanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã, quod cõtra Paulus in Act. 20. dicit: Innocens
ego ſum à ſanguine omniũ veſtrũ, non eñ effugi quo minus annuntiarẽ vobis omne cõſiliũ dei.

## ARGVMENTI DIVI HIERONYMI IN duodecim prophetas minores explanatio.

HVic libro Hieronymus ꝓmittit argumentũ, in quo mentes inſtruit legentium de E
quatuor, ſcilicet de ordine, de modo, de libri vnitate, de prophetaꝝ & prophe-
tiæ tempore, & hoc eſt. ⌊Non idem eſt ordo duodecim prophetaꝝ, ⌋hoc eſt,
libri in quo duodecim prophetaꝝ prophetiæ cõſcribuntur, ⌊apud Hebræos, ⌋
vbi ſcilicet prima veritas eſt & fons prophetiæ, ⌊qui & apud nos, ⌋ſecũdũ. ſ. an-
tiquã tranſlationẽ Septuaginta. Ibi eñ talis ordo eſt, Oſee, Amos, Michæas, Io
hel, Abdias, Ionas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. ⌊Vnde ſecundũ
quod, ⌋hoc eſt, ſecundũ quem ordinem, ⌊ibi, ⌋hoc eſt, apud Hebræos, ⌊legitur ⌋de ordine ſci-
licet, ⌊hic quoq; ⌋hoc eſt, apud latinos in noſtra tranſlatione, ⌊diſpoſiti ſunt, ⌋hoc eſt, ordina-
ti ſunt. 1. ad Corinth. 14. Omnia autem ſecũdum ordinem fiant in vobis. ⌊Oſee, ⌋ tangit hic mo
dum in Oſee, in Iohel ſpecialiter, & in cæteris in ſumma, & hoc eſt, ⌊Oſee comaticus eſt. ⌋Co-
Coma. ma ſunt ſentẽtiæ perfectæ ſine cõiunctionibus cõiunctæ, & eſt color rhetoricus, ſicut & cola ſunt
Cola. ſententiæ imperfectæ ſine coniunctionibus coniunctæ, ſicut Eſaiæ primo: Væ genti peccatrici,
populo graui iniquitate, filijs ſceleratis, ſemini nequam, Ecce cola. Deliquerũt dominũ, blaſphe-
mauerũt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum, Ecce comata. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& ⌋
id eſt, ⌊quaſi per ſententias loquens ⌋ perfectas, ſcilicet ſine cõiunctione cõiunctas, & ſubdit de
Iohele, ⌊Iohel planus in principijs, ⌋ vbi ſcilicet loquitur de perſequutione Nabuchodonoſor,
⌊in fine obſcurior, ⌋ vbi de iudicio extremo loquitur. Et ſubdit in cõmuni de omnibus, ⌊& vſq; F
ad Malachiam habent ſinguli proprietates ſuas, ⌋in modo ſcilicet, ⌊quem ⌋ ſcilicet Malachiam
⌊Eſdram ſcribam legiſq; doctorem, ⌋ hoc eſt, legis doctorem ⌊Hebræi autumant ⌋. ſ. eſſe. Et
ſubdit de libri vnitate, ⌊& quia longũ eſt nunc de omnibus dicere, ⌋ſigillatim ſupple. Eccle. 43
Multa dicimus & deficimus in verbis. ⌊Hæc tantũ vos, ò Paula & Euſtochium, ⌋hoc eſt, ma-
ter & filia, ⌊admonitas volo ⌋ſupple eſſe, ⌊vnũ librum eſſe duodecim prophetarum ⌋ ab vnita-
te finis. ſ. quem diximus in præcedentibus. Et ſubdit de tempore, ⌊& Oſee ⌋ fuiſſe ſupple ⌊ſyn-
Prophetæ duodecim quo tẽpore vnuſquiſq; propheta rit. chronon, ⌋hoc eſt, contemporaneũ, à ſyn, quod eſt con, & chronos, quod eſt tempus, ⌊Eſaiæ ⌋
Prophetauerũt autem eiſdẽ temporibus Oſee & Eſaias & Iohel & Amos & Abdias & Ionas &
Michæas, ⌊Malachiam ⌋vero vltimum, ſcilicet ⌊Aggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus, ⌋hoc
eſt, eoꝝ ſynchronon, ⌊in quibus autem, ⌋hoc eſt, prophetis, ⌊tempus non præfer-
tur in titulo, ⌋hoc eſt, in principio prophetiæ, ⌊ſub illis eos regibus pro
phetaſſe, ⌋ ſupple autumant Hebræi, ⌊ſub quibus & hi qui
ante eos, ⌋ſupple immediate ponuntur, ⌊ha-
bent titulos ⌋. ſ. regum ſupple
⌊quibus propheta-
uerunt. ⌋

A

# PROLOGI DIVI HIERONYMI IN OSEE prophetam explanatio.

HIeronymus præmittit Oſee prologum, in quo dicit, qualiter ſcilicet ad prophetiā
venerit & quid prophetauit, ibi ſcilicet, Propter quod deus ad Oſee hæc loquu-
tus eſt. In primo duo dicit, ſcilicet, quis propheta fuit, & quando prophetauit, &
ꝙ ſpiritu dei inſpirante. Secundo, propter quid prophetauit: & hoc eſt. ⌊Tem-
poribus Oſie, ⌋de quo legitur. 4. Reg. 15. ⌊& Ioathan, ⌋de quo ibidem, ⌊& A-
chas, ⌋de quo. 4. Reg. 16. ⌊& Hezechiæ, ⌋de quo. 4. Reg. 18. & ſubdit in commu
ni, ⌊regum Iuda, ⌋hoc eſt, duaꝝ tribuum, ⌊& Hieroboam, ⌋qui fuit pronepos Iehu, de quo
4. Regum. 14. ⌊filij Ioas, ⌋de quo. 4. Reg. 13. ⌊regis Iſrael, Oſee filius Beeri, ⌋de tribu. ſ. Iſaſchar,
⌊ad prophetiā dicēdam, ⌋hoc eſt, ad enuntiandā, ⌊ſpiritu ſancto, ⌋nō ſpiritu hominis ſcilicet,
1. Pet. 1. Nō volūtate humana allata eſt aliquādo prophetia, ſed ſpū ſancto inſpirati, loquuti ſunt
ſancti dei hoīes. Et hoc eſt, ⌊repletus eſt, ⌋repletio ſonat plenitudinē præmentē pectus ad vo-
mitū, qui vomitus ſignat de intimis eructatū verbum. Prouerb. 30. Verba congregantis, filij vo-
mentis. Pſal. Eructauit cor meū verbum bonū. Eructatio em̄ intimoꝝ habet odorē & ſaporem.
Et ſubdit quare prophetiā recepit. ⌊De memorato itaq; numero regū Achas rex Iuda & Hiero
boam rex Iſrael, ⌋hoc eſt, decē tribuū, ⌊deū derelinquentes, ⌋quantū ad cultū ſupple, ⌊vt hiſto
riæ regū, ⌋hoc eſt, liber regū, ⌊& Paralipomenon indicāt, ⌋in præaſſignatis locis ſupple, ⌊etiā
Iſrael, ⌋hoc eſt, populū decē tribuum, ⌊idololatriæ crimen, ⌋hoc eſt, criminoſum peccatū, ⌊im
perio, ⌋hoc eſt, p̄cepto, ⌊ac poteſtate ſua ⌋coactiua ſupple, ⌊admittere coegerūt ⌋ſicut Oſee. 7
B declaratur. ⌊Propter quod ⌋deſtruendū. ſ. peccatū idololatriæ, ⌊deus ad Oſee hæc loquutus eſt
dicens, ⌋Hiere. 7. Miſi ad vos oēs prophetas meos de nocte cōſurgens mittēſq;. Et ſubdit quid
prophetet, & dicit tria. ſ. quid prophetet, & qualiter intelligendū, & quid intelligatur per filios.
⌊Accipe vxorem fornicariam ſiue fornicationū, ⌋hoc eſt, quæ non fidem thori, nec iuſtitiā de-
biti, vel bonum prolis attendit, ſed tantum libidinem corporis, propter quod philoſophus dicit,
ꝙ fornicatrix inhoneſtior eſt ꝗ meretrix. Meretrix em̄ aliquid boni attendit, quia mercedē, for
nicatrix aūt nihil niſi libidinē, ⌊& fac filios fornicationis, ⌋qui. ſ. nihil iuris habeant nec in marito
nec in hæreditate mariti, & abijci poſſunt quādocunq; voluerit maritus. Et exponit quod dixit,
⌊fornicariā itaq;, nō elocati corporis meretricē, ⌋meretrix em̄ locat corpus pro mercede, ⌊ſed
gentilem, ⌋populum ſupple, ⌊deum ⌋verū, animæ virum ⌊ignorantē, ⌋& ideo relinquentē ſup
ple ⌊appellat. ⌋Pſal. Perdes omnes qui fornicant̄ abs te. Et explanat quod dixit, ⌊quæ ⌋. ſ. me-
retrix, ⌊dei creatoris ſui amore cōtempto. ⌋Deut. 32. Deum qui te genuit, dereliquiſti, & obli-
tus es dei creatoris tui, ⌊ſimulachroꝝ ſe ſubiecit deſiderijs, ⌋per cultum. ſ. idolorū. Hiere. 2. Duo
mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontē aquæ viuæ & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas
continere nō valentes aquas. Et ſubdit de ſucceſſione. ⌊Sed cū dei p̄cepto propheta in hac re pa-
ruiſſet, ⌋fornicariam. ſ. dicto modo ducēdo, ⌊cōceptum ex ea filium, Iezrahel p̄cepit nomina-
ri, ⌋ab euentu. ſ. imponens nomē, eo ꝙ ſanguis innocens effuſus in Iezrahel, redundare deberet
in caput eius. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊deo pollicente, ⌋Oſee. 1. ⌊poſt breue tempus, ⌋duorū
C . ſ. vel trium regū ſpatium, ⌊ſanguinem Iezrahel in domo Iehu, ⌋hoc eſt, in generatione Iehu,
de quo legitur. 4. Reg. 9. & . 10. ⌊vindicare, ⌋hoc eſt, pro ſimili peccato ſimiles pœnas inferre. Et
hoc eſt quod ſequitur. ⌊Cuius promiſſionis, ⌋hoc eſt, cōminationis, ⌊hæc cauſa eſt Iehu per He
liſæum, ⌋hoc eſt, per diſcipulum Heleſæi, ⌊in regem inuncto, ⌋ſicut legitur. 4. Reg. 9. ⌊ad defen
dendum, ⌋hoc eſt, vindicandum, ⌊ſanguinem Naboth ciuis Iezrahel, ⌋innocenter. ſ. effuſum,
⌊quæ ⌋. ſ. Iezrahel, ⌊tunc temporis metropolis erat ⌋Samariæ, ⌊quē Iezabel, ⌋quæ fluxus ſter-
quilinij interpretatur, ⌊Achab regis ⌋Iſrael ⌊vxor, ⌋qui peſſimus erat, ⌊interemerat, ⌋hoc eſt,
interimi p̄ceperat. Danie. 13. Innocentē & iuſtum ne interficias, ⌊ſicut regum hiſtoria exponit ⌋
3. Reg. 21. ⌊Is ⌋. ſ. Iehu, ⌊cum grauiter, ⌋hoc eſt, graui pœna, ⌊iuxta dñi præceptum, ⌋ſicut le-
gitur. 4. Reg. 9. ⌊vindicandi ſanguinis cauſa, ⌋innocentis. ſ. Naboth, ⌊in omnem memorati, ⌋
hoc eſt, Achab, ⌊domū, ⌋hoc eſt, generationē, ⌊deſæuiſſet, ⌋hoc eſt, ſæuiendo vindicaſſet, ita. ſ.
ꝙ ſeptuaginta filios Achab & nepotes eius quadraginta interfeciſſet, ſicut legit̃. 4. Reg. 10. ⌊hoc
pacto, ⌋zelo. ſ. dei, ⌊dominū dereliquiſſe inuenitur, ⌋adhærens. ſ. idolis. 4. Reg. 11. ⌊cuius ⌋. ſ. Ie
hu, ⌊pronepote Hieroboam, ⌋de quo legit̃. 4. Reg. 14. Filius em̄ Iehu erat Ioas, nepos Ioathaz,
pronepos Hieroboam, ⌊qui lectione comprehēſus eſt, ⌋hoc eſt, qui in lectione Oſee in textu cō
prehenſus eſt & nominatus, ⌊originis ſuæ facta, ⌋hoc eſt, peccata paterna, ⌊imitante, ⌋ſicut ge
nimina viperarum, Lucæ. 3. ⌊ac contra dei præcepta, ⌋qui idololatriam deteſtatur, ⌊& reli-
gionem ⌋cultus diuini, ſcilicet ⌊cū populo Iſrael, ⌋ſupple cōſentiente, ⌊agente ⌋. ſ. idololatriam
⌊ſanguis Naboth, ⌋viri. ſ. Iezrahelitæ, ⌊qui in loco certe Iezrahel, ⌋hoc eſt, ciuitatis quæ ſic no-
minabatur, ⌊fuerat profuſus, ⌋hoc eſt, abundanter effuſus. Pſal. Vindica ſanguinē ſanctoꝝ tuo-
rum qui effuſus eſt, ⌊in domo Iehu, ⌋hoc eſt, in generatione Iehu patris, hoc eſt, attaui, ⌊procu

ratoris memorati Hieroboæ,⌋ pronepotis ſui ſcilicet,⌊propter pctã⌋ paterna.ſ.quæ imitatus D
eſt,⌊redundaturus ſignificat,⌋per vindictã.ſ.Exo.20.Ego ſum deus zelotes vindicãs pctã pa-
trũ in filios,in tertiã & quartã generationẽ.⌊Hinc factũ eſt,⌋hoc eſt,propter hoc,⌊vt ira dei,⌋
hoc eſt,punitio⌊in populo Iſrael⌋imitãte.ſ.idololatriã,⌊p denuntiationẽ prophetæ⌋Oſee.ſ.
⌊proceſſura diceret,⌋vt oẽs.ſ.inuolueret,⌊domui aũt Iuda,⌋hoc eſt,duabus tribubus,⌊miſeri
cordia lectione cõprehẽſa⌋hoc eſt,in lectione textus.Oſee.1.dicit:Domui Iuda miſerebor & ſal
uabo eos,⌊ob hoc⌋.i.propter hoc⌊ꝓmiſſa eſt,quia Hezechias rex Iuda filius Achas,⌋de Achas
legit.4.Reg.16.⌊ſublatis idolis,⌋de terra ſupple,⌊quæ⌋.ſ.idola⌊tam pater eius⌋.ſ.Achas⌊q̃
cæteri reges⌋aui.ſ.& proaui ſui⌊cõſecrauerũt,⌋vel potius prophanauerũt,⌊tẽplũ dei purgaſ-
ſe⌋ab idolis.ſ.⌊ac purificaſſe⌋à cultura idoloꝝ & idololatris,⌊monſtrat,⌋ſicut legit.4.Reg.18

¶In capitulum primum Oſee prophetæ enarratio.

VErbum dñi⌋ Incipit Oſee,qui cõtra decẽ & duas tribus prophetat de
idololatria.Et diuidit in partes duas.In titulũ.ſ.& in prophetiã.Pro-
phetia ibi incipit:Et dixit dñs ad Oſee,vade.Titulus duplex eſt.ſ.enũ-
tiationis propheticæ & inſpirationis.Titulus enuntiationis ad tẽpus re
fertur,in quo facta eſt enuntiatio,hoc eſt,ad reges illoꝝ tempoꝝ.Titu
lus inſpirationis ad deũ refertur,q per ſpm̃ dat inſpirationẽ.Et hoc eſt, E
⌊Verbũ dñi,⌋nõ hoĩs ſupple.1.Theſſ.2.Accepiſtis illud ſicut vere erat
vt verbũ dei,& nõ hoĩs,hoc dicit,verbũ in ſingulari,qa in deo vnũ eſt,
quod tñ effectiue & formaliter multoꝝ & cauſa & ratio eſt,& ideo quũ
verbũ ſingulariter diceret,dñi addidit.Vnde Iohã.1.de verbo quod in
principio apud deũ erat,ſubdit,oĩa per ipſum facta ſunt,⌊quod factũ eſt,⌋verbũ eñ factiuũ eſt
& potius faciendo q̃ dicẽdo oſtendit ſeipſum.Et ideo dicit ibi gloſſa,quod deificat,Iohã.10.illos
dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt,⌊ad Oſee,⌋nomen prophetæ eſt,q̊d ſaluator interpreta
tur,eo ꝙ gratia ſermonis multos ſaluat,Ecci.46.ſecũdum nomẽ ſuum maximus in ſalutem ele-
ctoꝝ dei,⌊filium Beeri,⌋notatur ꝙ pater propheta fuit.Dicit eñ Hierony.ꝙ patres propheta
rũ in titulis poſiti,prophetæ fuerũt.Pſal.Nolite tangere Chriſtos meos,& in prophetis meis no
lite malignari.Interpretat aũt Beeri,putei mei,& profunditatẽ myſterioꝝ ſignat.Iohan.4.Pu-
teus altus eſt.Hi ſunt putei quos foderũt patriarchæ & allophyli terra repleuerũt,Gene.26.Nu-
me.21.Aſcendat puteus,concinebãt.Puteus quem foderũt principes & parauerunt duces multi
tudinis in datore legis & in baculis ſuis.Veritate eñ legis & rectitudine virtutis quæ per baculũ
ſignificatur,aqua iſtius putei attingitur,⌊in diebus Oziæ Ioathan⌋filij Oziæ,de quibus legitur
4.Reg.15.⌊Achas,⌋de quo.4.Reg.16.⌊Hezechiæ,⌋de quo.4.Reg.18.⌊regũ Iuda,⌋hi eñ in
duabus tribubus regnauerũt,⌊& in diebus Hieroboam⌋qui pronepos fuit Iehu,⌊filij Ioas,⌋de
quibus.4.Reg.13.⌊regis Iſrael.⌋Hieroboam eñ regnauit ſup decẽ tribus & fuit filius Ioas ne-
potis Iehu.Filius eñ Iehu fuit Ioathan,q filiũ reliquit Ioas,q pater fuit Hieroboam,ſicut legitur
4.Reg.14.vtriuſq;.ſ.decẽ tribuũ & duaꝝ ponit reges,qa de vtriſq; prophetauit,licet principali- F
ter de decẽ tribubus.Et ſubdit titulũ inſpirationis,⌊principiũ loquendi dño in Oſee⌋ ſupple eſt
iſtud,q̊d duos ſenſus habet.Poteſt eñ ſignificare,ꝙ cũ & alij prophetæ,ſicut Eſaias,Iohel,Ab-
dias,Michæas,ſub eiſdẽ regibus,q nominati ſunt,prophetauerũt, tamen dño inſpiranti princi-
pium fuit loquẽdi in Oſee,ante alios.ſ.prophetas.Poteſt etiã eſſe ſenſus,ꝙ de muliere fornicatio
nis principiũ ſumpſit dñs loquẽdi in Oſee.Dicit aũt,in Oſee,& non,ad Oſee.Si eñ ad Oſee dice
ret,ſermo ad Oſee dirigeret,quod nõ eſt veꝝ,ſed potius Oſee pro inſtrumẽto vtitur loquẽdi ad
alios,& ideo in Oſee loquit ſicut ſpũs in lingua.Pſal.Lingua mea calamus ſcribæ.2.ad Corin.13
An experimẽtum quæritis eius q in me loquitur Chrs.Pſal.Audiã quid loquat in me dñs deus.
¶⌊Et dixit dñs.⌋Hic incipit prophetia,& diuidit in partes duas.Primo eñ prophetat p reꝝ ſi
militudines,arguens idololatriã.Secũdo,ſub atteſtatione veritatis,infra.4.ibi,Audite verbũ dñi
domus Iſrael.Prima diuidit in duas.Primo eñ ponit ſimilitudinẽ fornicariæ,arguens decẽ tri-
bus.Secũdo ſimilitudinẽ adulteræ,arguens duas,infra.ſ.tertio,ibi:Et dixit dñs ad me,adhuc va-
de.Prior adhuc in duas diuidit.Primo eñ ponit res in qbus accipit ſimilitudinẽ.Secũdo,ex ſimi
litudinibus arguens per recti iudicij cõuincit rationẽ,infra.2.ibi:Dicite fratribus veſtris,populus
meus.Prior haꝝ adhuc in duas diuiditur,in quaꝝ prima exprobrãdo idololatriam,cõminat pœ
nam.In ſecũda vero,ne deſperẽt,promittit liberationis grãm,ibi:Et erit numerus filioꝝ Iſrael.
Adhuc prior in duo diuidit.Ponit eñ primo ſimilitudinẽ à fornicaria.Secundo,à natis eius,ibi,
Et cõcepit & peperit ei filiũ.In primo duo dicũtur,p̃ceptũ dñi & obediẽtia prophetæ.Et hoc eſt
ergo q̊d dicit⌊Et dixit dñs ad Oſee⌋p̃cipiẽdo.ſ.Amos.3.Nõ faciet dñs verbũ,niſi reuelet ſecre
tũ ſuũ ad ſeruos ſuos ꝓphetas,⌊Vade ſume tibi vxorẽ fornicationũ.⌋Sic reſoluẽda eſt cõſtructio
ſecundũ Hieronymũ,in originali,Vade à me.ſ.miſſus,vxorẽ fornicationũ,hoc eſt,quæ tota for-
nicatio-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A nicationibus dedita eſt, ita ꝙ conſtructio ſit inter genitiuum & accuſatiuum ad demonſtrationẽ
excellentiæ, ſume tibi, hoc eſt, ad formam tui, non illius, vt ipſa. ſ. depoſita immunditia ex te ſan-
ctificetur, & tu non inquineris ex illa. 1. ad Corinth. 7. Sanctificata eſt mulier fidelis per viꝝ fide
lem. Vnde Hieronymus: Non enim ꝙ bonus permanet polluitur ſi ſocietur malo, ſed ꝙ malus eſt
in bonum vertitur, ſi boni exempla ſectetur. Sic vt dicit Hieronymus vir eruditiſſimus: Xeno-
crates laudatur ꝙ Polemonem luxurioſiſſimum iuuenem, & inter pſaltrias atq; tibicines impudi
cas mulieres ebrium & hædera coronatum ſumpſit ſibi & fecit obedire ſapientię & adoleſcẽtem
turpiſſimum mutauit in ſapientiſſimum philoſophorum. Sic Socrates ad cœlum leuatur laudi-
bus, qui Phędonem (ex cuius nomine Platonis liber eſt de animæ immortalitate) de lupanari ob
crudelitatem & auaritiam domini multorum libidini ſeruientem in Academiam tranſtulit & ho
neſtiſſimũ fecit. Et ideo dicit, ſume tibi, & non ſimpliciter ſume, nec dicit, coniunge te illi. Apo-
calyp. 17. Oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, forni
catrix tamen inhoneſtior eſt ꝙ̃ meretrix. Fornicatrix enim mente & corpore corrupta non quę-
rit niſi libidinẽ. Meretrix autem à merendo dicta requirit mercedẽ. ⌊Et fac tibi filios fornica
tionis⌋ Sic ordinãda eſt conſtructio, filios fornicationis, hoc eſt, de fornicatione natos, fac tibi,
hoc eſt fac vt tui ſint per adoptionem. Non ergo vult dicere, quod fornicarie generet, ſed quod
natos ex fornicatione ſibi faciat & informet & reducat ad fidei caſtitatem, & ſic ſimilitudo reſpõ
det ſignificationi. Vult enim dicere, ꝙ ſynagogam primo fornicantem in Chaldæa, & poſtea in
Aegypto cum filijs ſibi fecerit, & à ſordibus purgauerit, quod oſtenditur Ezech. 16. per totũ vbi
dicit, ꝙ conculcatam in ſanguine ſordidam aſſumpſit, & amictum ſuum ſuper eam expandit,
& ſubiungit rationem, ⌊quia fornicans fornicabitur terra à domino⌋ Fornicans. ſ. in idolis, for
B nicabitur in mundi delectationibus, terra per methonomiam dicitur, hoc eſt, habitantes in ter-
ra, à domino ſupple recedens. Hiere. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere
ad me, & ego ſuſcipiam te. Pſal. Perdes omnes qui fornicantur abs te. ¶⌊Et abijt⌋ Tangit obe-
dientia prophetæ, ⌊& accepit Gomer⌋ quæ conſummata vel perfecta interpretatur. Pro eo au-
tem, ꝙ non tantum perfecta, ſed etiam expleta erat in fornicationibus, ⌊filiam Debelaim⌋ quæ
interpretatur maſſa caricarum ſiue ficuum, eo ꝙ in ſe multas dulcedines fornicationum commaſ-
ſauerat, vt ſit fornicaria filia fornicariæ. Ezech. 16. Filia matris tuæ es tu. Poeta: Mater venalis fa
cit vt ſit filia talis. Hæc ſimilitudo congruit, quia immundam & contaminatam ſibi accepit deus Synagoga
ſynagogam & mundauit eam, lege, ſacramentis & prophetia. ¶⌊Et concepit⌋ Tangit hic ge- ſignificat ꝑ
nerationem, in qua ſimilitudo populi accipitur, quę duplex eſt in culpa. ſ. & in pœna. Similitudo mulierem
in culpa repreſentatur per filiam, ibi. ⌊Et concepit adhuc.⌋ In ſimilitudine, in culpa, tria notã- fornicariã.
da ſunt. Primo, quod per locum, in quo culpa perpetrata eſt, ſignificatur culpa ab euentu. ſ. quia
ita euenit, ꝙ in tali loco culpa facta eſt, ſecundum ꝙ̊d ſub eodem nomine culpa ad alios tranſit, ꝙ
ſimile peccatũ commiſerũt, tertiũ, quod ſimilis pœna debetur ſimili culpæ. Dicit ergo. ⌊Et cõce-
pit⌋ ſecundum Hieronymũ, non concepit ex propheta, ſed ex fornicatione. Pſal. Concepit do-
lorem & peperit iniquitatem, ⌊& peperit ei filium⌋ nõ ei ſicut carnali patri, ſed ei ſicut adoptãti
C & aſſumenti ſibi filiũ. Sic eñ Iudæos filios ſynagogæ in fornicatione idolorum natos aſſumpſit
dñs & adoptamur, & hoc modo dicitur pater. Deute. 32. Nunquid non ipſe eſt pater tuus ꝙ poſ-
ſedit, fecit & creauit te. ⌊Et dixit dñs ad eum⌋ hoc eſt, ad prophetã, ⌊voca nomen eius Iezrael⌋
3. Reg. 21. Iezrael ciuitas eſt, in qua innocenter interfectus eſt Naboth, & à loco peccatũ accipit
nomen. Vnde tantũ valet ac ſi diceret: Voca nomen eius interfectorẽ innocentis. 4. Reg. 24. Re
pleuit Hieruſalem cruore innocentiũ vſq; ad os, & rationẽ huius nominis ſubiungit, ⌊quoniam
adhuc modicũ⌋ ſupple tẽpus erit. Heb. 10. Adhuc modicum aliquantulum, & ꝙ venturus eſt ve-
niet, ⌊& viſitabo⌋ per vindictam. ſ. ⌊ſanguinẽ Iezrael⌋ gloſſa habet, occiſionẽ populi mei in-
nocentis, ⌊ſuper domũ Iehu⌋ hoc eſt, ſuper generationẽ Iehu, & hoc peccatũ in ſimili noĩe trã-
ſit ad inuitantem. Sicut eñ legitur. 4. Reg. 9. & 10. Iehu ſolicite vindicauit ſanguinẽ innocentem
Naboth in domũ Achab interfectis ſeptuaginta filijs eius, & præcipitata Iezabel vxore ſua, in-
terfecto etiã rege Iuda genero Achab, interfectis etiã quadraginta viris de cognatis ſuis, & po-
ſtea à ſimili peccato non cauit, & ideo ſimili modo in eũ vindicauit & poſt modicum, quia Hie-
roboam pronepote Iehu ſub quo Oſee prophetauit mortuo Zacharias filius eius ſibi ſucceſſit,
quem ſexto menſe regni ſui occidit Sellum, qui de alia ſtirpe fuit & vindicauit in eum, ꝙ ipſe in
Achab vindicauerat, ſicut legitur. 4. Reg. 15. Pſal. Intende ad viſitandas omnes gentes non mi- Pc̄tm̄ inul-
ſerearis omnibus qui operantur iniquitatem. Eſa. 27. Viſitabit dñs in gladio ſuo, duro, grandi, tũ nõ trãſit
& forti ſuper Leuiatan ſerpentem vectẽ. Pſal. In matutino interficiebam oẽs peccatores ter-
ræ. ⌊Et requieſcere faciam⌋ hoc eſt ceſſare regnũ domus Iſrael, decem ſcilicet tribuum. Interfe
cto eñ Zacharia ſub nepote Iehu ſtatim reges Aſſyrioꝝ cœperũt terram Ruben & Gad, & di- Aſſyrij diri
midiæ tribus Manaſſe, ꝙ̃ erat trans Iordanẽ. Deinde tranſeuntes Iordanẽ, cœperũt Nepthalim piunt decẽ
& oẽs alias tribus. Sicut legitur. 4. Reg. 17. Et tranſtulit eos in Mœdos & Perſas ſub Oſee rege tribus Iſrl.
decem tribuum, ita ꝙ ab interfectione Zachariæ vſq; ad captiuitatẽ non fluxerũt, niſi. 49. anni.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eccleſiaſtici.10. Regnũ à gente in gẽtem transfertur, propter iniuſtitias & iniurias, & cõtumelias
& diuerſos dolos, ⌊& in illa die⌋ talis. ſ. vindictæ, ⌊conteram arcũ Iſrael⌋ hoc eſt, arma decẽ tri- D
buum, vt per partem totũ ſignificetur per Synecdochen, ⌊in valle Iezrael⌋ hoc eſt, in valle per-
tinente ad Iezrael ciuitatẽ. Sunt ẽm illi latiſſimi campi & extenſe valles, in qbus pugna fuit cũ rex
Aſſyrioꝝ caperet decẽ tribus & Samariã. Pſal. Arcum conteret & confringet arma & ſcuta com
buret igni. ⌊Et concepit adhuc⌋ tangit ſtatũ populi captiuati. Vnde Hiero. Poſtq̃ cõfractus eſt
Iſrael & regnũ eius deſtructũ, extunc non Iezrael, i. ſemen dei, nec maſculus, ſed fœmina imbe
cillis naſcitur, quę vitioꝝ patet iniurijs, & habet fœmineũ animũ. ⌊Et peperit filiã⌋ hoc eſt, po
pulum fœmininũ animũ habentẽ, quod contra dicitur. 2. Machab. 7. Supra modũ mater mirabi
lis, & bonoꝝ memoria digna. Et poſt pauca, quæ fœmineæ cogitatiõi maſculinũ animũ ingeſſit,
⌊& dixit ei⌋. ſ. prophetæ, ⌊voca nomẽ eius abſq; miſericordia⌋ qa miſericordiã liberatiõis à ca
ptiuitate nõ cõſequetur. Iacobi. 2. Iudiciũ ſine miſericordia fiet ei q nõ fecit miſericordiã. Et ra-
tionẽ huius nominis ſubiũgit, ⌊qa nõ addã vltra miſereri domui Iſrael.⌋ Sæpe ẽm liberauit eos
ſed cũ videret eos in malitia obſtinatos vltra liberare noluit, ſicut expreſſe legitur. 4. Reg. 17. Qđ
propter obſtinationẽ eoꝝ in malis, noluit miſereri dñs. Iob. 30. Mutatus es mihi in crudelẽ, & in
duritia manus tuę aduerſaris mihi. Ezech. 9. Meus non parcet oculus, nec miſerebor, viã eoꝝ ſup
caput eoꝝ reddã, Et hoc eſt q̊d ſeq̃tur. ⌊Sed obliuione obliuiſcar eoꝝ⌋ Pſal. Quoꝝ nõ es me-
mor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt. Vnde Ezech. 5. dicitur, ꝙ in captiuitate poſitis, nõ
eſt miſertus, ſed nudauit gladiũ poſt eos. Cõtrariũ tamẽ videt per pſalmiſtã: Aut obliuiſcet miſe E
reri deus, aut cõtinebit in ira miſericordias ſuas. Hoc ſoluit Chryſoſt. dicẽs, ꝙ duplex eſt miſeri

Miſericordia liberãs & relaxãs.

cordia, liberãs & relaxãs. Miſericordiã relaxãtẽ nunq̃ dimittit deus, citra cõdignũ ẽm punit. Sed
miam liberãtẽ aliqñ interimit, qa nõ ſemp liberat. Ita etiã ſoluit hoc q̊d obijcit. Eſa. 49. Si p̄t ob-
liuiſci mulier infantẽ ſuũ, vt nõ miſereat filio vteri ſui: & ſi oblita fuerit, ego tñ nõ obliuiſcar tui.
Prouerb. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquã precibus, nec
recipiet pro redẽptione dona plurima. Ab hac aũt obliuione miſericordiæ, diſtinguit duas tribus,
& hoc eſt q̊d ſubdit. ⌊Et domui Iuda miſerebor⌋ hoc eſt, duabus tribubus, ita. ſ. ꝙ tũc nõ per-
mittam eos à rege Aſſyrioꝝ captiuari. Threñ. 3. Miſericordia dñi q̊d nõ ſumus cõſumpti, qa non
defecerũt miſeratiões eius, ⌊& ſaluabo eos⌋ à rege. ſ. Aſſyrioꝝ, ⌊in dño deo ſuo⌋ hoc eſt in vir
tute dñi dei ſui, & nõ in virtute humana. Eſa. 46. Dabo in Sion ſalutẽ, & in Hieruſalẽ gloriã meã,
& hoc eſt q̊d ſeq̃tur. ⌊Et nõ ſaluabo eos in arcu⌋ q longe ferit, ⌊& gladio⌋ q propinque vulne
rat, ⌊& in bello⌋ exercituũ. ſ. ⌊& in equis⌋ bellicis. ſ. dextrarijs, ⌊& equitibus⌋ militibus. ſ. peri-

De⁹ ſaluat ſuos ſine armorum potentia.

tis in arte pugnãdi. Et hoc factũ eſt. 4. Reg. 18. & 19. vbi merito Ezechiæ miſit dñs angelũ ſuum
& pcuſſit in caſtris Aſſyrioꝝ. 185. milia. De primis duobus dicit in pſal. Nõ ẽm in arcu meo ſpe-
rabo, & gladius meus nõ ſaluabit me. De tertio Iudic. 5. Noua bella elegit dñs. De quarto & quin
to, itẽ in Pſal. Fallax equus ad ſalutẽ, & gygas nõ ſaluabit. Amos. 2. Tenẽs arcũ nõ ſtabit, & ve-
lox pedibus nõ ſaluabit, & aſcẽſor equi nõ ſaluabit animã ſuã. Quod aũt decẽ tribubus conſola-
tionẽ ſubtrahit p ſimilitudinẽ exprimit, ſubdẽs. ⌊Et ablactauit⌋ ipſe. ſ. propheta nõ mulier for-
nicationũ, hoc eſt ab om̃i dulcedine legis & prophetiæ & cõſolatiõis abſtraxit. Eſa. 27. Quẽ do-
cebit ſcientiã, & quẽ intelligere faciet auditũ. Per pœnas. ſ. ablactatos à lacte, auulſos ab vberi- F
bus. Et hoc eſt, ⌊eã quæ erat abſq; miſericordia,⌋ id eſt, decẽ tribus q̃ vſq; hodie dulcedinẽ libe-
ratiõis à deo nõ receperũt. Threñ. 1. Repleuit & inebriauit me amaritudine. ¶ ⌊Et cõcepit⌋ Tã-
git hic ſimilitudinẽ ad duas tribus, & hoc eſt q̊d dicit, ⌊& peperit filiũ⌋ mutãs ſexũ. Pſal. Filij a-
lieni mẽtiti ſunt mihi, ⌊& dixit⌋ ſupple dñs ad prophetã. ⌊Voca nomẽ eius, nõ populus me⁹⌋
Cuius rõ tãgit. 4. Reg. 23. & 24. Quia captiuatis decẽ tribubus, nec duæ tribus in cultu dei pmã
ſerunt, ſed idola coluerũt, & ſe nõ vt populus dei geſſerũt. Iob. 21. Dixerũt dño deo, recede à no-
bis ſcientiã viaꝝ tuaꝝ nolumus. Et hoc eſt q̊d ſeq̃tur, ⌊qa vos nõ populus meus,⌋ hoc eſt ideo,
qa vos nõ geritis pro populo meo. Apoc. 2. Dicũt ſe Iudæos eẽ, & nõ ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſa
tanæ, ⌊& ⌋ ideo ſupple ⌊Ego nõ ero deus veſter.⌋ Transferã ẽm illos ad terrã illoꝝ deoꝝ, q̊s co
luerũt. Hieremiæ. 16. Sicut ſeruiſtis dijs alienis in terra veſtra, ita ſeruietis dijs alienis in terra nõ ve
ſtra. ¶ ⌊Et erit nũerus⌋ poſt deſolationẽ cõminationis, promiſſionẽ tãgit futuræ cõſolationis ne
deſperẽt. Et tãgit quatuor, diſperſoꝝ multiplicationẽ, multiplicatoꝝ cõuerſionẽ, cõuerſoꝝ con-
gregationẽ, cõgregatoꝝ ſub vno capite adunationem. Et hoc eſt. ⌊Et erit numerus filioꝝ Iſrael
quaſi harena maris.⌋ Multi ẽm ſunt q ad informẽ fidem veniunt temporibus nouiſſimis. Pſal.
Dinumerabo eos: quaſi dicat, non, & ſuper harenã multiplicabũtur. Eccleſiaſtici. 1. Harenã ma-
ris qs dinumerare poterit? ⌊quæ ſine mẽſura eſt⌋ Latitudinis. ſ. & longitudinis, qa in toto orbe
diſperſi ſunt. Eſa. 27. Replebũt faciẽ orbis ſemine. Pſal. In omnẽ terrã exiuit ſonus eoꝝ, ⌊& nõ
numerabitur⌋ Gloſa, præ multitudine. Vnde dictũ eſt Abrahæ. Gene. 15. Suſpice cœlũ & nume
ra ſtellas ſi potes., ſic erit ſemẽ tuũ. Apoca. 7. Vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat.
Et ſubdit de cõuerſione multiplicatoꝝ. ⌊Et erit⌋ verſus, & dictũ eſt hoc pro certitudine prophe
tali. 1. Reg. 9. Om̃e q̊d loq̃tur abſq; dubio eueniet, ⌊in loco⌋ hoc eſt, in Chaldęa, vel allegorice in
eccleſia,

A eccleſia,⌊vbi dicetur eis,⌋quãdo ducent in captiuitatẽ,⌊nõ populus meus vos,⌋hoc eſt,iſti ſunt
nõ populus dei,quia ſi eſſet deus eoꝝ,protegeret eos. Vnde Threñ.4. Recedite polluti,clamaue
runt eis,recedite,abite. Et poſt pauca: Dixerunt inter gentes,non adijciet vltra vt habitet in eis.
⌊Dicetur eis,⌋propter cõuerſionẽ & pœnitentiã,⌊filij dei viuentis,⌋qñ deus ſicut filios cõſola
bitur eos. Eſa.66. Quõ ſi mater blandiatur filio,ſic ego cõſolabor vos,& in Hieruſalem cõſolabi
mini. Iohan.1. Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri his qui credunt in noïe eius. Hanc authoritatem
inducit Apoſtolus, Rom.11.& exponit eã de cõuerſis ad Chriſtũ in tẽpore nouiſſimo,& ſubdit
de cõuerſoꝝ cõgregatione.⌊Et congregabunt filij Iuda,⌋hoc eſt,duaꝝ tribuũ,⌊& filij Iſrael,⌋
hoc eſt,decẽ tribuũ,pariter in vnã terram & cor,quod nõ poteſt intelligi de decẽ tribubus,quia
illæ nõ redierũt,ſed intelligit de quibuſdã de decẽ tribubus,qui immixti fuerũt duabus. In fine au
tem mũdi omnes cõgregabunt ad Chriſtũ,& hoc expreſſe dicitur Ezech.39. Scient,quia ego do Chriſtiani
minus deus eoꝝ,eo ꝙ tranſtulerim eos in nationes & cõgregauerim eos ſuper terrã ſuã,& non moẽs ac-
dereliquerim quenq̃ ex eis ibi,& nõ abſcõdã vltra faciem meã ab eis,eo ꝙ effuderim ſpm̃ meum cedẽt hoïes
ſuper omnẽ domũ Iſrael. Acto.4. Multitudinis credẽtium erat cor vnũ & anima vna. Et ſubdit in fine mũ-
de adunatione ſub caput vnũ.⌊Et ponent ſibimet caput vnũ,⌋ꝙ Iudæi dicunt Dauid ſuſcitatũ di.
in aurea Hieruſalem, mendacium & fabula eſt,& ideo exponendum eſt de Chriſto. Ezech.37.
Rex vnus erit omnibus imperãs,& nõ erunt vltra duæ gentes,nec diuidẽtur vltra in duo regna.
B Et paulo poſt: Ego ero eis deus,& ſeruus meus Dauid rex ſuper eos & paſtor vnus omniũ eoꝝ.
Iohan.10. Fiet vnum ouile & vnus paſtor,⌊& aſcendent de terra⌋captiuitatis,vel de terrenis ad
cœleſtia. Pſal. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymaꝝ. Philip.4. Noſtra conuer-
ſatio in cœlis eſt,⌊quia magnus dies Iezrahel,⌋hoc eſt,magna & clara iuſtitia apparebit in pœ
na iniquoꝝ,qui ſeminis dei fuderũt innocentẽ ſanguinẽ. Pſal. Hæc eſt dies quam fecit dominus.
Heſter.8. Iudæis noua lux oriri viſa eſt. Cant.3. Videte regem Salomonem,hoc eſt pacificum,in
diademate quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis eius & in die lætitiæ cordis illius.
Tunc enim in lætitia cordis iterato,deus ſibi deſponſauit populum,ſicut ſtatim dicet propheta
in capitulo ſequenti.

¶ In capitulum ſecundum enarratio.

DIcite fratribus veſtris.⌋ Hic ſecũdum inductam diuiſionẽ iudicio filioꝝ cõdem-
nanda oſtenditur mater,& habet duas partes. In prima,propter peccatum ido-
lolatriæ & ingratitudinis cõdemnabilis eſſe conuincitur. In ſecũda,ne deſperet,
more prophetali cõſolatio promittitur pœnitẽti,ibi, Propter hoc ego lactabo
eam. In prima parte duo ſunt,ſcilicet iudicium condemnationis pro idololatria
& iudicium cõdemnationis pro ingratitudine,ibi, Et hæc neſciuit. In prima ad-
huc duo ſunt. Primo em̃ prouocantur nati ad iudicium matris. Secũdo profertur forma iudicij,
ibi, Auferat fornicationes,dicit ergo.⌊Dicite fratribus veſtris,populus meus,⌋ſecũdum Hiero-
nymũ tunc loquitur ad duas tribus,& eſt ſenſus: O vos duæ tribus, dicite fratribus veſtris,hoc
eſt,de noïe quod per adoptionẽ acceperunt,monete decẽ tribus,& hoc nomẽ eſt populus meus
& cõteſtemini eos per nomẽ illud quod matrẽ iudicent,⌊& ſorori veſtræ,⌋eiſdem decẽ tribubꝰ
captiuatis dicite ſupple,⌊miſericordiã cõſequuta,⌋hoc em̃ nomẽ obliuioni tradendũ non eſt,&
per hoc nomẽ ſoror conteſtata eſt,ꝙ filia cõtra matrem pro dño tenetur iudicare. Matth.10. Pa
ter cõtra filium & filius cõtra patrem,filia cõtra matrem & mater cõtra filiã,& ibidẽ, Inſurgẽt fi Correctio
lij cõtra parẽtes eoꝝ. In tali em̃ iudicio correptionis fraternæ nulli parcendũ eſt. Vnde Exod.32 fraterna oĩ
Ite & redite de porta vſqꝫ ad portã per mediũ caſtroꝝ,& occidat vnuſquiſqꝫ fratrẽ ſuũ & amicũ bus eſt im-
& proximũ ſuũ. Occiditur em̃ quantũ ad vitã peccati quãdo corripit & ad bonum conuertit. Ad pendenda.
huc quia fratres & ſorores ſunt,ex ordine charitatis tenẽtur eis,vt iudiciũ cõdemnationis iudi-
cent,& ſic per timorẽ à peccatis cõuertant. Rom.9. Triſtitia eſt mihi magna & continuus dolor
cordi meo pro fratribus meis,q̃ ſunt cognati mei ſecundũ carnẽ. Adhuc q̃ factus eſt populus &
miſericordiã conſequutus,ex beneficio recepto tenet alios corripere & ad ſimilẽ grãm reuocare
1.ad Timot.1. Ideo miſericordiã cõſequutus ſum,vt in me primũ oſtẽderet deus oẽm patiẽtiam
ad informationẽ eoꝝ q̃ credituri ſunt ei ꝑ me. Apoc.vlt. Spõſus & ſpõſa dicũt,veni,& q̃ audit,di
cat,veni. Et poſtq̃ rõnes dixit quare iudicare debẽt matrẽ,ſubdit,prouocãs ad iudiciũ.⌊Iudicate
matrẽ veſtrã,iudicate,⌋matrẽ veſtrã dicit,& nõ vxorẽ meã,qa(ſicut dictũ eſt)filij in fornicatio
ne idoloꝝ nati ſunt,in qua gñatione cõiunctionẽ cũ deo nõ habuit. Itẽ,cũ aſſumpta eſſet & ſancti
ficata & filij adoptati vt ad nouã prolẽ grãe à deo fœcũdaret,in fide thori nõ remanſit,& ita ma
trẽ filioꝝ ſe exhibuit,nõ vxorẽ mariti. Iudicate aũt dicit & iudicate,qa & de idololatria & ingra
titudine conuincẽda fuit. Eſt em̃ iſtud iudiciũ diſcuſſionis & correptionis,in quo oſtendit homi-
ni propter quod cõdemnandus ſit,niſi pœniteat.1.ad Corint.11. Quod ſi noſmetipſos iudicare-
mus,nõ vtiqꝫ iudicaremur. Iohan.7. Quod iuſtũ eſt iudicate. Eſa.3. Dñs ad iudiciũ veniet,cum
ſenioribus populi ſui. Et ibidẽ poſt pauca: Nunc ergo habitatores Hieruſalẽ & viri Iuda iudicate
inter me & vineã meã. Et bene dico,iudicate,⌊quia ipſa nõ eſt vxor mea.⌋In Chaldæa em̃ & in

Aegypto non mihi, ſed idolis coniuncta fuit, & in illa fornicatione vos genuit. Eſaiæ. 54. D
Vt mulierem derelictam & merentem ſpũ vocauit te dñs, & vt vxorem ab adoleſcentia abiectã.
⌊Et ego non vir eius,⌋ qa non ex ſemine meo mihi genuit filios, ſed idolis. Ezech. 16. Facta es
quaſi mulier adultera, quæ ſuper virum ſuum adducit alienũ. Ecci. 23. Omnis homo q tranſgredi
tur lectum ſuum contemnens in animam ſuam. Et poſt pauca. Sic & mulier omnis relinquens
virum ſuũ, peccabit & ſtatuẽs hæreditatem ex alieno matrimonio. Primo eñ in lege altiſſimi in-
credibilis fuit. Secundo, virum ſuum dereliquit. Tertio, in adulterio fornicata eſt. Quarto, quia ex
alio viro hæredes ſibi ſtatuit. Hæc ſub eiſdem authoritatibus de illis dicũtur q poſt baptiſmũ do-
minũ derelinquunt, & delectabilia mundi ſequuntur. Et ſubdit de iudicij forma & duo dicit, accu
ſationem. ſ. & coniunctionem, ibi, quia dixit: Vadam poſt amatores meos, accuſationem propo
nit dupliciter, in deteſtatione. ſ. culpæ, & in comminatione pœnæ, ibi. ne forte expoliem, dicit
ergo. ⌊Auferat fornicationes ſuas⌋ quibus. ſ. cum idolis fornicatur, de idolo vel in idolũ, vel de-
lectabili in delectabile, ⌊à facie ſua⌋ vt. ſ. non inſpiciat eas vt rem dilectam, ſed auertat faciem
ſicut à re deteſtabili. Oſee. 4. Fornicati ſunt & non ceſſauerunt, quoniam dominum dereliquerunt in nõ cuſtodiendo, ⌊& adulteria ſua⌋ ſupple auferat, ⌊de medio vberum ſuorum⌋ qa etiã
poſtq̃ mihi cõiuncta eſt cum idolis & delectabilibus adulterata eſt. De medio vberum dicit, qa
inter vbera cor eſt, & in vberibus titillatio concupiſcentiæ ſentitur. Vnde Prouerb. 7. meretrix
dicit: Veni inebriemur vberibus & fruamur cupitis amplexibus. Eſa. 1. Auferte malum cogitatio
num veſtrarũ ab oculis meis. In quibus autem viget cõcupiſcentia, pacem non habent. 4. Reg. 9
dixit Ioram rex ad Iehu: Nunquid pax eſt Iehu? At ille reſpondit: Quæ pax? Adhuc fornicatio-
nes Iezabel matris tuæ & veneficia eius multa vigent. Et ſubdit de pœna, In ſe. ſ. & in filijs. In ſe E
dupliciter, ſcilicet in pœna damni, & damni quãtitate, & hoc eſt, ⌊ne forte,⌋ forte dicit propter
mobilitatem liberi arbitrij, quod ad bonum & ad malum inclinabile eſt. Eccle. 31. Potuit tranſ-
gredi, & non eſt tranſgreſſus, ⌊expoliem eam nudam,⌋ hoc eſt, expoliem ita, q nuda appareat,
interiori ſcilicet & exteriori habitu ablato. Exterior habitus fuit, cultus templi, diuitiæ, gloria &
huiuſmodi. Interior habitus gratiæ & virtutũ. Ezech. 16. Nudabunt te veſtimentis tuis & auferẽt
vaſa decoris tui & relinquent te nudam, plenamq́ ignominia, propter hoc dicitur Apocalyp. 16
Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet & ne videant turpitudinem eius, ⌊ſecun-
dum diem natiuitatis ſuæ,⌋ hoc eſt, ſicut nuda fuit quando in me primo fuit renata, in Aegypto
ſcilicet vel in Chaldæa, quando nullo decore veſtita fuit. Sine deo eñ & ſine lege & ſine promiſ-
ſionibus fuit. Ephe. ſecundo: Eratis in illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael,
& hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine deo in hoc mundo. Et ſub-
dit de quantitate damni. ⌊Et ponam eam quaſi ſolitudinem,⌋ ſupple ſi conuerti noluerit. Soli-
tudinem dicit, quia eis ductis in captiuitatem, terra vacuatur. Eſaiæ ſexto. Deſolatæ ſunt ciuita-
tes abſq; habitatore, & domus ſine homine, & terra derelinquetur deſerta, & longe faciet do-
minus homines. Et hoc eſt quod ſequitur. ⌊Et ſtatuã eã quaſi terram inuiam,⌋ hoc eſt, ita longe
faciam duci in captiuitatem, q viam redeundi non inuenient. Prouerbiorum ſeptimo: Non eſt
vir in domo ſua, abijt via longiſſima. Eſaiæ vigeſimotertio: Ducent eam longe pedes ſui ad pere
grinandum. Hoc dicitur eis qui per peccata recedunt à domino & ad pœnitentiam redire non F
cogitant. Lucæ decimoquinto: Abijt in regionem longinquam & ibi diſſipauit bona ſua, viuen-
do luxurioſe cum meretricibus, ⌊& interficiam eam in ſiti.⌋ Hieronymus: Vt cadat in terrã alie-
nam patiens ſitim omnium bonorum, & nihil eorum quæ deſiderat, obtineat, hoc ſignificatum
eſt. Gene. 21. Vbi Agar cũ filio recedens à domo patriarchæ, ſitim intolerabilem paſſa eſt vſque
ad deſperationem. Iuſtum eñ eſt, q ſitis inſatiabilis peccati, omnium bonorum defectu & ſiti cõ
demnetur. Vnde diues (Lucæ decimoſexto) guttam aquæ impetrare non valuit, propter hoc
dicitur Hieremiæ. 2. Prohibe pedem tuum à nuditate & guttur tuum à ſiti. Et ſubdit de pœna fi-
liorum. ⌊Et filiorum illius,⌋ non meorum ſupple, ⌊non miſerebor,⌋ vt. ſ. liberem eos. Et ſubdit
cauſam, ⌊quoniam filij fornicationum ſunt,⌋ imitatores. ſ. ignominioſæ matris. Oſee. 4. Forni
catio & vinum & ebrietas auferunt cor, ⌊quia fornicata eſt mater eorum,⌋ cum idolis ſcilicet,
vel delectabilibus. Pſal. Perdes omnes qui fornicantur abs te, ⌊confuſa eſt quæ concepit eos,⌋
non confuſione verecundiæ, ſed cõfuſione ignominiæ, quia. ſ. in peccato deprehenſa eſt. Hiere. 2
Quomodo confunditur fur cum deprehenditur, ſic confuſa eſt domus Iſrael. Eccle. 4. Eſt con-
fuſio adducens gloriam, & eſt cõfuſio adducens peccatum. Et ſubdit de obſtinatione in peccato,
⌊quia dixit.⌋ Hic aũt tria dicit, peccãdi obſtinatam voluntatem, pœnam ad reditum cogẽtem,
& reditum ad virũ miſericorditer ſuſcipientẽ, & hoc eſt, ⌊vadã poſt amatores meos⌋ Gloſſa: Fi
de & dilectione ſequar deos & imitabor gentes quarum deos colo. Hiere. 2. Dixiſti, deſperaui, ne
quaquam faciam, adamaui quippe alienos & poſt eos ambulo. Hoc opere dicunt, qui delectabi-
lia mũdi obſtinata ſequuntur voluntate. 1. ad Corinth. 12. Ad ſimulachra muta prout ducebami-
ni euntes, ſupple eratis, & ſubdit cauſam, ⌊qui dant panes mihi,⌋ hoc eſt, refectionẽ, ⌊& aquas
meas,⌋ ſupple dant mihi, hoc eſt, eſculentũ & poculentũ, ⌊& oleum meũ,⌋ cõdimentũ. ſ. & ⌊la-

nam

**Marginal notes:** Adulteriũ grande eſt crimen. — Peccata elongant a deo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A nam meam,⌋ ex qua fit veſtis,⌊& linum meum,⌋quo ſuauiter foueatur mollities carnis,⌊&
« potum meum,⌋quo ſcilicet vtar in delitijs,ſicut eſt vinum,& vinum conditum,& huiuſmodi.
Hæc em̄ omnia dicebat ſe habere ab idolis,cũ dona dei eſſent. Ezech.16.Sumpſiſti veſtimenta
mea multicoloria & veſtita es eis,& oleũ meum,& thymiama meum poſuiſti in conſpectu ido-
lorum & panem meum quem dedi tibi ſimilam & oleum & mel quibus enutriui te poſuiſti in cō
ſpectu eorum in odorem ſuauitatis. Hoc dicitur eis,qui dona dei ſuis viribus vel ſuis meritis attri-
« buunt. Et ſubdit de pœna coartante.⌊Propter hoc⌋ peccatum ſcilicet,ecce ego ſepiam viam tu
am ſpinis,hoc eſt,punctionibus dolorum in paupertate & miſeria. Gene.3.Cum operatus fueris
« terram,nō dabit fructum ſuum,ſed ſpinas & tribulos germinabit tibi,⌊& ſepiam eam maceria⌋
Maceria macer murus eſt,congregatione lapidum ſine cemento factus,&(vt Hieronymus di-
cit)ſignat dura obſtacula quibus quis à propoſito mali impeditur. Thren.1. Circumædificauit
aduerſum me lapidibus quadris vt non egrediar. Vnde Eſaiæ.9.dicitur: Lateres ceciderunt,ſed
quadris ædificabimus,hoc eſt,obſtacula parua nō reputant,ſed magna ponemus. Iob.5.Diſſipat
« cogitationes malignorum ne poſſint implere manus eorum, quod cæperant,⌊& ſemitas ſuas
« non inueniet,⌋ me ſcilicet impediente. Nume.22.Peruerſa eſt via tua,mihiq; contraria,⌊& ſe-
« quitur amatores ſuos,⌋ Aſſyrios.ſ.vel Aegyptios vel peccatores,⌊& non apprehendet eos,⌋
nullum em̄ ferent auxilium. Eſaiæ.31. Corruet auxiliator & cadet cui præſtatur auxiliũ,ſimulq;
« conſumentur,⌊& quæret eos,⌋deſiderio.ſ.& non inueniet,ad aliquod ſolatium ſupple. Eſa.30.
Omnes confuſi ſunt ſuper populo qui eis prodeſſe nō poterit,nec fuit in auxilium,nec in aliquā
B vtilitatem,ſed in confuſionem & in opprobrium. Et ſubdit de coacta reuerſione,⌊& dicet⌋tūc,
« ſupple coacta pœnis,⌊Vadam⌋cordis conuerſione,⌊& reuertar⌋operis ſatiſfactione,⌊ad vi-
« rum meum priorem⌋qui.ſ.dignitate omnes p̄cellit,& me primo poſt fornicationes aſſumpſit,
Lucæ.15.Surgam & ibo ad patrem meũ & dicam ei,Peccaui in cœlum & coram te,fac me ſicut
vnum ex mercenarijs tuis. Cant.3.Circuibo ciuitatem per vicos & plateas,quærens quem dili-
git anima mea. Tunc em̄ alios experta,dicet,Pſal.Nō eſt ſimilis tui in dijs domine,& nō eſt ſecū-
« dum opera tua,⌊quia bene mihi erat tunc⌋.ſ.quādo verum animæ colui virũ,⌊magis q̄ nunc⌋
in cultura.ſ.deorum alienorum. Pſal.ſecūdum Hieronymi tranſlationem: Serua me dn̄e,quo-
niam ſperaui in te,dixi dn̄o,deus meus es tu,qm̄ mihi bene non eſt ſine te. Item Pſal. Delectatio
nes in dextera tua vſq; in finem. Tobiæ.8. Omnia in te vno habentes,nō te debuimus dimittere
« à nobis,⌊& hæc neſciuit,⌋improperat hic ingratitudinē,& tangit duo,culpæ.ſ.exprobrationē
& pœnæ comminationem,ibi: Idcirco conuertar. Dicit ergo: Et hæc neſciuit,hoc eſt,ſcire no-
luit. Pſal. Noluit intelligere vt bene ageret. Iob.21. Dixerunt domino deo,recede à nobis,ſci-
« entiam viarum tuaꝝ nolumus,⌊quia ego dedi ei frumentum⌋.ſ.literale & ſpūale in verbo dei.
« Pſal. Adipe frumenti ſacia te,⌊vinum⌋ literal'r.ſ.& ſpūaliter in gaudio ſpūali. Prouer.3. Vt im-
« pleantur horrea tua ſaturitate & vino torcularia tua redundabunt,⌊& oleum,⌋in cibi dulcora-
mentum & ſpirituale in lucis miniſterium quod eſt ſacræ doctrinæ ſcientia. Deut.23. Tantūmo-
do oculus Iacob in terra frumenti,vini & olei. Pſal. A fructu frumēti,vini & olei ſui multiplicati
« ſunt,⌊& argētum⌋literaliter.ſ.& ſpiritualiter in eloquentia tinnitum ſancti eloquij. Pſal. Argē
tum igne examinatum,probatum terræ,purgatum ſeptuplum. Aggæi.2. Meum eſt aurum &
« meum eſt argentum magna erit gloria domus huius nouiſſimæ plus q̄ primæ,⌊multiplicaui eis
« aurum,⌋& literaliter & ſpūaliter in ſapientia,⌊quæ fecerunt Baal,⌋hoc eſt,idolum vel Sydonio
C rum vel Babylonioꝝ. Conuerterunt em̄ argentum & aurum in ſimulachra fuſilia. Eſa.2. Repleta
eſt terra argento & auro,& nō eſt finis theſaurorum eius & repleta eſt terra eius equis & innume
rabiles quadrigæ eius,& repleta eſt terra eius idolis. Iudicum.17. Conſecraui & voui argentum
hoc domino,vt de manu mea ſuſcipiat filius meus & faciat ſculptile atq; conflatile. Propter hoc
conquæritur Eſaiæ.1. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe dn̄i ſui,Iſrael autē me
non cognouit,& populus me non intellexit. Et ſubdit de pœna,& dicit duo. Primo em̄ exagge
rat pœnam. Secundo repetit culpam,vt iuſtior appareat cōdemnatio,ibi: Et viſitabo ſuper eam
« Tripliciter autem exaggerat pœnam. In damno.ſ.confuſione & deſolatione. Dicit ergo.⌊Id-
« circo conuertar⌋ad eam.ſ.puniendam & cōdemnandam. Eſa.1. Conuertar ad te & excoquam
« ad purum ſcoriam tuam,⌊& ſumam,⌋ hoc eſt,auferam à te,⌊frumentum meum,⌋ hoc eſt,
eſculentum meum quo paui te,literaliter & ſpiritualiter. Deute.28. Fructus terræ tuæ & omnes
« labores tuos comedet populus quem ignoras,vt ſis ſemper calumniā ſuſtinēs,⌊in tempore ſuo⌋
hoc eſt,tempore meſſis. Gloſſa,Quia tunc maior erit dolor cũ iam in horreum ducenda,& quo-
dammodo tenta rapientur è manibus. Eſa.17. Ablata eſt meſſis in die hæreditatis & dolebit gra-
« uiter,⌊& vinum meum,⌋literaliter & ſpiritualiter in gaudio ſpirituali. Deutero.28. Vineam plā
« tabis & fodies & vinum non bibes nec colliges ex ea quippiam,quia vermibus vaſtabitur.⌊In
« tempore ſuo,⌋hoc eſt,tempore vindemiæ quando iam de prælo ad cellarium ducendum erat.
Eſaiæ decimoſexto: In vineis non exultabit nec iubilabit , vinum in torculari non calca-
« bit , qui calcare conſueuerat , vocem calcantium abſtuli ,⌊& liberabo lanam meam.⌋

Hiero

HIERONYMVS. Cum ipſi ſint ſerui diaboli ſub illa ſeruitute tenent lanam & linũ quaſi D
violenter ſubijciendo, ſed liberat ea ne ab iniquis dominis poſſideantur. Et dicit ideo in originali,
Creatura ſeruit peccatori inuita. quod creaturæ non ex voluntate exhibent ſe ad vſum peccatorum, ſed violenter ab eis vſurpã-
tur, & inducit hoc quod eſt Romañ. 8. Quoniam ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptio-
nis in libertatem gloriæ filiorum dei. Sapientiæ. 19. Omnis creatura ad ſuum genus ab initio refi-
gurabatur deſeruiens tuis præceptis, vt pueri tui cuſtodirentur illæſi. Lana aũt ſignat exẽpla ſan
ctorum quæ valent calefacere peccatores. Iob. 31. Si nõ benedixerint mihi latera pauperis, & nõ
de velleribus ouium mearum calefactus eſt, ⌊& linum meum,⌋ quod ſignat candorem innocẽ-
tiæ & caſtitatis. Prouerb. 31. Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuũ ſuarum, ⌊quę
operiebant ignominiam eius,⌋ ne. ſ. appareret cõcupiſcentiæ peccatum quod ignominioſum ẽ.
Ezech. 16. Expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Et ſubdit de exagge-
ratione confuſionis. ⌊Et nunc reuelabo ſtultitiam eius⌋ hoc eſt, quod ſtulta eſt, manifeſtabo per
pœnam. ſ. in inſtanti captiuitate. Ezech. 16. Nudabo ignominiam tuam coram amatoribus tuis,
& videbunt omnes turpitudinem tuam. Stultus dicitur à ſtoliditate, q̃ ſtultus em̃ ſit homo in cul-
pa, reuelatur in pœna, quia ſicut dicit Greg. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Iob. 20. Re
uelabunt cœli iniqtatem eius, & terra conſurget aduerſus eum. Et hoc eſt q̊d ſeqtur, ⌊in oculis a-
matorum eius⌋ vt. ſ. eoſdẽ habeat tortores in pœna q̊s incentores habuit in culpa. Eſa. viceſimo:
Minauit rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti & trãſmigrationem Aethiopiæ iuuenem & ſe-
nem nudam & diſcalciatam diſcoopertis natibus ad ignominiã Aegypti, ⌊& vir non eruet eam
de manu mea.⌋ Deuter. triceſimoſecundo: Non eſt q de manu tua poſſit eruere, ⌊& ceſſare faciã
omne gaudium eius,⌋ hoc eſt cauſas gaudij in Babylonica ſeruitute. Threñ. 5. Verſa eſt in luctũ
cithara noſtra, cecidit corona capitis noſtri. 1. Macha. 1. Omnis maritus ſumpſit lamentũ, & q E
ſedebant in thoro maritali lugebant & commota eſt terra ſuper habitantes in ea, & vniuerſa do-
mus Iacob induit confuſionem, ⌊ſolennitatem eius⌋ ſupple ceſſare faciam, Paſchæ. ſ. & Pente-
coſtes & Scenophegiæ, quæ feſta abiecit deus, vt iam non tãtum euacuata ſint, ſed etiam nociua
& mortifera celebrantibus ea. Amos quinto: Odi & proieci ſolennitates veſtras, & non capiam
odorem cętuum noſtrorum, ⌊Neomeniã eius⌋ feſtum. ſ. nouæ lunæ & Calẽdarum. Eſaiæ primo:
Calendas veſtras & ſolẽnitates veſtras odiuit aĩa mea, facta ſunt mihi moleſta, ⌊ſabbatũ eius⌋
ceſſare. ſ. faciam. Threnorum primo: Viderunt eã hoſtes & deriſerũt ſabbata eius, Gloſa. In quo
epulis & otio vacabãt & non domino, & generaliter ſubdit ⌊& omnia feſta⌋ ſicut. ſ. enceniorum
& aliorum gaudiorum quæ celebrabant. Tobiæ ſecundo: Dies feſti veſtri conuertentur in luctũ
& lamentationem, ⌊& tempora eius⌋ ſupple ceſſare faciam, tẽpora vocat ex tẽpore feſta emer
gentia, ſicut interfectionis Syſaræ à Iahel. Iudicũ quinto: & interfectionis Holophernis. Iudith
vltimo: & dies ſortium de liberatione ab Aman, Heſter vltimo. Omnes iſtas lætitias in lamentũ
deduxit, & vt vile ſtercus abijci fecit. Eſaiæ viceſimonono: Solennitates euolutæ ſunt, & circũ-
uallabo Ariel & eris triſtis & męrens. Et exaggerat adhuc deſolationem. ⌊Et corrumpam vineã
eius⌋ hoc eſt plantationes quæ materiã gaudij miniſtrant. Amos quinto: Vineas amantiſſimas
plantabitis & non bibetis vinum earum, ⌊& ficum eius⌋ dulcedines. ſ. conſolationum. Iohel. 1. Fi-
cum meam decorticauit nudam ſpoliauit eam & proiecit, ⌊de qbus dixit⌋ hoc eſt, qa illa idolis
attribuit, ⌊mercedes hæ meæ ſunt⌋ quibus. ſ. ad idololatriam conducta ſum, ⌊quas dederũt mi
hi amatores mei⌋ ſicut & ipſe diabolus dicit, Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraue-
ris me. Ita multi dona dei ad mundana referunt quaſi à mundanis habeat, quæ non niſi dono dei F
perceperunt. Contra quod dicitur. 1. Para. 29. Quæ de manu tua accepimus hęc obtulimus tibi.
⌊Et ponam eam in ſaltum⌋ hoc eſt in ſilueſtreitatem vbi. ſ. piloſi habitant. Eſa. 7. Erit in paſcua
bouis, & in conculcationem pecoris, ⌊& comedet eã beſtia agri⌋ hoc eſt agreſtes tyranni. Hie-
ronymus inducit illud pſal: Diripiunt eam omnes tranſeuntes viam & ſingularis ferus depaſtus
eſt eam, & repetit culpam vt iuſtior ſit pœna, ⌊&⌋ id eſt quia, ⌊viſitabo ſuper eam⌋ hoc eſt op
primens eã. Hierõ. cum viſitare frequentius in bono ſoleat accipi, hic in mala ponitur pro affli
ctione. Pſal. Intende ad viſitandas omnes gentes & non miſerearis omnibus q operantur iniq-
tatem, ⌊dies Baalim⌋ hoc eſt feſta Baalim. Hieronymus: Baalim plurali numero idolum Baal in
multis locis poſitum ſignat, cui idolo feſta magna celebrabant. Vnde Oſee ſeptimo: Dies regis
noſtri cœperunt principes furere à vino. Sicut & mundani dies gaudiorum ſuorum celebrant.
Pſalmiſta: Celebrauerunt nomina ſua in terris ſuis, alia tranſlatio, ⌊qbus accendebant incenſa⌋
in ſignum ſcilicet deuotionis, de quo dicitur Eſaiæ primo: Incenſum abominatio eſt mihi, ⌊&
tenebatur inaure ſua⌋ in ſignum. ſ. obedientiæ ad idola. Canticorum primo: Murenulas aureas
faciemus tibi, ⌊& monili ſuo⌋ Iſidorus, Monile quaſi munile, qa munit ſinum ne adulter inſerat
Monile. manũ. Ille autem munierunt ſinum, vt ſolum in corde retinerent idolũ. Canticorum. 7. Iuncturę
fœminum tuorum ſicut monilia, ⌊& ibat poſt amatores ſuos⌋ profectu. ſ. idololatriæ. Hiere. 2.
Ambulauerunt poſt vanitatẽ & vani facti ſunt, ⌊& mei obliuiſcebatur dicit dominus.⌋ Hiere-
miæ ſecundo: Populus meus oblitus eſt mei diebus innumeris. Eſaiæ. 57. Mentita es, & mei non
es recor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A es recordata, qa nec per beneficia deum cognoſcere voluit. ⌊Propter hoc⌋ Tangitur hic conſo
latio & habet partes duas, conſolationem .ſ. in exitu de captiuitate, & cõſolationem in bonorum
dei optima diſpoſitione, ibi. Et erit in die illa. In exitu quinq; dicit, blandimentum .ſ. educentis,
viam egreſſionis, eradicationem cordis, ſpei confirmationẽ, optimam in principibus populi diſ-
poſitionem, & lætitiæ cordis per cantum demonſtrationem. ⌊Propter hoc⌋ hoc q̊d dicit, pro-
pter hoc, nõ continuatur ad præcedẽs, cum præcedens immediate potius ſit cauſa oppoſiti. Sed
ita continuandum eſt, quia .ſ. omnino nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertaẜ & viuat, Ezech.
.18. & verberibus non corrigitur. ⌊Propter hoc, Ecce ego lactabo eam⌋ cõſolationibus .ſ. vt vel
ſic reuertatur, & hoc eſt propter hoc, & ſimilis tropus eſt in pſal. Inimici dñi mentiti ſunt ei, & e-
rit tempus eoꝝ in ſecula, & cibauit eos ex adipe frumenti, ac ſi dicat, inimici puniti redire nolue
runt, & ideo cibauit eos vt redirent. ⌊Ecce ego lactabo eam⌋ vbere .ſ. conſolationis & vbere ex-
hortationis, vt .ſ. conſolatione dulcedinẽ lactis, exhortatione candorem veritatis experiatur. Eſa.
vltimo. Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandietur vobis. Eſaiæ. 60. Suges lac gẽtium, &
mamilla regum lactaberis. Et ſubdit de amœnitate viæ. ⌊Et adducã eam in ſolitudinẽ⌋ ſicut ſup
ple feci de Aegypto egredientem, quod vocat ſolitudinem, quia nemo alienus particeps eſt gau
diorum illorum. Exod. 3. Ibimus viã triũ dieꝝ in ſolitudinẽ ad ſacrificandũ deo noſtro, Thre. 3.
Sedebit ſolitarius & tacebit, qa leuabit ſe ſupra ſe. Et ſubdit de eradicatione, ⌊& loquar ad cor e-
ius.⌋ Ideo ad cor loqtur, qui cordi triſtato ex annuntiato gaudio ſatiſfacit. Eſaiæ. 40. Loquimi-
ni ad cor Hieruſalem, & aduocate eam. Sapientiæ. 8. Immortalis eſt in cogitatione ſapientia & in
amicitia illius delectatio bona. Et ſubdit de optima populi diſpoſitione. ⌊Et dabo ei vinitores
eius,⌋ Hoc eſt qui colligant vinũ eius literaliter & ſpũaliter in ſpiritualibus gaudijs, ⌊ex eodẽ lo
co⌋ id eſt vt alieni labores eius de cætero nõ diripiant, ſiue ſpiritualiter, ſiue corporaliter, ſed ipſi
B qui colunt fructum laboris accipiant. Amos. 9. Plantabunt vineas, & bibent vinum earum, plã-
tabunt hortos & comedent fructus eorum. Hic inducunt ſancti per hoc probare intẽdentes, ꝙ
de eccleſiæ gremio prælatus eligendus ſit, tum qa vinitores eius dicuntur & non ſimpliciter vini-
tores, tum qa ex eodem loco eſſe dicũtur. Oſee vltimo: Germinabũt quaſi vinea memoriale eius
ſicut vinũ Lybani. Melius ad hoc facit quod dicitur Heb. 5. Omnis pontifex ab hominibus aſ-
ſumptus pro hominibus cõſtituitur. Caput eñ monſtruoſum eſt, ꝙ de eodem corpore cuius ca
put eſt non creuit. Et tangit de corroboratione ſpei, ſubdẽs. ⌊Et vallem Achor⌋ hoc eſt vbi la-
pidatus eſt Achor. Ioſue. 7. Quo interfecto, debilitas populi verſa eſt in fortitudinem, pauper-
tas in abundantiam, triſtitia in gaudium, quæ omnia in valle pœnitentiæ promittit ſe daturum,
& hoc eſt quod ſequitur, ⌊ad aperiendam ſpem⌋ ſicut dicit Gloſſa, vt ex perceptione præſen-
tium munerum, firma ſit expectatio futurorum. Heb. 6. Firmiſſimum habeamus ſolatiũ, qui cõ-
fugimus ad tenendam propoſitam ſpem. Zachariæ primo: Reſpondit dominus angelo q loque
batur in me verba bona conſolatoria. Et ſubdit de cantico lætitiæ quod cantabunt in egreſſione
de captiuitate ſpũali vel literali, dicens: ⌊Et canet ibi⌋ hoc eſt in egreſſione, ⌊iuxta dies iuuẽtu-
tis ſuæ⌋ hoc eſt, ſicut cecinit, quãdo in iuuentute prima coniungebatur mihi .ſ. in egreſſu de Ae-
C gypto, & de mari rubro, quando .ſ. Maria ſumpſit tympanum & mulieres egreſſæ ſunt poſt eã
& cantauerunt. Cantemus domino glorioſe enim honorificatus eſt. Exodi. 15. ⌊Et⌋ id eſt, ⌊iu-
xta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti⌋ Hoc ſpũaliter impletur, quando de vitijs aſcẽdimus
ad virtutes. Ephe. 5. Impleamini ſpiritu ſancto loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis,
& canticis ſpũalibus, cantantes & pſallentes in cordibus noſtris domino. Pſal. Cantẽt in vijs do-
mini, quoniam magna eſt gloria domini. ⌊Et erit⌋ Tangit hic conſolationem in bonorum do-
mini optima diſpoſitione, & deſcribit eam in vi .ſ. in verbi deuotione, fœderis confirmatione, pa
cis ſecuritate, noua ad deum deſponſatione, omni bonorum proſperitate, & in cultus pietate. Et
hic per ordinem plane cõtinentur in litera. Dicit ergo ⌊Et erit⌋ verſus, & dicitur pro certitudine
prophetali. 1. Reg. 9. Omne quod loqtur, abſq; dubio eueniet, ⌊in die illa ait dominus⌋ clarita-
tis .ſ. & conſolationis. Pſal. Hæc eſt dies quam fecit dominus, ⌊vocabit me,⌋ populus .ſ. decẽ tri
buum ad me cõuerſus, ⌊vir meus⌋ verus animæ vir, deus eſt fœcundans animam ad fœtus ſpũa-
les. Vnde Iohan. 4. voca virum tuum, ⌊& nõ vocabit me vltra Baalim⌋ Baalim interpretaẜ ha-
bens me, quod ſecundum ſignificationem idem eſt ꝙ vir meus. Mulieres eñ non dicunt de viro
habens me, niſi de viro ſuo, gloſa, vt ſic recte poſſit dici de deo habens me, tum propter ſimilitu-
dinem nominis idoli debet vitari, ne dum virum nominat idolum cogitet, quod poteſt propter
ambiguitatem verbi contingere. Et hic habemus ex ſolis vocibus inordinate prolatis hæreſim
poſſe incurri. Ephe. 5. Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia nec nomineẜ in vobis ſicut
decet ſanctos. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊&⌋ id eſt, ⌊auferã nomina Baalim de ore eius,⌋ quod
ſcilicet nec nominare dignetur. Eſaiæ. 30. Contaminabis laminas ſculptiliũ argenti tui & veſti-
mentũ cõflatilis tui, & diſperges ea ſicut immunditiã menſtruatæ, ⌊& nõ recordabitur vltra no-
minis eoꝝ,⌋ idoloꝝ .ſ. Eſa. 26. Vetus error abijt. Eſaiæ. 65. Nõ erũt in memoria priora, nec aſcẽ
dũt ſup cor. Et ſubdit de fœderis cõfirmatiõe, & hoc eſt, ⌊Et pcutiã cũ eis fœdus⌋ hoc ẽ pactũ cõ
firma-

Deus blanditijs allicit q̊s ſeueritate flectere non põt.

Prælat⁹ de eccleſię gremio eſt eligendus.

Hæreſis incurritur ex verbis inordinate prolatis.

fírmatũ,⌞in die illo,⌟claræ ſcilicet cõſolationis.Hiere.31.Feriam domui Iſrael & domui Iuda fœ
dus nouũ,non ſecũdum pactũ quod pepigi cũ patribus eoꝝ.Et poſt pauca:Hoc erit pactũ quod
feriã cũ domo Iſrael.Poſt dies illos,dicit dñs,dabo legẽ meã in viſceribus eoꝝ & in corde eorum D
ſcribã eam.Et ſubdit de ſecuritate pacis,⌞cũ beſtia agri,⌟hoc eſt,cũ eo qui modo eſt beſtia,ſed
in mãſuetudinẽ mutabit.Iob.5.Beſtiæ terræ erũt tibi pacificæ,⌞& cũ volucre cœli,⌟hoc eſt,cũ
inſtabilibus & rectã viã nõ curãtibus verſis ad ſtabilitatẽ,& ꝑ cõtemplationẽ ad cœlũ volãtibus,
& dicẽtibus illud Philip.3.Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt,⌞& cũ reptili terræ,⌟hoc eſt,cũ dolo-
ſis & aſtutis ad ſimplicitatẽ cõuerſis.Eſa.11.Sup foramine aſpidis & in cauerna reguli,q ablacta-
tus fuerit,manũ ſuã mittet,nõ nocebũt & nõ occidẽt in monte ſancto meo.Et hoc inducit gloſſa,
⌞& arcũ,⌟ q̊d eſt inſtrumẽtũ lõge feriẽs,⌞& gladiũ⌟q̊d eſt inſtrumẽtũ prope feriẽs,⌞& bellũ,⌟
q̊d in ipſa impugnatiõe ſentit,⌞cõterã de terra.⌟Arcus aũt ſignat inſidioſos.Hiere.9.Sagitta vul
nerans lingua eoꝝ dolũ loquuta eſt.Gladius, minaces & iracũdos.Prouer.30.Generatio q̃ pro
dentibus habet gladios & cõmandit molaribus ſuis vt comedat inopes de terra.Bellũ,tumultuo
ſos & ſchiſmaticos.Eſa.2.& Mich.3.Non leuabit gens cõtra gentẽ gladium,nec exercebunt vl-
tra ad prælium.Pſal.Diſſipa gentes quæ bella volunt,⌞& dormire eos faciam,⌟hoc eſt,requieſ-
cere in bonis meis ſpũalibus & temporalibus,⌞fiducialiter,⌟ſupple timore maloꝝ ſublato.Pſal.
In pace in idipſum dormiã & requieſcã.Iob.5.Scies quia pacẽ habeat tabernaculũ tuũ.Hiere.23.
In diebus illis ſaluabitur Iuda & Iſrael habitabit cõfidenter.Et ſubdit de deſponſatione charita-
tis.⌞Et ſponſabo te mihi in ſempiternũ,⌟charitatis.ſ.coniunctione,quã violari non licet,ſecun
dæ ad Corinth.11.Deſpondi vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto.Quæ deſponſatio in E
quinq; fit,quæ per ordinem ſubiungit,& hoc eſt. ⌞Et ſpõſabo te mihi in iuſtitia,⌟quę ſcilicet ad
Deſponſatio dei cum aĩa conſiſtit in quinq;.
hanc vitã pertinet,& eſt obſeruatio omnis virtutis cũ impletione legis,vt ſcilicet nuſquã macula
ta ſit in vita.Ephe.5.Vt exhiberet ſibi ſanctã eccleſiam nõ habẽtem maculã neq; rugam,⌞& iu-
dicio,⌟hoc eſt,boni & mali diſcretione.Mich.6.Indicabo tibi ò homo quid ſit bonũ & quid de
us requirat à te,vtiq; facere iudiciũ.Pſal.De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat,⌞& in miſericordia⌟
ad miſeroꝝ.ſ.miſeriam cõpaſſione.Oſee.6.& Matth.9.Miſericordiam volo & nõ ſacrificium,
⌞& in miſerationibus,⌟ hoc eſt, effectibus miſericordiæ per opus.1.Iohan.3.Qui viderit fra-
trem ſuum neceſſitatẽ patientem,& habuerit ſubſtãtiam huius mũdi,& clauſerit viſcera ſua ab eo
quomodo eſt charitas patris in illo.⌞Et ſponſabo te mihi in fide,⌟ad meipſum ſcilicet.Auguſti
nus:Fides cõponitur à fio & dico,vt ſcilicet dicta fiant, ſcilicet quæcũq; dixit deus ꝑcipiendo,&
quæ nos vouendo & promittẽdo.Eccle.45.In fide & lenitate ipſius ſanctũ fecit illum.Apoca.3.
Eſto fidelis vſq; ad mortẽ,& dabo tibi coronã vitæ,⌞& ſcies,⌟in his ſupple beneficijs meis,⌞q̃a
ego dominus.⌟Exodi.20.Ego dominus,nõ erunt tibi dij alij præter me,& ſubiungit de bono-
rum omnium proſperitate,⌞& erit,⌟nota certitudinis prophetalis eſt.Gene.41.Firmitatis indi
cium,ꝙ fiat ſermo domini & velocius impleatur,⌞In die illa,⌟dicit dominus, claritatis meæ ſci-
licet quãdo demonſtrabo me populo,⌞exaudiam cœlos⌟ literaliter & ſpũaliter,à virtutibus eñ
cœli terra fœcundatur & literaliter & ſpũaliter.Deut.33.Cœli caligabunt rore,⌞& illi⌟.ſ.cœli,
⌞exaudient terram,⌟infundendo ei.ſ.germinandi virtutem & gratiam.Eſa.45.Rorate cœli de
ſuper,& nubes pluant iuſtũ,aperiatur terra & germinet ſaluatorem.Eſa.55.Quomodo deſcẽdit
imber & nix de cœlo,& illuc vltra nõ reuertitur,ſed inebriat terram & infundit eam & dat ſemẽ F
ſerenti & panem mãducanti.Sic erit verbum quod egredietur de ore meo,nõ reuertetur ad me
vacuum,ſed faciet quæcũq; volui & proſperabitur in his ad quæ miſi illud,⌞& terra exaudiet tri
ticum & vinum & oleum,⌟vt.ſ.abundanter proferantur de terra & ſpũaliter & temporaliter,fru
mentũ in refectione verbi,vinũ in gaudio ſpũali,oleum in pinguedine deuotiõis.Iohe.2.Ecce
mitto vobis frumentũ,vinũ & oleũ,& replebimini in eis.Deut.33.Tantũmodo oculus Iacob in
terra frumẽti,vini & olei.Pſal.A fructu frumenti,vini & olei ſui multiplicati ſunt.⌞Et hæc exau
dient Iezrahel.⌟Iezrahel metropolis Samariæ,Samariam ſignat,Samaria per methonomiam,
decem tribus,per interpretatationem nominis, omnes conuerſos ad dominum ſignat.Iezrahel
eñ ſemen dei interpretatur.Eſa.4.Erit germen domini in magnificentia & gloria,& fructus ter
ræ ſublimis.Pſal.Dominus dabit benignitatem,& terra noſtra dabit fructum ſuum,⌞& ſemina-
bo eam mihi in terram,⌟vbertate.ſ.perpetua.Hiere.31.Seminabo terram Iuda ſemine hominũ,
& ſemine iumentorum.Matth.13.Semen cecidit in terram bonam,& attulit fructum,aliud cen
teſimum,& aliud ſexageſimum,aliud vero trigeſimum.Et ſubdit de cultu,⌞& miſerebor eius
quę fuit abſq; miſericordia,⌟quæ populum captiuum ſignabat,vel in peccatis vel in Babylone.
Eſaiæ.54.In indignatione mea abſcondi faciem meam parumper à te,& in miſerationibus mul-
tis aſſumam te,⌞& dicam nõ populo meo,populus meus es tu.⌟Pſal.Populus quem nõ cogno-
ui ſeruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi,⌞& ipſe dicet,⌟corde & ore & opere,⌞Deus me-
us es tu.⌟Pſal.Ipſe eſt dominus deus tuus,& adorabũt eum.Apocalyp.21.Ipſi populus eius erũt,
& ipſe deus cum eis,erit eorum deus.

¶In Cap.III.Enarratio.

Et dixit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ET dixit dñs ad me.⌋Similitudo tangitur hic adulteræ ad duas tribus. Diuiditur
aūt in partes duas. In prima tangit culpæ exprobrationē. In ſecunda, populi pœ
nitentis ad deum reuerſionē, ibi, Poſt hæc reuertent. In prima duo ſunt. ſ. ſimili-
tudinis poſitio & eiuſdem ſimilitudinis explanatio, ibi, Quia dies multos ſede-
bunt filij Iſrael. In ſecunda duo ſunt. ſ. præceptū dñi & obedientia ſerui, ibi, Et
fodi eam mihi. Dicit ergo. ⌊Et dixit dñs ad me⌋in illuminatione. ſ. prophetali.
Amos.3. Dñs loquutus eſt, quis nō prophetabit? ⌊Adhuc vade, ⌋adhuc dicit, q̃a ſimilitudo pri-
ma ad totā malitiam repreſentandā perfecta nō fuit. Iob.36. Adhuc eñ habeo quod pro deo lo-
quar. Vade dicit, vt de intimis cōtemplationibus ad exteriora denuntiationis ſiue p̄dicationis ad
populū exeat. Eſa.22. Egredere & dic eis. Amos.7. Tulit me dñs cū ſequerer gregē, & dixit mi
hi, vade & propheta ad populū iſtū, ⌊dilige mulierem, ⌋bene mulierem quæ ad multos emollita
eſt. Hiere.3. Tu fornicata es cū amatoribus multis. Dilige dicit, nō cognoſce vel coniungere. Ex
cognitione eñ & coniunctione malæ mulieris ſordidatur vir, & mulier ſimiliter. 1. ad Corint.6
Qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur. Et ibidē: Tollens ergo membrū Chriſti, faciā mem
brū meretricis? Abſit. Ex dilectione eñ ſancti viri, ſordida mulier attrahit & ſanctificat. Hiere.31
In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Ecci.24. Ego mater pulchræ dilectionis
& timoris & agnitionis & ſanctæ ſpei, ⌊dilectā amico, ⌋hoc eſt, ab Amaſio, ſoluto concubitu
abutente ea. Vnde Septuaginta: Diligentē mala, & hæc eſt ſimilitudo ad ſynagogā ante primā
dñi aſſumptionē. Tunc eñ luxuriabatur per idola, quibus nulla lege coniungebat, hoc ſignifica-
tum eſt Ezech.8. vbi mulieres domus Iſrael ſedētes in templo, planxerunt Adonidem pulcherri-
mū Veneris amaſium, ⌊& adulterā, ⌋hoc dicitur, quātū ad ſimilitudinē duarū tribuum, quæ re-
B tento templo tanq̃ thoro maritali, & retentis ſacerdotibus tanq̃ paranymphis, & retentis pro-
phetis tanq̃ nuntijs ſponſi, & retenta lege tanq̃ pacto matrimonij, idola aſſumpſerunt in templū
quæ omnia decē tribus proiecerunt anteq̃ idola aſſumerēt, ſicut legitur.3. Reg.14. & ideo decem
tribus fornicariæ, duæ vero adulteræ ſimilantur. Ezech.16. Nec facta es quaſi meretrix, faſtidio
adaugens pretiū, ſed facta es quaſi mulier adultera, quæ ſup virum ſuū inducit alienum. Eſa.57.
Iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum, ⌊ſicut, ⌋hoc eſt, in ſimilitudine, qua ⌊diligit do
minus filios Iſrael, ⌋amore. ſ. caſto & ſcanctificāte. Deut.33. Dilexit populos, oēs ſancti in manu
eius ſunt, Hypallage, hoc eſt, oēs qui ſunt in manu eius, ſunt ſancti, ⌊& ⌋. i. quamuis ⌊ipſi, ⌋ſicut
ingrati tanto beneficio, reſpiciunt per intentionē. ſ. cordis & cultus, ⌊ad deos alienos, ⌋hoc eſt,
ad idola aliena à diuinitate, cōtra hoc quod dicit Exo.20. Non erunt tibi dij alij præter me. Deus
eñ incōmunicabile nomen eſt, eo q̄ deus nō poteſt habere aliū, nec cōſortem, nec cōparem, niſi
cōtrariū. Sap.14. Incōmunicabile nomē lignis & lapidibus impoſuerunt. Ad eos reſpiciunt, quia
nuntius cordis eſt oculus. Ecci. Oculus malus ad mala. Matth.20. Oculus tuus nequā eſt. Ecci.26 Vinacia.
Fornicatio mulieris in extollētia oculorū eius, ⌊& diligunt vinacia vuarū, ⌋vinacia ſunt acini ab
humore pietatis ſicci, praua voluntate fœtidi, propter inutilitatē proiecti, propter irrationabilē
furorē acuti, tamen aliquādo dulcedine amoris fuerūt pleni. Hieroñ. Per vinacia intelligunt dæ- Dæmones vinacijs cō parantur.
mones, qui creati ſunt in magna pinguetudine ſancti ſpūs, ſed per ſuperbiā arefacti de cœlo pro-
iecti ſunt, ſicut dicit Apoca.12. Non valuerūt, nec locus eorū amplius inuentus eſt in cœlo, proie
C ctusq; eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas. Hoc plangit Hie
remias Threñ.4. Qui nutriebant in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Hoc ſub eiſdē authoritatib⁹
cōgrue refertur ad animā per delectabilia luxuriantē, & à deo recedentē. Et ſequitur de obedien
tia ſerui ſiue prophetæ, ⌊& fodi eam mihi. ⌋Duo dicit, pactū. ſ. & pœnā pacti violati, ibi, Et dixi
ad eā. Et quia de vinacijs & vuis dixit, ideo de metaphora adulteræ tranſit ad metaphorā vineæ,
⌊& fodi eā⌋vt vineā ⌊mihi, ⌋hoc eſt, vt mihi fructus faceret. Eſa.5. Vinea fuit dilecto in cornu,
filio olei & ſepiuit eam & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electam. Palladius dicit in li-
bro de agricultura, q̄ foſſio fit vt dulcedo cœleſtis à ſupſicie terræ in intima defluens ad radices
ponatur & ſtirpes inebriet. Vnde Lucę.13. Domine, dimitte illam. ſ. ficū & hoc anno vſque dum
fodiam circa illam & mittam ſtercora. Vnde poeta: Foſſa dabit tellus optato tempore fructus,
⌊quindecim argenteis, ⌋argentei tinnuli ſunt & candidi, & ſignificant plagas Aegypti tinnulas
in fama, candidas in admiratione & ſplendore diuinæ maieſtatis. Quindecim aūt dicuntur pro-
pter numerum temporis, quia quintodecimo die menſis Niſan, hoc eſt, Martij vel Aprilis, quo
paſcha celebratur, perfecta eſt plaga primogenitorum, qua educti ſunt de Aegypto, & in qua-
tuordecim diebus pręcedentibus multæ de alijs plagis perfectæ ſunt, quibus plagis quaſi foſſa eſt
ſynagoga vt intimis ſuis cœleſte beneficium reciperet & bonos fructus deo offerret, prophetæ
loco dei coniungerētur. Vnde Septuaginta habent, cōduxi eam mihi. De his autem quindecim
diebus habetur Exod.12. & .13. Et ſubdit de alia conductione & foſſione, ⌊& coro hordei, & di-
midio coro hordei, ⌋hordeum ſignat, q̄ meretrix & adultera non ſunt dignæ pane delicato,
Matth.15. Non eſt bonū ſumere panem filiorū & mittere canibus. Concupiſcentia eñ carnalis
hominē ad iumentum tranſfert, vt dicit Plato, Pſal. Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nõ eſt intellectus.Danie.4.Cor eius ab humano mutetur,& cor feræ detur ei.Hordeum autem D
cibus eſt iumentoꝝ,ſignat aũt literalem intelligentiã & tẽporales promiſſiones quibus animales
hoĩes nutriuntur.1.ad Corinth.2.Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpũs dei,& talia Iu-
dæis exhibita ſunt.Corus aũt,vt dicitur Ezech.46.triginta modios habet,dimidius aũt quin-
decim,qui ſimul iuncti,faciũt quadragintaquinq;,& ſignat,ꝙ quadrageſimoquinto die ab exitu
de Aegypto ad montẽ Sina populus Iſraeliticus deuenit,ſtatimq́; voce ꝓconis clamatũ eſt qua-
drageſimoſexto die,vt ſanctificarent per tres dies ad acceptionẽ legis,& quĩquageſimo die Mo
ſes in montẽ aſcendit & legẽ accepit,qua populus ſicut vero viro,deo cõiunctus eſt.In.xlv.ergo
diebus ſemꝑ modiũ diuinæ gratiæ recepit.ſ.in colũna ignis & nubis,in diuiſionibus maris,in ſub
merſione Aegyptioꝝ,in dulcoratione aquæ,in adminiſtratiõe mannatis & coturnicũ,in victo
ria cõtra Amalech,& in alijs ſimilibus q̃ per ſingulos dies receperũt,& ideo.xlv.modijs ad con-
iunctionẽ viri cõducta eſt.Hordeo aũt,quia meliori digna nõ fuit.3.Reg.vlt.Cibate eũ pane tri
bulationis & aqua anguſtiæ.Eſa.30.Dabit tibi dñs panẽ artũ & aquam breuẽ,⌊& dixi ad eam⌋
enartãdo.ſ.ſæpe pœnã debitã:⌊Diebus multis expectabis me,⌋per totum.ſ.tẽpus Babylonicę
& Romanæ captiuitatis.Dicit aũt expectabis,lxx.ſedebis,quia(ſicut ante dictũ eſt)idolis per to
tum tẽpus nõ coniungẽtur,ſed attendẽt ad miſericordiã dei reuocãtis.Threñ.3.Pars mea dñe di-
xit aĩa mea,propterea ꝓſtolabor eũ.Abacuc.2.Si morã fecerit,expecta eũ.Et quia mulieri pro-
pter fornicationẽ à thoro viri ſeparatæ,licẽtia fornicãdi nõ datur,ideo ſequit,⌊nõ fornicaberis⌋
Ephe.5.Oĩs fornicator,aut immũdus,aut auarus(quod eſt idoloꝝ ſeruitus)nõ habet hæredita
tẽ in regno Chriſti & dei.Et quia per totũ tẽpus captiuitatis,q̃d eſt quaſi tẽpus pœnitentiæ,vero E
deo per cultũ legis & templi nõ coniungitur,ideo ſequit,⌊& nõ eris viro.⌋Hieroñ.Nec mihi,à
quo cõducta es,legitime cõiungeris.Eſa.54.Vt mulierẽ derelictã & mœrentẽ ſpũ vocauit te do
minus,& vxorẽ ab adoleſcentia abiectã.Et quia iteꝝ vir derelinquẽs vxorẽ non nubit alteri,ſed
expectat recõciliationem,vt dicit Apoſtolus.1.ad Corin.7.ꝙ oportet eã manere innuptam,vel
viro recõciliari,ideo ſequit,⌊ſed & ego expectabo te.⌋Eſa.30.Propterea expectat dñs vt miſe
reatur veſtri,& ideo exaltabit,parcẽs vobis,quia deus iudicij dñs,beati oẽs qui expectãt eũ.Hoc
ſub eiſdẽ authoribus refert ad animã propter pctm̃ ab amplexibus viri ſeparatã in triſtitia pœni
tentiæ ſedẽtem & viri recõciliationẽ præſtolãtem,vt iterato ad dulciſſimos amplexus admittat,
⌊quia dies multos,⌋explanat hic quod dixit,nõ eris viro,⌊quia dies multos⌋vtriuſq;.ſ.captiui
tatis Babylonicæ & Romanæ.Hieroñ.in epiſtola:Ingreſſi in Babylonẽ,eritis ibi annis plurimis,
& in tp̃s longũ,⌊ſedebũt,⌋Gloſſa,Quaſi cõtracti & mœſti hoĩes ſicut pœnitẽtes ſedere cõſueue
runt.Mich.7.Cũ ſedeo in tenebris,dñs lux mea eſt.Threñ.3.Sedebit ſolitarius & tacebit,quia le
uabit ſe ſupra ſe,⌊filij Iſrael,⌋ad deũ.ſ.pertinẽtes.Hiere.2.Sanctus Iſrael dño eſt primitiæ frugũ
eius,⌊ſine rege,⌋qui.ſ.iniuſtitia regat,⌊& ſine principe,⌋qui.ſ.in partẽ ſolicitudinis ſit vocat⁹.
Eſa.32.Ecce in iuſtitia regnabit rex & principes in iudicio ꝑerunt,& hoc quãtum ad rempub.&
quantũ ad deũ ſubdit,⌊& ſine ſacrificio,⌋quo.ſ.expiari poſſint pctã.Danie.3.Non eſt in tẽpore
hoc princeps & dux aut propheta,nec holocauſtũ nec ſacrificiũ nec oblatio nec incenſum nec lo
cus primitiaꝝ corã te,vt poſſimus inuenire miſericordiã tuã,⌊& ſine altari.⌋Nõ em̃ habebãt lo
cũ memorialis tituli in tẽplo vel altari.Threñ.2.Repulit dñs altare ſuũ,maledixit ſanctificationi F
Ephod ſuæ,⌊& ſine Ephod.⌋Hieroñ.Ephod proprie ſuperhumerale dicit,ſed hic pro omni veſtimẽ-
to ſacerdotali accipit.Vnde ſenſus eſt,ſine oĩbus ꝓparamẽtis ſacerdotalibus.1.Reg.2.Samuel au
tẽ miniſtrabat ante faciẽ dñi puer accinctus Ephod lineo,quod Ephod mũditiã cõuerſationis &
caſtitatis corporis ſignat quo videmus ſacerdotes noſtri tẽporis eſſe deſtitutos.2.Macha.4.Sa-
cerdotes iam nõ circa altaris officia dediti erãt,ſed cõtempto tẽplo & ſacrificijs neglectis,feſti-
nabãt participes fieri paleſtre & ꝓbitionis eius iniuſtæ,hoc eſt,militaribus ſe dabãt rebus,⌊& ſine
Theraphin. theraphin.⌋Theraphin idẽ eſt quod figura,& ſignat oẽs figuras ad ornatũ tẽpli pertinẽtes,ſi-
cut Cherubin & celatura palmaꝝ & figura boum ſub mari æneo & malogranatoꝝ & retiaculo-
rũ & alioꝝ quæ ad ſpẽm anagliphi in tẽplo facta ſunt.Signãt aũt exempla ſanctoꝝ q̃bus pctõr
deſtituit,quia nullũ ſanctoꝝ imitat,ſicut Hieremias conquerit Threñ.1.Egreſſus eſt à filia Sion
oĩs decor eius.Decor em̃ viri boni eſt,ꝙ aſſimilatus ſit exẽplis ſanctoꝝ.¶⌊Et poſt hæc.⌋Tan-
git hic reuerſionẽ populi ꝑ pœnitẽtiã,maxime tẽporibus nouiſſimis,q̃ñ videntes ſe deceptos in
Antichriſto,oẽs reuertent ad Chriſtũ.⌊Et poſt hæc⌋.ſ.tẽpora pœnitẽtiæ,⌊reuertent filij Iſrl̃⌋
ꝑ pœnitẽtiã.ſ.Baruch.4.Sicut auerſi fuerũt ſenſus veſtri vt prouocaretis deũ,decies tantũ cõuer
tentes requiretis eũ.Eſa.55.Derelinquat impius viã ſuã,& vir iniquus cogitationes ſuas & reuer-
tatur ad dñm & miſerebit eius,⌊& quærẽt dñm deũ ſuũ.⌋Dñm qui poteſtate cõtinet,diuitijs re
munerat,authoritate ſuperpoſitionis legẽ ponit.Pſal.Deus deoꝝ dñs loquutus eſt,deum aũt q̃
Deus. oĩbus prouidet q̃ bonitate ſua fruunt.Deus em̃ à theoro theoras,q̃d eſt video vides,dicit.Pſal.
Dñs ſolicitus eſt mei.Roñ.10.Idẽ dñs omniũ,diues in oẽs qui inuocãt illũ,⌊& Dauid regẽ ſuũ⌋
ſupple quærẽt,q̃d quia literal̃r,niſi fabuloſe,intelligi nõ poteſt,ad Chriſtũ referimus.Roñ.1.De
filio ſuo q̃ factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ.Hiere.23.Suſcitabo Dauid germẽ iuſtũ &
regna-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A regnabit rex & ſapiens erit,⌊& pauebũt,⌋ hoc eſt,ſtupebũt præ admiratione mirabiliũ,dñi.ſ.&
ideo addidit,⌊ad dñm.⌋Hiere.5.Stupor & mirabilia facta ſunt in terra,⌊& ad bonũ vel ad bo
na eius.⌋Bonũ eñ filium miſit in carnẽ ad ſanctificandũ naturã,bonũ etiã ſpm̃ ſanctũ in mentẽ
ad ſanctificandã animã,& bona p̄parauit ad remunerandũ meritũ.Hiere.31.Confluent vndiqꝫ
ad bona dñi.Pſal.Credo videre bona dñi.Eſa.55.Audite audiẽtes me & comedite bonũ. Hie.31
Populus meus replebit bonis.⌊In nouiſſimo dieꝝ,⌋hoc eſt,vel in nouiſſimo tempoꝝ poſt An-
tichriſtũ,vel qñ lux huius ſeculi occumbit ab appetitu.Eſa.2.Erit in nouiſſimis diebus p̄paratus
mons domus dñi.Et poſt pauca: Et fluent ad eum oẽs gentes.

¶In capitulum quartum enarratio.

AVdite verbũ dñi filij Iſrael.⌋Poſt ſimilitudines inductas inducit prophetiam iu-
xta ſimilitudinẽ ſumptã,& more prophetali diuidit in duas partes.In prima po-
nit terrorẽ peccantium.In ſecũda, cõſolationẽ pœnitẽtium,infra.14.ibi,Cõuer
tere Iſrael.Anterior pars in duas diuidit.In quaꝝ prima oſtẽdit fornicationem
in abundãtia peccatoꝝ.In ſecũda ſpecialiter reprepẽdit authores alios inducen-
tes in pc̃tm̃,infra.5.ibi,Audite hoc ſacerdotes.Prima adhuc in duas.In prima
exaggerat reprehẽſionẽ à multitudine peccatoꝝ.In ſecũda coaptat hoc ad ſimilitudinẽ fornica-
tionũ,ibi,Fornicati ſunt,& nõ ceſſauerũt.Prima adhuc in duas.In prima tangit pc̃tõꝝ multitu-
dinẽ.In ſecũda peccantiũ incorrigibilitatẽ,ibi,Verũtamen vnuſquiſqꝫ nõ iudicet.In prima duo
ſunt,p̄uocatio.ſ.ad iudiciũ & cauſa iudicij,ibi,Nõ eñ veritas.Dicit ergo.⌊Audite verbũ dñi⌋
Audite inquã intus ad perceptionẽ.Matth.13.Qui habet aures audiendi, audiat.Eſa.55.Audite
audientes me,⌊verbũ,⌋quod fons ſapiẽtiæ eſt ad intellectus illuminationẽ.Ecci.1.Fons ſapien
B tiæ verbũ dei in excelſis,⌊dñi,⌋q̊d authoritatẽ habet.Dñs eñ audiendus eſt.Eſa.1.Audite cœli
li & auribus percipe terra,qm̃ dñs loquutus eſt,⌊filij Iſrael,⌋vt.ſ.tanti patris vos probetis eſſe
imitatores.Iſrael eñ & vidit & audiuit dñm.Gene.32.Vidi dñm facie ad faciẽ,& ſalua facta eſt
aïa mea.Eſa.44.Et nũc audi Iacob ſerue meꝰ & Iſrael quẽ elegi.Et ſubiũgit cauſam q̃re audiẽdus
ſit,⌊qa iudiciũ dño⌋ſupple eſt,& iudiciũ diſcuſſiõis & cõiunctiõis.Mich.6.Audite q̃ dñs loquit:
Surge,cõtẽde iudicio aduerſum mõtes audiãt colles vocẽ tuã,⌊cũ habitatoribus terræ⌋.i.cõtra
habitatores terræ,& dicunt terræ habitatores,terrenoꝝ amatores.Mich.6.Audiãt mõtes iudi-
ciũ dñi & fortiora fundamẽta terræ,qa iudiciũ dñi ẽ cũ pp̃lo ſuo & cũ Iſrl̃ iudicabit.Eſa.24.For
mido & fouea & laqueus ſuꝑ te,q habitator es terræ.Et ſubdit cauſam q̃ iudicanda eſt.Primo in
ſpeciali pc̃tõ cordis & oris & operis.Et ſecũdo in generali,deinde populo cõuicto interminat pœ
nã.Peccatũ cordis exaggerat tripliciter.ſ.in defectu veritatis rectificantis,& defectu miſericor
diæ ad proximũ inclinãtis,& defectu ſcientiæ ad deum ordinãtis.⌊Nõ eſt eñ veritas.⌋Veritas Veritas.
hic dicitur rectitudo rectificãs oïa q̃ ad vitã & ad iudicium & ad doctrinã pertinẽt.Dicit eñ Au
guſt.ꝙ veritas eſt rectitudo ſola mẽte perceptibilis,qua.ſ.mens q̃ à menſurãdo dicit,oïa deducit
ad rectũ.Eſa.38.Obſecro dñe,memẽto ꝙ ambulauerim corã te in veritate.Ioh.8.Si mãſeritis in
ſermone meo,vere diſcipuli mei eritis,& cognoſcetis veritatem,& veritas liberabit vos.Iohã.3.
Qui facit veritatẽ,venit ad lucẽ,vt manifeſtent opera eius,qm̃ in deo ſunt facta,⌊& nõ eſt miſe-
ricordia,⌋inclinãs.ſ.apud cõpaſſionem ſui vel proximi.Hiere.6.Crudelis eſt & nõ miſerebitur.
C Threñ.4.Filia populi mei crudelis quaſi ſtrutio in deſerto,cuius naturæ dicit eſſe,ꝙ etiã proprijs Strutio nec
ouis nõ miſeret.Iob.39.Strutio dimittit in terra oua ſua,obliuiſcitur,ꝙ pes cõculcet ea aut beſtia ſuis ouis
agri conterat,⌊& nõ eſt ſcientia dñi in terra.⌋Sciẽtia dicit habitus & virtus faciens ſcire quæ ad parcit.
deũ iuſta ſunt,hæc nõ eſt in terra,hoc eſt,in terrenis cordibus.Iob.21.Dixerũt dño deo,recede à
nobis,ſcientiam viaꝝ tuaꝝ nolumus.Hiere.9. Rennuerunt me ſcire. Econtra dicit Apoſtolus
1.ad Corin.2.Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos,niſi Ieſum Chriſtũ & hunc crucifixũ,⌊ma
ledictũ,⌋tangit pc̃tã verbi,maledictũ.ſ.& mendaciũ,maledictũ eſt idẽ ꝙ male dictũ,& eſt ꝑuer
ſus actus in verbo,⌊& mendaciũ,⌋quod eſt peruerſus actus in verbo cũ iniuria proximi.Eph.4 Mendaciũ.
Oïs ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat,ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationẽ fidei,vt det gra
tiã audientibus.Mendaciũ aũt quia deceptio eſt,cũ iniuria proximi eſt.Ephe.4.Propter q̊d de-
ponẽtes mendaciũ,loquimini veritatẽ vnuſquiſqꝫ cũ proximo ſuo.Et ſubdit de pc̃tis opis,⌊&
homicidiũ,⌋q̊d eſt iniuria proximi in ſubſtãtia indiuidui.Exo.20.Nõ occides,⌊& furtũ,⌋q̊d
eſt iniuria proximi in eo quod ſuſtẽtat ſubſtãtiã indiuidui.Exo.20.Nõ furtũ facies,⌊& adulte-
riũ,⌋q̊d eſt iniuria proximi in eo ꝙ eſt ordinatũ ad propagationẽ ſpeciei.Exo.20.Nõ mœcha
beris.Et ſubiungit generaliter,⌊& ſanguis ſanguinẽ tetigit.⌋Sanguis hic dicit corruptio ſangui
nis.Vnde qa de corruptione ſanguinis pc̃tã oriunt,idẽ eſt dicere,ꝙ corruptela peccati pc̃tm̃ at-
traxit.Pſalm̃.Libera me de ſanguinibus deus deus meus.Et exaggerat in pœna hic q̊d dixit in
culpa.⌊Propter hoc lugebit terra,⌋per methonomiam,hoc eſt terreni. Peccatũ eñ nõ niſi lu- Peccatum
ctũ afferre p̃t.Rom̃.6.Quẽ fructũ habuiſtis tunc,in q̃bus nũc erubeſcitis.Hiere.6.Luctũ vnige- nõ niſi lu-
niti fac tibi,plãctũ amaꝝ,vt.ſ.in pœnis lugeant,q in delitijs,in malis gaudijs vixerunt.Matth.5. ctũ parit.
Beati qui lugent,qm̃ ipſi cõſolabunt,⌊& infirmabit om̃is qui habitat in ea.⌋Dupliciter infir-

mabitur,vno quidē modo,quia cū hæc ad vſum homini creata ſint,deficiente habitatore & ipſa D
deficient,& hæc eſt ſentētia Auguſtini. Gloſſa, Naturale eſt,vt habitatore ſublato,beſtiæ quoq;
& volucres cœli & piſces deficiant,hæc eñ propter hominē creata ſunt,& hoīe deficiente defi-
ciunt,⌊in beſtia agri & in volucre cœli,⌋beſtiæ dicunt quaſi vaſtiæ,& ſignant tyrānos:volucres
aūt quaſi volubiles dictæ,leues ſignant & ambitioſos. Pſal. Beſtiæ & vniuerſa pecora,ſerpentes
Terrenorum hoim tres ſunt ſpēs. & volucres pennatæ,⌊ſed & piſces maris cōgregabunt.⌋Tres ſunt fines terrenorum,diuitiæ,deli-
tiæ & honores. Per auaros eñ qui diuitias cōcupiſcunt ſignantur beſtiæ,quia omnia vaſtāt:vo-
lucres ambitioſos ſignant,quaſi ſublimia petūt. Matth.13. Volucres cœli comederūt illud. Piſces
aūt ſignant voluptuoſos qui delitijs intendūt. Pſal. Volucres cœli & piſces maris,qui perambu-
lant ſemitas maris,in aquis eñ voluptatū nutriuntur. ¶⌊Veruntamē.⌋Hic tangit de incorrigi-
bilitate. ⌊Veruntamē vnuſquiſq; nō iudicet,⌋ſanctus.ſ.impiū,qm̄ correptionē non ſuſcipit,&
ideo correctio deſperata eſt,propter quod iudiciū correptionis inutile eſt. Eccl.21. Qui odit cor
reptionē,veſtigium eſt peccatoris,⌊& nō arguatur vir,⌋vires.ſ.habens in peccatis,quia redar-
gutionē non ſuſcipit. Contra quod dicitur Eccl.20. Quàm bonū eſt arguere q̄ iraſci. Pſal. Cor-
ripiet me ſtus in miſericordia,& increpabit me, & ſubiungit cauſam. ⌊Populus eñ tuus,non
meus,ſicut hi qui cōtradicunt ſacerdoti.⌋Sacerdos eñ ſanctitate & reuerētia audiendus erat,&
cōtradicere ſibi nefas erat. Threñ. vlt. Facies ſacerdotū non erubuerunt. Eſa.24. Fiat populus ſi-
cut ſacerdos. Ita eñ facile cōtradicitur ſacerdoti ſicut vni de populo,cuius ratio redditur in pſal-
mo,quia.ſ.ſacerdotes declināt in cōſenſum peccati populi,⌊& corrues hodie,⌋ pœna eſt,& di-
cit hodie,quia in p̄ſenti, durante.ſ.præſentiū vita. Pſal. Non veniat mihi pes ſuperbiæ & manus E
peccatoris nō moueat me. Ibi ceciderūt qui operant iniquitatē. Eſa.3. Ruit populus,vir ad virum
⌊& corruet etiā propheta tecū,⌋dupliciter,bonus & malus. Malus,quia cōfortauit populum ad
malū. Eſa.9. Propheta docēs mendaciū,ipſe eſt cauda. Vnde Septuaginta in hoc loco ſic habēt,
Vt nullus neq; iudicet neq; arguat quiſquā,populus eñ meus quaſi ſacerdos cui contradicitur,&
Vitæ p̄ſentis nulla eſt ſecuritas. infirmabit per diem,& infirmabit etiā propheta tecū. Hierony. Quod dicit,hodie,aut p̄ſenstem
pus ſignat,aut nō fraude & inſidijs,ſed clara luce in captiuitatē deducēdos. Significat aūt, ꝙ nec
in hac die de vita ſecuri ſumus. Lucæ.19. Et quidē in hac die tua quæ ad pacem tibi. Vnde mortui
introducunt loquentes ad viuos. Eccl.38. Memor eſto iudicij mei,qm̄ ſic erit & tuū,mihi heri,ti
bi hodie. Vnde innuit,ꝙ nō expedit differre cōuerſionē. Eccl.4. Ne tardes cōuerti ad dñm. Et
Martialis coquus: Nō eſt,crede mihi,ſapientis dicere,viuā. Sera nimis vita eſt craſtina,viue ho-
die. Prophetæ enim boni pc̄tō populi corruūt propter cōpaſſionē,quia nō recedunt ab eis.2.Re
gū.18. Quis mihi det vt ego moriar pro te Abſalon fili mi,prophetæ aūt mali merito peccati pu-
niunt. Eſa.9. Propheta docēs mendaciū,ipſe eſt cauda. ⌊Nocte tacere,⌋quia.ſ.pc̄tm̄ inundauit
& correctio deſperata eſt,nō eſt niſi ſecurim ponere ad radicem arboris, Lucæ.3. Et ideo ſubdit
hic de pœna,& dicit quatuor.ſ.ꝙ acerbitas obmuteſcere faciet,quod oēs inuoluet,quod ſacerdo
tis à populo nulla erit diſtinctio,& ꝙ pœnæ ad pc̄tm̄ erit proportio,& hæc per ordinē ſunt in li-
tera. Dicit igitur,⌊nocte⌋p̄ſentis tribulationis. Nox eñ à nocendo dicit,& ablatiuus cōſtruitur
in habitudine cauſæ efficientis,⌊tacere,⌋hoc eſt,obmuteſcere, ⌊feci matrem tuā,⌋ſynagogā.ſ.
Dicitur aūt nox anguſtia,quia nocet ad libere vtendū ſenſibilibus delectationibus. Mater aūt di-
citur ſynagoga,& quilibet de populo dicit filius. Hierony. Tam graue erit hoc malū,ꝙ in hac no F
cte,hoc eſt,in tenebris & in anguſtia captiuitatis nō audebit quiſquā proferre malū ſuū coram ho
ſtibus,ſed populus cōprehēſus tabeſcet ſilentio.1.Reg.2. Impij in tenebris cōticeſcent. Sapiæ.17
Vna catena tenebrarum oēs concluſi erant. Hoc plangit Hieremias Threñ.3. Me minauit & addu-
xit in tenebras & non in lucē. Iob.3. Noctē illā tenebroſus turbo poſſideat,& nō illuſtret lumine.
Et quia metaphorice loquutus eſt,ideo exponēdo ſubdit,⌊cōticuit populus meus,⌋hoc eſt,ſy-
nagoga quæ mater vocabat. Pſal. Obſtructū eſt os loquentiū iniqua. Threñ.3. Sedebit ſolitarius
& tacebit. Matth.22. At ille obmutuit,& exponit metaphorā noctis,⌊eo ꝙ nō habuit ſcientiā⌋
intus.ſ.cor,tanq̄ dies illuſtrantē. Sap.17. Solis illis ſuperpoſita erat grauis nox,imago tenebrarum,
q̄ ſuperuentura erat illis,ipſi ergo ſibi grauiores erant tenebræ. Cōgruū eñ fuit,vt de nocte inte-
riori ad exteriorē noctē carceris ducerentur. Matth.22. Ligatis manibus & pedibus,projicite eū
in tenebras exteriores,ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Pſal. Neſcierūt neq; intellexerunt in tene-
bris ambulāt. Lex eñ & prophetiæ ſapiæ diuinæ lumē ſunt. Sap.18. Incluſos cuſtodiebant filios
tuos,per quos incipiebat incorruptū legis lumē ſeculo dari. Et quia adhuc metaphorice loqu-
tus eſt,vlterius explanat,⌊qa tu ſcientiā repuliſti,⌋ Aliud eſt eñ ignorare & aliud ſcire nolle,Io.3
Lux in mundū venit,& dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucē. Pſal. Noluit intelligere vt bene
Sacerdoti ſcientia eſt neceſſaria. ageret.1.Reg.2. Filij Heli,filij Belial neſcientes dñm & officiciū ſacerdotū ad populū. Et hoc eſt
quod ſequit. ⌊Repellā te ne ſacerdotio fungaris mihi.⌋ Auguſt. ſup epiſtolā Iacobi: In officio ſa
cerdotis nō poteſt nō peccare qui nō habet ſciam. Et literalr loquit de illis ſacerdotibus q à Hiero
boam ē pplo propter munera aſſumpti ſunt ad idola repulſis ſacerdotibus dñi.3.Reg.13. Hæc re-
pulſio etiā illis ſacerdotibus dicit qui cōſentiunt in malis ſubditis ſuis:hoc ſignat Eſa.22. per repul
ſionem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ſionem Sobnæ, qui fuit ꝑpoſitus tẽpli. Sobna eñ diuertens vel diuerticulũ interpretaꝫ. Vnde ibidem dicit: Repellã te de ſtatione tua & de miniſterio tuo deponã te. Hinc ortũ habuit ius quod dicit, propter ignorantiã, electũ in epiſcopũ eſſe deponendũ. Et explanat vlterius, ⌊&,⌋ ſupple quia, ⌊oblita es legis dei tui⌋ quæ. ſ. incorruptũ lumen facit in corde. 2. ad Corin. 4. Deus qui dixit de tenebris lumẽ ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris. Pſal. In lege eius meditabiꝫ die ac nocte, ⌊obliuiſcar filioꝝ tuoꝝ & ego⌋. i. à corde repellã ꝙ nõ liberem. Pſal. Quoꝝ nõ eſt memor amplius, & ipſi de manu tua repuſi ſunt. Hæc ſub eadẽ metaphora & ſub eiſdẽ authoritatibus ad ignorãtes & in infernũ cõdemnandos referunꝫ. Iob. 3. Dies illa vertatur in tenebras, nõ requirat illã deus deſup, & nõ ſit in recordatiõe. Et ſubdit, ꝙ oẽs inuoluet, vt ſicut ſimiles ſunt in culpa, ſic ſimiles ſiant in pœna. Et hoc eſt, ⌊Secũdũ multitudinẽ eoꝝ ſic peccauerũt mihi.⌋ Hieroñ. Quaſi quot hoĩes habuit Iſrael, tot aras extruxit dæmonibus. Pſal. Oẽs declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonũ. Hiere. 5. Circumite vias Hieruſalẽ & aſpicite & cõſiderate, & quęrite in plateis eius, an inueniatis viꝝ facientẽ iudiciũ & quærentẽ fidẽ, & propitius ero eis. Et propter hoc ſubdit generalẽ pœnã, ⌊gloriam eoꝝ,⌋ hoc eſt, id in quo gloriantur, ⌊in ignominiã cõmutabo,⌋ captiuitatis. ſ. vel damnationis. 1. Macha. 1. Secundum gloriam eius, ita & ignominia eius. Apoca. 18. Quantũ glorificauit ſe & in delitijs fuit, tantũ date illi tormentũ & luctũ. Et ne credatur ſacerdos diſtingui propter ordinẽ, ſubdit, ⌊pctã populi mei comedent,⌋ ſupple ſacerdotes, hoc eſt, pro pctĩs oblata auide deuorabũt, & in delitijs cõſument. Vnde de Sobna Eſa. 22. dicitur: Ecce gaudiũ & lætitia, occidere vitulos, iugulare arietes, comedamus & bibamus, ⌊& ad iniquitatẽ ſubleuabunt aĩas eoꝝ,⌋ malo. ſ. exemplo & doctrinæ ſubuerſione. Vnde Mach. 2. dicitur

B ſacerdotibus: Vos receſſiſtis à via & ſcandalizaſtis plurimos in lege, ⌊&⌋ ideo ſupple, ⌊ſicut populus⌋ ſupple punietur, ⌊ſic & ſacerdos⌋ & plus. Sap. 6. Exiguo cõcediꝫ miſericordia, potentes aũt potẽter tormẽta patienꝫ. Eſa. 24. Et erit ſicut populus ſic & ſacerdos. Et ſubdit de pœnæ proportione cõtra culpã. ⌊Et viſitabo.⌋ Viſitare eſt frequẽter ad viſum reducere, vt actus & circũſtantiæ & fines circũſpicianꝫ. Et hoc eſt q̊d hic diciꝫ, ⌊ſup eum,⌋ hoc eſt, ad opprimendũ eum, ⌊vias eius,⌋ opa. ſ. Eſa. 24. Viſitabit dñs ſup militiam cœli in excelſo. Eſa. 13. Viſitabo ſup orbis mala. Pſal. Intẽde ad viſitãdas oẽs gentes, nõ miſerearis oĩbus q̃ operanꝫ iniquitatẽ. Viæ aũt ſunt opera. Prouer. 4. Viæ impioꝝ tenebroſæ neſciũt vbi corruunt. Et ne credaꝫ, ꝙ tantũ opa cõdemnet, ſubinfert ⌊& cogitationes eius reddã ei⌋. i. cogitationes cõdemnabo. Hieroñ. Non ſolũ eñ opus, ſed & cogitatio operis mali pœnas luit. Hebr. 4. Diſcretor cogitationũ & intentionũ cordis. Et ſubdit pœnã de tanta culpa, ⌊& comedẽt & nõ ſaturabunꝫ,⌋ in obſidione. ſ. ciuitatis, nõ de tritico & vino, ſed immundiſſimo cibo. Deut. 28. Tenera mulier & delicata q̃ ſup terram ingredi nõ valebat, nec pedis veſtigiũ figere propter mollitiẽ & teneritudinẽ nimiã, inuidebit viro ſuo q̃ cubat in ſinu ſuo ſup filij & filiæ ſuæ carnibus & illuuie ſecundinaꝝ, quæ egrediunꝫ de medio fœminũ ſuoꝝ, & ſuper infantibus q̃ eadẽ hora nati ſunt. Gloſſa tamen dicit, ꝙ iniquitas non ſatiat, ſed iuſtitia. Matth. 5. Beati q̃ eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, qm̃ ipſi ſaturabunꝫ. Prouerb. 13. Iuſtus comedit & ſatiabit animã ſuã, venter aũt impioꝝ inſatiabilis. Ecci. 14. Inſatiabilis oculus cupidi in partẽ iniquitatis nõ ſatiabiꝫ. ¶ ⌊Fornicati ſunt.⌋ Tangit hic eoꝝ quę dicta ſunt adaptationẽ ad ſimilitudines pręmiſſas, oſtendẽs, quõ luxuriari in idolis & delectabilibus fornicatio eſt. Et circa hoc dicit duo. ſ. fornicationẽ decẽ tribuũ & reuocationẽ à fornicatione duaꝝ, ibi, Si fornica

C ris tu Iſrael. Dicit aũt quinq; in prima. ſ. ꝙ fornicati ſunt, in quo, & vbi, & ſubiungit pœnã fornicationis & impunitatẽ eoꝝ qui fornicanꝫ corporaliter, in pœnã fornicationis ſpũalis, ⌊fornicati ſunt⌋ per idola & delectabilia defluentes, hæc eñ eſt fornicatio ſpũalis, ⌊& nõ ceſſauerunt,⌋ qa libido inexplebilis eſt etiã viribus deficientibus, vt dicit Hieroñ. Hiere. 2. Omnes q̃ quærunt eam nõ deficient, in menſtruis ſuis inuenient eã, ⌊qm̃ dñm dereliquerunt⌋ in nõ cuſtodiendo, ꝑcepta eius ſupple. Eſa. 1. Dereliquerũt dñm, blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Et ſubiungit rationẽ, ⌊Fornicatio⌋ in amore. ſ. delectabiliũ vel idoloꝝ, ⌊& vinum⌋ opilans. ſ. mentẽ in delectatione mundialiũ gaudioꝝ, ⌊& ebrietas⌋ ſeculi vanitatũ & delitiaꝝ, ⌊auferunt cor,⌋ hoc eſt, regnũ cordis. Vnde poeta: Nox & amor, vinũq; nihil moderabile ſuadẽt. Illa pudore caret, liber, amorq; metu. Itẽ poeta alius: Omnis amor cæcus nõ eſt iudex amor æquus. In de formæ pecus cõgerit omne decus. ⌊Et vinũ⌋ tẽporalis iucunditatis. Ephe. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ⌊& ebrietas,⌋ vel extra briam vel extra briantem, accepta bria menſura. Brians aũt ſcyphus ſufficiens naturæ hominis ad bibendũ, & ſicut dicit Hieroñ. eſt hic emphaſis, Corporale eñ refertur ad res ſpũales, & auferre cor, eſt auferre regnũ cordis. Quod eñ fornicatio cor auferat, per hoc patet q̊d dicit Homerus: Idoli cõplicatrix Venus & cingulũ Veneris, hoc eſt, cõcupiſcentia furata eſt mentẽ valde ſapientũ. Quòd vinũ auferat. Prouer. 20. Luxurioſa res eſt vinũ, tumultuoſa ebrietas, quicunq; his delectaꝫ, non erit ſapiens. Quòd ebrietas auferat per ſe, patet, quia ebrij inſani ſunt. Ephe. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. In quo autẽ ita luxuriati ſint, ſubdit, ⌊populus meus in ligno ſuo interrogauit,⌋ hoc eſt, in idolis ligneis quæ ſine vita ſunt, ⌊& baculus eius annuntiauit ei.⌋ Hieronymus: Genus erat diuinationis quod fiebat in

Libido eſt inexplebilis.

Fornicatio cor aufert.

bat in ligno & baculo quo futuroꝝ captabantur auguria. Vnde & in Ezechiele legitur, ca.21. Ste D
tit rex Babylonis in biuio diuinationē quærens, commiſcens ſagittas. Et hoc eſt genus diuinatio
nis, quod radomantia vocatur, vbi.ſ. ſagittæ vel haſtulæ commiſcentur, & diuerſis euentibus &
noībus inſcribuntur, & poſtea caſu leuant̄, & quæcunq; occurrunt ad illius omen actus dirigun-
tur. Et hoc eſt quod hic dicit. Eſaiæ.8. Si dixerint vobis, interrogate à phytonibus & à diuinis q̄
ſtrident in incantationibus ſuis, ſupple reſpondete. Nunquid non populus à deo ſuo requirit vi-
ſionem pro viuis ac mortuis. Et ſubiungit cauſam quare tam fatuas habebant interrogationes,
⌊Spiritus em̄ fornicationum decepit eos,⌋ vel ſpiritus ſcilicet malignus, vel proprius delectabi-
li fornicationis informatus, ille enim ſpiritus multos decipit. Danie.13. Spiritus decepit te & con
cupiſcentia ſubuertit cor tuum, & ideo ſequitur, ⌊& fornicati ſunt à deo ſuo,⌋ per luxum ſcilicet
diuerſoꝝ delectabilium defluxerunt. Eſa.24. Defluxit orbis, infirmata eſt altitudo populi terræ
vbi autem ſubdit, ⌊ſuper capita montium,⌋ vbi.ſ. Ioui ſacrificabatur. Pſal. In ira prouocauerūt
eum in collibus ſuis, ⌊ſacrificabant⌋ Ioui ſcilicet, ⌊& ſuper colles,⌋ inferiores.ſ. vbi dījs inferio-
ribus ſacrificabant, dījs.ſ. quos putabant inferioꝝ dignitatum habere poteſtatem. Hiere.3. Abījt
ſibimet ſuper omnē montem excelſum, ⌊accendebant thymiama,⌋ ſicut dicitur Exodi.30. De
quatuor aromatibus componebatur ſtacten.ſ. & onycha, galbano & thure lucidiſſimo æqualis
ponderis, quod nō licebat offerri niſi ſoli deo, quia deuotionem cordis & orationis nō licet offer-
ri niſi deo, ⌊ſubtus quercum,⌋ quæ cibum fert porcoꝝ, hoc eſt, concupiſcentiæ carnalis fomen-
tum, ⌊& populum,⌋ qui iuxta aquas inſipidas ſtans, ſecularis famæ præſtat odoramentum, ⌊&
therebintum,⌋ quæ balſami odorem mentitur & ſignat hypocriſim in ſimulādo virtutes & diſſi-
mulando vitia, vbi.ſ. Veneri ſacrificabatur, ſicut dicit Vitruuius, & ibi.ſ. idola ponebāt. Propter E
hoc præcipitur, vt dicit gloſſa, ꝙ lucus circa templū non plantetur. Deut.16. Non plantabis lucū,
& ſubiungit rationem, ⌊quia bona eſt vmbra eius⌋.i. incitans ad delectationes Veneris. Hiere.3
Sub omni ligno frondoſo tu proſterneberis meretrix, ſicut etiā ſeculares refrigerium delectatio-
nū ſecularium quærūt, ſicut de diabolo mentium corruptore legit̄, Iob.40. Sub vmbra dormit in
ſecreto calami, in locis humētibus. Et propter hoc ſubdit iuſtam pœnā. ⌊Ideo fornicabuntur fi-
liæ veſtræ,⌋ quod eſt, ab hoſtibus corrumpentur in oculis veſtris. Thren̄. vlt. Mulieres in Sion
humiliauerunt & virgines in ciuitatibus Iuda. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& ſponſæ veſtræ adul-
teræ erunt,⌋ Sic enim prælatis commiſſæ animæ & in propoſito virginitatis & in ſanctitate ma
trimonij quotidie corrumpuntur propter negligentias eorum. Iob.31. Scortum ſit alterius vxor
mea & ſuper illam incuruentur alieni. Et ꝙ hoc impune faciant, ſubdit, ⌊non viſitabo ſuper filias
veſtras,⌋ per vindictam ſcilicet. Zelum enim aufert ab eis, cum fuerint fornicati, in domibus pa-
trum ſuorum ſcilicet, ⌊& ſuper ſponſas veſtras,⌋ hoc eſt vxores, ⌊cum adulterauerint,⌋ quia co
ram iuſto iudice fornicator fornicariæ & adulter adulteræ nihil poteſt obījcere, & ideo iudex nō
poteſt procedere. Iohan.8. Si quis ſine pctō eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Cum
enim conquerens & reus in ſimili pctō ſunt, pari pœna feriendi ſunt, & vnus ad accuſationem al-
terius nō debet condemnari. Roma.2. In quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas, eadem
enim agis quæ iudicas, & huius ſubiungit rationem, ⌊quoniam ipſi,⌋ ſcilicet patres filiarum &
mariti ſponſarum, ⌊cum meretricibus conuerſabantur,⌋ Scenicæ meretriculæ nudæ currebant
circa templum Veneris, & moniales Veneris funibus ſedebant colligatæ omnium expoſitæ libi F
dini, vt dicit Hieronymus in epiſtola, ſicut & noſtri temporis & virgines & mulieres faciunt.
Ezech.16. Abominabilem feciſti decorem tuum & diuiſiſti pedes omni tranſeunti, ⌊& cū effœ
minatis ſacrificabant,⌋ effœminati dicuntur dupliciter, vel execti vel qui ſe per Sodomiam eu-
phœbos ademptis nuptijs (vt dicit Euſebius) conſecrauerūt. Vnde Iohel.3. Poſuerūt puerum in
proſtibulo. Eſaiæ.3. Effœminati dominabuntur eis. Iſti ſunt (vt dicit gloſſa) canonici Maacha
matris regis Aſa, quæ fecit templum & poſuit ſimulachrum turpiſſimum Priapi.ſ. ad adorādum
2. Paralip.15. Hoc eſt Phogor ſiue Beelphegor, quod fuit idolum Tentiginis. Pſal. Initiati ſunt Be
elphegor. Hoc idem continetur Nume.25. Quare autem iſta omnia faciat, ſubdit, ⌊&⌋.i. quia
⌊populus non intelligens,⌋ hoc eſt, intelligere nolens, ⌊vapulabit,⌋ dignis.ſ. plagis. Luc.12. Ser
uus ſciens voluntatē dn̄i ſui, & nō faciens digna, plagis vapulabit multis, & ab his reuocat Iudā di
cens. ⌊Si fornicaris tu Iſrael⌋ hoc eſt, decē tribus, hoc eſt, q̄uis fornicaris, ⌊nō delinquat ſaltē Iu
da⌋.i. duæ tribus, q̄ illæ habebāt prophetas & ſacerdotes & tēplum, q̄ oīa decē tribus abiecerāt
& ideo irrationabilius eſt duas q̄ decē tribus poſt idola fornicari, & hoc ꝑ ſimile dicit̄ laico & ſa-
cerdoti, incōuenietius eſt em̄ ſacerdotē peccare q̄ laicū. Hier.11. Quid eſt ꝙ dilect⁹ meus in domo
mea opat̄ ſcelera multa? In q̊ aūt fornicari poſſit, diſſuadēdo ſubdit ⌊&⌋.i. ⌊nolite ingredi in Gal
gala,⌋ q̄d reuelatio vel volutabrū interp̄tat̄, reuelatio.ſ. q̄a putabāt ibi idola reſpōſa dare. Volu-
tabrū autē ſecūdum veritatē, quia luto idololatriæ & fornicationis ibi polluebant̄. 2. Pet.2. Canis
reuerſus ad vomitū ſuū & ſus lota in volutabro luti, ⌊& ne aſcēderitis in Bethauen⌋ quę prius Be
thel, hoc eſt domus dei vocabatur, poſtquam Hieroboam poſuit ibi idolū Bethauen, hoc ē do-
mus inutilis vocabatur, quia populum deo deditum inutilem fecit, & intendit extirpationem
idoloꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A idoloꝝ, ne in eoꝝ phana introeatur, ſicut & clericis & religioſis ſuadetur, ne ſecularibus ſe miſceant. 2. ad Corinth. 6. Quæ pars fidelis cũ infideli, aut quę cõmunicatio tẽplo dei cũ idolis, ⌊ neq̃ iuraueritis, viuit dñs. ⌋ Per mortuos em̃ deos, ſicut per viuentem deũ iurari nõ poteſt, vanum em̃ eſſet, qa idolum non viuit. Exod. 20. Nõ aſſumes nomen dei tui in vanum. Pſal. Pc̃tõri dixit, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtũ meũ per os tuũ. Iuramẽtũ em̃ p mortuũ deũ non tenetur, qa ſcitur, ꝙ mortuus deus nõ vindicabit periuriũ. Sapiæ. 14. Dum confidũt in idolis quæ ſunt ſine anima male iurãtes noceri ſe non ſperant. Et ſubdit cauſam. ⌊ Quia ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael ⌋ vacca magis laſciuiens eſt q̃ bos, & ſignat eos qui propter laſciuiam declinant à iugo domini. Amos. 4. Audite hæc vaccæ pingues, q̃ eſtis in monte Samariæ. Hierem̃. 2. A ſeculo confregiſti iugũ rupiſti vincula, dixiſti non ſeruiam, & huius peccati ſeqtur pœna, ⌊ nũc paſcet eos dñs ⌋ hoc eſt, ſpacioſa paſcua exhibebit, vt per totum mundum p latitudinẽ captiui ducantur, ⌊ quaſi agnum in latitudine ⌋ Eſa. 22. Quaſi pilam mittet te in terrã latã & ſpacioſam, ibi morieris. Agnus enim ibi ponitur, non pro ſimplicitate, ſed pro fatuitate. Agnus em̃ ſibi permiſſus ita in nos lupi, ſicut ad paſtorem currit, ⌊ particeps idolorum Ephraim ⌋ Pro parte em̃ quæ deus eſt idolum aſſumpſit. Thren̄. 3. Pars mea dñs dixit anima mea. Hæc pars nõ ſuffecit ei, ſed commutauit illam partẽ in idolũ. Numer. 18. Ego ero pars eoꝝ. Pſal. Dominus pars hęreditatis meæ. Et miſeꝝ eſt partẽ iſtã in idolum cõmutare. Ephraim autem vocat decem tribus propter Hieroboam, qui primus rex fuit eaꝝ qui fuit de Ephraim, & quia particeps idoloꝝ eſt, ideo ſupple, ⌊ dimitte eum ⌋ ò Iuda. Matth. 18. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi quaſi æthnicus & publicanus. 1. ad Corinth. 5. Auferte malum ex vobiſipſis. Matth. 5. Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum & proijce abs te, ſupple, quia ⌊ ſeparatũ eſt conuiuium eoꝝ ⌋ à tuo. ſ. & videt̃ tãgere illud, ꝙ tribus vicibus aſcenderunt in templũ, vbi conuiuijs & epulis gaudebant corã dño, ſed mo
B do quia decẽ tribus ibant ad idolum, dicit conuiuiũ eſſe ſeparatũ. Prouerb. 23. Noli eſſe in conuiuijs potatorum, nec in comeſſationibus eoꝝ, qui carnes ad veſcendum conferũt, quia vacãtes potibus & dantes ſymbola, conſumentur. In epiſtola Iudæ: Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuãtes, hoc eſt macuſoſe ſine timore ſemetipſos paſcentes, hoc cõtra guloſos ẽ. Hinc ortũ habuit, ꝙ excommunicatis in menſa non licet communicare. 2. ad Corinth. 5. Si is qui frater nominatur, eſt ebrioſus aut auarus aut idolis ſeruiens aut fornicator, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. In quo autem conuiuium ſit ſeparatũ, ſubdit, ſupple quia ⌊ fornicatione fornicati ſunt ⌋ hoc eſt, fornicatione idolorum fornicati ſunt, luxu delectabilium. Eſa. 57. Vos autem accedite huc filij auguratricis ſemen adulteræ & fornicariæ. Quæ aũt ſit cauſa fornicationis ſubinfert. ⌊ Dilexerũt afferre ignominiã protectores eius ⌋ hoc eſt, qui debebant eſſe protectores, reges & ſacerdotes. Dilexerũt, hoc eſt, ex magna dilectiõe & delectatione afferre ignominiam, hoc eſt, ignominioſum idolum, quod nec nomine dignum eſt, & quod omnis mali cauſa eſt & initium & finis. Pſal. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eoꝝ, trãſiuerũt in affectum cordis. Quæ aũt ſit cauſa tantæ dilectionis in malo, ſubdit, ſupple quia, ⌊ ligauit eum ſpiritus in alis ſuis ⌋ hoc eſt, Iſraelis. Homo em̃ duas alas habet liberas, rationem. ſ. & voluntatem, quibus volare deberet ad verum, & ad bonum, ſed
C ligatur ala voluntatis libidine, & ala rationis errore, & hoc à ſpiritu maligno quæ idolorum ſpiritus eſt. Iſtæ ſunt duæ alæ, de quibus Apoca. duodecimo dicitur: Datæ ſunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum in locum ſuum. Has optat eccleſia in pſalmo: Quis dabit mihi pennas, hoc eſt alas, ſicut columbæ & volabo & requieſcam. De ligamine autem dicitur. 2. Paralipomenon vltimo: Incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi. Et ideo ſupple, ⌊ confundẽtur à ſacrificijs ſuis ⌋ hoc eſt, pro ſacrificijs ſuis, non enim ſacrificia ſunt, qa nõ ſacrum faciunt, ſed prophanationes. Pſal. Confundãtur om̃es inique agentes ſuperuacuæ.

Excõmunicatis non licet in mẽſa communicare.

¶ In capitulum quintum enarratio.

AVdite hoc ſacerdotes ⌋ Hic incipit agere de peccatis principum, qui cauſa peccati populi fuerũt. Principes autem ſunt ſeculares & ſpirituales, hoc eſt, ſacerdotes & reges. Diuiditur autem pars iſta in duas partes. In quarum prima exaggerationem ponit peccati. In ſecunda clamorem prophetarum contra peccatum, Infra octauo, ibi, In gutture tuo ſit tuba. Prima in duas diuiditur. In prima agit de peccato principum in ſe. In ſecunda, qualiter principes ad ſuum peccatum inducunt populum, Infra. 7. ibi, Cum ſanare vellem Iſrael. Adhuc prima diuiditur in duas. In quaꝝ prima probat pc̃tm̃, & peccati irremediabilitatem. In ſecunda oſtendit, ꝙ in conuerſione nõ habebunt indulgentiam, Infra. 6. ibi, In tribulatione ſua. Prima adhuc diuiditur in duas. In quaꝝ prima probat peccatum. In ſecunda probat, ꝙ nec in deo nec in homine inuenient remedium, ibi, In gregibus ſuis. In prima quatuor paragraphi ſunt. In quorum primo ſacerdotes & reges & populum prouocat ad iudicium. In ſecundo cauſam quæ diſcutienda eſt in iudicio, ibi, quoniam laqueus. In tertio oſtendit, quòd nihil latebit in iudicio, ibi, & ego eruditor. In quarto, quod culpæ proportionabitur pœna, ibi, Et reſpondit arrogantia Iſrael. Dicit ergo.

⌊ Audite hoc ſacerdotes ⌋ ꝙ enim peccata inundauerũt, maxime culpa ſacerdotũ eſt, q corrige-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

re potuerũt & debuerunt. Eſa.55. Audite audientes me & comedite bonũ. Hiero. ſacerdotes qui D
non de tribu Leui, ſed qui à populo ita vocabantur. Malach.1. Ad vos ò ſacerdotes, ſupple diri-
go ſermones, ⌊& attẽdite domus Iſrael⌋ hoc eſt, totus populus, q de domo Iſrael exiuit. Eſa.51.
Audite me q ſequimini q̃d iuſtũ eſt, & quæritis dñm. Eſaiæ.48. Audite hæc domus Iacob q vo-
camini in nomine Iſrael, ⌊& domus regis auſcultate⌋ principes. ſ. ſeculares. Sapiẽtiæ.6. Præbete
aures vos q continetis multitudinẽ, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à dño
poteſtas vobis & virtus ab altiſſimo, q interrogabit opa veſtra & cogitationes ſcrutabitur, ⌊qa
iudicium vobiſcũ eſt⌋ hoc ẽ, contra vos. Iohan.12. Nunc iudicium eſt mũdi, nunc princeps huius
mundi eijcietur foras. Et ſubiungit cauſam in paragrapho ſecũdo, ⌊qm̃ laqueus facti eſtis ſpecu-
lationi⌋ Speculationi materialiter debet legi, hoc eſt his, ſuper q̊s ſpeculatoris officiũ accepiſtis.
Ezech.3.& 33. Fili hominis ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael. Laqueus aũt dicit peccatum illa-
queans animã. Eſa.24. Formido & fouea & laqueus ſup te, qui habitator es terræ. Ibidẽ: Qui ſe
explicuerit de fouea tenebitur planta eius laqueo, ⌊& ſicut rete expanſum ſuper Thabor⌋ Ad li-
teram Thabor mons eſt in Galilæa rotundus & ſublimis, in quo ſolẽt aues laqueis capi, & vult di-
cere, ꝙ p[illegible] malũ exemplũ, vel malã doctrinã, vel doctrinæ ſubtractionẽ prælati rete facti ſunt.
Vnde Thabor veniens lumen interpretatur, quia à monte prælationis lumen ſcientiæ & inſtru-
ctionis venire deberet. Iob.18. Immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat, ⌊&⌋ ideo
ſupple, ⌊victimas declinaſtis in profundũ⌋ hoc eſt, victimas quæ deo offerri deberẽt in anima-
bus quaſi in profundũ inferni declinaſtis. 1. Reg.3. Erat peccatũ puerorũ grande, qa retrahebant
homines à ſacrificio dei. Et conſequẽter dicit, ꝙ in illo iudicio nihil latebit, ⌊& ego⌋ ſupple ſum,
⌊eruditor⌋ ſeptuaginta, magiſter ⌊omniũ eorũ⌋ & ideo qa primus ſum fons omniũ nihil me la-
tet. Iob vltimo: Scio, quia om̃ia potes, & quia nulla te latet cogitatio. Eſa.48. Ego dñs docens te E
vtilia, ⌊& ideo⌋ ſupple, ⌊ego ſcio Ephraim⌋. i. cogitationes, intẽtiones, verba & opera eius. Ec-
cleſiaſtici.33. Oculi domini lucidiores ſunt ſup ſolẽ circumſpicientes oẽs vias hominũ, ⌊& Iſrael
non eſt abſconditus à me⌋ populus. ſ. quia Ephraim ſignat regẽ. Heb.4. Omnia nuda & aperta
ſunt oculis eius ad quem nobis ſermo. Sapiæ.1. Qui loquit iniqua, non poteſt latere, nec præteri-
ret eum corripiens iudiciũ. Quid autem ſciat de his, ſubdit, ⌊quia nũc fornicatus eſt Ephraim⌋
rex. ſ. in cuius corde adhuc fornicationes ſunt. 4. Regũ.9. Adhuc fornicationes Iezabel matris
tuæ, & veneficia eius multa vigẽt, & à peccato prælatorũ, ⌊contaminatus eſt Iſrael⌋ hoc eſt, eo-
dem peccato inuolutus. Gregorius: Dum paſtor p abrupta graditur, fit vt per præcipitium grex
ſequat. Et qa aliquis poſſet dicere, ꝙ pœnitentibus pctm̃ dimittendũ eſt, ideo obuiat dicẽs, ⌊nõ
dabũt⌋ per pœnitẽtiã, ſupple ⌊cogitationes ſuas⌋ in qbus amaritudo peccati tractãda eſt, ⌊vt
reuertant ad deũ ſuũ⌋ eo ꝙ pœnitere nolunt. Hiere.2. A ſeculo confregiſti iugũ, rupiſti vincula
dixiſti non ſeruiam. Ibidẽ. Nullus auertet eam, omnes q quærũt eam, non deficient in menſtruis
ſuis, hoc eſt in defectibus ſuis inueniẽt eam. Contra quod dicitur Baruch.4. Sicut fuerũt ſenſus
veſtri, vt erraretis à deo, decies tantũ iterũ reuertentes requiretis eum. Et ſubiungit cauſam, ⌊qa
ſpiritus fornicationũ in medio eorũ⌋ qui. ſ. tenet eum ligatum, & redire non pmittit. 1. Reg.16.
Spiritus dñi receſſit à Saul, & exagitauit eũ ſpũs nequam à dño, ⌊& dñm nõ cognouerũt,⌋ noti-
tia. ſ. approbationis. Pſal. Nõ eſt deus in cõſpectu eius. Romañ.1. Sicut nõ probauerũt deũ habe- F
re in notitia, tradidit illos deus in reprobũ ſenſum, vt faciant q̃ nõ conueniũt, & tãgit de propor-
tione pœnæ cõtra culpã. ⌊Et reſpondebit arrogantia Iſrael⌋ hoc eſt pctm̃ ſuperbiæ arrogãtis,
⌊in faciẽ eius⌋ hoc eſt, corã & manifeſte. 2. Reg.12. Tu feciſti rem in abſcondito, ego vero faciã
in cõſpectu totius Iſrael, & in cõſpectu ſolis huius. Hiere.48. Audiuimus ſuperbiã Moab, ſuper-
bus eſt valde, ſuperbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius plus q̃ fortitudo eius. Arguam te
& ſtatuã cõtra faciẽ tuã. Et hoc eſt q̃d ſeqtur, ⌊& Iſrael⌋ populus. ſ. ſubdit⁹, ⌊& Ephraim⌋ rex
vel p̃latus malus, ⌊ruent in iniqtatibus ſuis⌋. i. pro iniqtatib⁹ ſuis in pẽnã. ſ. tpalẽ & æternã. Pſal.
In conſpectu eius cadent oẽs q deſcẽdũt in terrã, hoc eſt in terrenorũ amorẽ, ⌊ruet & Iudas cum
eis⌋ vt. ſ. imitator culpæ ſit hæres pœnæ. Eſa.3. Ruit Hieruſalem & Iudas cõcidit, qa linguæ eorũ,
& adinuẽtiones eorũ cõtra dñm, vt prouocarẽt oculos maieſtatis eius, agnitio vultus eorũ reſpõ-
debit eis. ¶ ⌊In gregibus ſuis⌋ Tãgit hic inutilitatẽ placationis, qua q̃rũt veniã & auxiliũ. Primo
apud dñm. Secũdo apud homines, ibi, & vidit Ephraim. In primo dicit duo. ſ. culpã & pœnam,
ibi, nunc deuorabit eos. ſ. culpa, apparẽs conuerſio eſt quæ veritatem non habet. Vnde duo dicit,
apparentiam. ſ. & non exiſtentiã, & hoc eſt. ⌊In gregibus ſuis,⌋ hoc eſt, in oblatione minutorũ
animalium. ſ. ouium & caprarũ, ⌊& in armentis ſuis⌋ in maioribus. ſ. animalibus, ſicut vaccis, ⌊va-
dent⌋ exterius. ſ. & non interius, hoc eſt, paſſu pedũ & non virtutum, ⌊ad quærendũ dñm⌋ tã-
quàm exterioribus ſacrificijs ſine deuotione interiori poſſit placari deus, cũ dicat dñs Hiere.11.
Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitiam tuam, Gloſſa inducit illud Pſal. Nunquid man-
ducabo carnes taurorum aut ſanguinem hircorum potabo. Et iterum: Non accipiam de domo
tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos, ſignificat autẽ eos qui corporalia multa faciunt, ſed in-
terius non conuertuntur. 1. ad Timoth. quarto: Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt,
pietas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A pietas ad omnia valet, ⌊& non inuenient⌋ quia.ſ.non vere quærũt, ſi eñ vere q̃rerẽt, verifica
retur verbũ dñi. Matt.7. Quærite & inuenietis, ecõtra nõ bene q̃rẽtibus dicit. Cãt.5. Quæſiui illũ
« & non inueni, ⌊Ablatus eſt ab eis⌋ Gloſſa, A recedentibus ipſe receſſit. Heb.3. Videte ne forte ſit
in aliquo veſtrũ cor malũ, incredulitatis recedendi à deo viuo, & ſubiungit cauſam, quia ſupple,
« ⌊in dño⌋ hoc eſt contra dñm præuaricati ſunt, deũ.ſ.& legem abijciendo. Eſa.48. Scio, q̃a prę-
« uaricans pręuaricaberis, & tranſgreſſorẽ ex ventre vocaui te. Et huius ſubdit ſignũ, ⌊quia filios
« alienos genuerũt,⌋ hoc eſt alia forma q̃ diuina formatos, initiauerunt eñ eos in nomine idolo-
rum, & non in nomine dei, ſicut & mali prælati ad formam diaboli informant filios ſuos. Pſal.
Initiati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuoꝝ. Vnde Gene.2. Hominem quem
deus ad imaginem ſuam fecerat, ipſe poſtq̃ peccauit ad imaginem peccati genuit. Pſal. Filij alieni
« mentiti ſunt mihi. ⌊Nunc deuorabit⌋ Tangit hic pœnã, primo in Iſrael, ſecundo in Iuda. In Iſ-
« rael, dupliciter.ſ.in pœna ſecũdum ſe, & in planctu pœnæ, & hoc eſt, ⌊nunc deuorabit eos mẽ-
« ſis⌋ hoc eſt, tribulatio ſingulis menſibus inducta, & eſt ac ſi dicat ſingulis menſibus nouas habe-
« bunt oppreſſiones ſe deuorantes, ⌊cũ partibus ſuis⌋ hoc eſt, ſortibus poſſeſſionũ ſuarum. Et hoc
4.Reg.15. legitur, ꝙ Phul eos vaſtauit, & mulctam impoſuit, cui ſucceſſit Teglatphalaſar, & am-
pliusillo & ſæpius vaſtauit, cui ſuccedens Salmanaſar amplius deſeuit. Idem fecit rex Aegypti,
& rex Babylonis. Iudic.2. Iratus dñs contra Iſrael tradidit eos in manus diripientium, qui cœ-
perant eos & vendiderunt hoſtibus ſuis qui habitabãt per gyrũ, nec poterant reſiſtere aduerſarijs
ſuis, ſed quocũq; pergere voluiſſent manus dñi ſuper eos erat. Vnde ſicut de bonis dicitur Iſrael
B literaliter. Eſa. vlt. Erit menſis ex menſe quaſi fertilitas vnius menſis egreſſa ſit ex alio, ita per cõ-
trariũ dicit de malis, ꝙ ſingulis menſibus rediuiuas habebũt cum ſuis poſſeſſionibus deſtructio-
nes, & hoc ſub alia metaphora dicit. Iohelis.1. Reſiduũ erucæ comedit locuſta, reſiduum locuſtæ
comedit brucus, reſiduũ bruci comedit rubigo. Iſta videmus fieri in peccatoribus, in quibus ſuc
cedentibus peccatis continue adimitur pars boni naturalis. Et ſubdit de planctu, qui quãtitatem
« doloris indicat. ⌊Clangite buccina in Gabaa⌋ quæ fuit ciuitas, vbi natus eſt Saul, qui primus re-
gni Iſrael fuit corruptor. Eſt aũt buccina, vt dicit Hieronymus, cornu curuum pforatũ, quo pa- Buccina
« ſtores clangere conſueuerũt, & ſignat plebis cõuocationẽ tanq̃ minorum & quaſi pecudum, ⌊&
« tuba⌋ quæ ſicut dicit Hieronymus, de ære eſt, vel de argento vel auro, ſupple clangite, ⌊in Ra-
« ma⌋ quæ etiã ciuitas eſt in ſorte Beniamin, ſicut & Gabaa, & excelſa interpretat. Gabaa vero
collis, & ſignificat conuocationẽ maioꝝ, quæ tubis fiebat tẽpore prælij. Nume.10. Fac tibi duas
tubas ductiles, q̃bus poſſis cõuocare multitudinem in die, quando mouenda ſunt caſtra. Hęc duo
coniungit. Pſal. In tubis ductilibus & voce tubæ corneæ. Quid autem omibus cõuenientibus fa
« ciendũ ſit, ſubdit. ⌊Vlulate in Bethauen⌋ Bethauen vocat Bethel, qui cũ prius eſſet Bethel, quã-
do Iacob ibi vidit viſionẽ. Gene.28. Propter quam viſionem ſemp in veneratione remanſit lo-
cus. Poſtq̃ Hieroboam poſuit ibi vitulum, dicta eſt Bethauen, hoc eſt domus inutilis vel domus
idoli. Et eſt ſenſus: Quando omes conuenitis, vlulate ſup peccato Bethauen, hoc eſt ſup idolola-
tria, q̃ originaliter in totũ populũ proceſſit ex Bethauen. Hiere.9. Sup montes aſſumã fletus ac la-
C mentũ, & ſuper ſpecioſa deſerti planctũ, quoniã incenſa ſunt, eo ꝙ non ſit vir pertranſiens. Vbi
« autem Bethauen ſita ſit, ſubdit. ⌊Poſt tergum tuum Beniamin⌋ hoc eſt, quæ Bethauen poſt ter-
gum fortis Beniamin eſt. Hoc ſub eodẽ ſenſu maioribus & minoribus dicitur peccatoribus & p̃-
latis. Cum enim ſit domus, vt dicit Gregorius, omne quod quis per mentẽ inhabitat, delecta-
bile peccati in quo habitat peccator, Bethauen eſt, cuius inhabitatio plangenda eſt. Hiere.6. Lu-
ctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Hæc poſt tergum Beniamin eſt, quia filij dexteræ ta-
lia à ſe proijciunt. Eſa.30. Proijcies ea & abominaberis ea tanquam immunditiam menſtruatæ,
« quid autem plangant, ſubdit, ⌊Ephraim in deſolationem erit,⌋ hoc eſt, regnum decem tribuum
Hiere.5. Iniquitates noſtræ declinauerunt, hoc eſt, peccata noſtra prohibuerunt bonum à nobis.
« Et ſubiungit de veritate ſermonum, ⌊in die correctiõis⌋ hoc eſt, punitionis peccati, quam.ſ.dic
« adduxi, ⌊& in tribubus Iſrael⌋ decem.ſ.quas puniui, ⌊oſtendi fidem⌋ hoc eſt, verba mea eẽ fi-
delia & vera. Eſa.31. Ipſe ſapiens adduxit malum, & verba ſua non abſtulit. Deuter.32. Deus fide-
« lis, & abſq; vlla iniquitate iuſtus & rectus. ¶ ⌊Facti ſunt⌋ Tangit hic de deſtructione duarum tri
buum, & dicit tria, peccatum.ſ.propter quod deſtruuntur, peccati inconuenientiam, & modum
quo deſtruuntur, ſic autem continuandum eſt. Dictum eſt, ꝙ in Gabaa & in Rama clangendum
eſt, quæ ciuitates ſunt de regno duaꝝ tribuum, & ne credatur, q̃d hoc iniuſtum ſit. Duarum tri-
« buum inducit peccatum, ⌊facti ſunt principes Iuda⌋ hoc eſt duarum tribuum, ⌊quaſi aſſumẽtes
« terminum,⌋ hoc eſt, dilatantes ſuas poſſeſſiones ſuper terminum decem tribuum, & ideo gaudẽ-
tes de decem tribuum captiuitate, quod magnum peccatũ eſt. Eſa.5. Væ qui coniungitis domũ
ad domum, & agrum agro copulatis vſq; ad terminũ loci. Abacuc.2. Væ ei q̃ multiplicat nõ ſua.
Iob.31. Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quod inueniſſet eum malum.
Hoc enim de auaris dicitur, qui de aliorum mortibus gaudent, vt ipſi poſſeſſiones eorum accipi-
« ant. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊effundam ſuper eos⌋ conſumendos.ſ. ⌊quaſi aquã iram meam⌋

Triplici-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tripliciter effunduntᷣ liquores. Effunditur mel quod viſcoſum eſt & vaſi adhærebit, & ſubſtātia D
& odor & color, effunditur vinum & vaſi adhærebit odor, effunditur lac & vaſi adhærebit co-
lor, nullo iſtorum modoꝝ effunditur aqua. Effuſa em̄ aqua nihil relinquit, nec ſubſtantiam, nec
odorem nec colorem. Effūdere ergo iram quaſi aquam, id eſt, de ira nihil retinere. Ecci. 36. Exci
ta furorem & effunde iram. Pſal. Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt. Et ſubdit
de peccati huius inconuenientia, potius enim tunc compati debuerant, ⌊calumniam patiens eſt
Ephraim. ⌋ Quāuis em̄ deus iuſte hoc fecerit, tamen rex Aſſyriorum cauſam non habuit hoc fa-
ciendi, ſed per calumniam populum oppreſſit. Eſa. 52. Aſſur abſq; vlla cauſa calumniatus eſt eum,
calumniam autem patiens eſt, ⌊fractus iudicio⌋ dei. ſ. qui hoc permiſit propter pct̄ā. Eſa. 14.
Contriuit dn̄s baculum impioꝝ virgam dominantium. Quare autem tali iudicio fractus ſit, ſub-
ditur, ⌊quoniam cœpit abire poſt ſordes⌋ idoloꝝ. ſ. & peccatorum. Threñ. 1. Sordes eius in pe-
dibus eius. Et ſubiungit de modo deſtruendi, ⌊& ego tinea Ephraim, ⌋ tineam ſe vocat domin⁹
quia occulto & paulatino iudicio conſumit peccatores, propter pct̄m̄ quod de ipſis naſcitur. Et

*Tinea cōſumit veſtimentum.*

attende q̄ tinea conſumit veſtimentum aut quod vetus eſt aut quia in vſu non eſt, aut quia in ob
ſcuris eſt & radijs ſolis nō exponitur, & ſic eſt de vetuſtis in pctō qui non exercentur ad virtutes
& qui lumini intelligentiæ & gratiæ non exponuntur. Iob. 4. Conſumentur velut à tinea de ma
ne vſq; ad veſperam ſuccidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Eſa. 14. Subterte
ſternetur tinea & operimentum tuum erunt vermes, ⌊& quaſi putredo domui Iuda, ⌋ putredo
quia humorem interiorem corruptum, ad exteriora reducit, & partes ſic diffluere facit, & paula-
tim corrumpit. Iob. 13. Quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comedi-
tur à tinea. Prouerb. 25. Sicut tinea viſtimento & vermis ligno, ſic triſtitia viri nocet cordi. Paula E
tim enim triſtitia cōſumitur cor, ſicut veſtimentum tinea & lignum verme qui naſcitur ex putre
dine ligni. ¶ ⌊Et vidit Ephraim. ⌋ Tangit hic inutilitatem auxilij humani, & dicit tria. ſ. auxilij
inutilitatem, iudicij diuini ſæueritatem, & auxilij diuini ſubtractionem ⌊Et vidit Ephraim⌋ hoc
eſt, regnum decem tribuum, ⌊languorem ſuum, ⌋ hoc eſt, cognouit ſe impotentem ad reſiſten-
dum regi Aſſyrioꝝ, ⌊& Iudas vinculum ſuum⌋ ſupple vidit, quod etiam. ſ. regi reſiſtere nō po-
terat, ſed in proximo vinciendus erat, & tunc ſupple in dn̄o non confidebant, ⌊& abijt Ephra-
im ad Aſſur, ⌋ hoc eſt, ad regem Aſſyrioꝝ. 4. Reg. 15. legitur de Manahem rege decem tribuum
cunctis diebus eius veniebat Phul rex Aſſyriorum in Therſa & dabat Manahem Phul mille ta-
lenta argenti, vt ei eſſet in auxilium & firmaret regnum eius. Idem legitur de Achaz rege Iudæ,
4. Reg. 16. Cum collegiſſet Achaz argētū & aurum quod inueniri poterat in domo domini & in
theſauris regis, miſit regi Aſſyrioꝝ munera vt defenderet eum à Phacee filio Romeliæ & Raſin
rege Syriæ. Et hoc eſt quod dicitur hic, ⌊& miſit ad regē vltorē, ⌋ qui. ſ. defenderet eū. Hiere. 17
Maledictus homo qui cōfidit in homine & ponit carnem brachium eius. Et ideo ſequitur: Et ipſe
non poterit ſaluare vos, ò decem tribus. Pſal. Nolite cōfidere in principibus nec in filijs hoīm in
quibus non ſalus, ⌊nec ſoluere poterit à vobis vinculum, ⌋ ò duæ tribus. Eſa. 30. Omnes confuſi
ſunt ſuper populo qui eis prodeſſe non poterat, nec fuerunt in auxilium nec in aliquam vtilitatem
ſed in confuſionem & in opprobrium. Et ſubdit de iudicij ſæueritate, ⌊quoniam ego quaſi leæna
Ephraim, ⌋ ſuppleero, conterens oſſa eius. Eſaiæ. 38. Quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea, ⌊& F
quaſi catulus leonis, ⌋ ſupple ero, ⌊domui Iuda, ⌋ hoc eſt, duabus tribub⁹, vel laicis & clericis mo
raliter. Catulus leonis propter incrementum quo indiget, ſæuior eſt ad cibum quàm leo. Eſaiæ
trigeſimoprimo: Quomodo ſi rugiat leo & catulus leonis ſuper prædam ſuam, ſi occurrerit ei
multitudo paſtorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauebit: ſic
deſcendet dominus exercituum vt prælietur. Et de victoria ſubdit, ⌊& ego capiam, ⌋ hoc eſt, ca
pi faciam. Exodi decimoquinto: Perſequar & comprehendam, ⌊& vadam, ⌋ Gloſſa, cum hoſti
bus, vt in ipſa captiuitate me præſentem & vltorem ſentiant, ⌊& tollam, ⌋ hoc eſt, abſtollam eos
de terra ſua, ⌊& non eſt qui eruat, ⌋ de manu mea ſupple. Eſaiæ quinto: Rugitus eius vt leonis, ru
giet vt catuli leonum & frendet & tenebit prædam & amplexabitur, & non erit qui eruat. Deute
ronomio triceſimoſecūdo: Et non eſt qui de manu mea poſſit eruere. ⌊Vadens reuertar. ⌋ Tan
git hic qualiter iſtud efficiat, hoc enim facit totum per gratiæ ſubtractionem, ⌊vadens, ⌋ hoc eſt,
ab ipſis recedens, ⌊reuertar ad locum meum, ⌋ exit dominus cum ſe effundit in beneficijs,
ad locum autem maieſtatis ſuæ reuertitur, quando intra occultum ſui iudicij continet beneficia.
Eſaiæ decimooctauo: Ego quieſcam & conſiderabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt,
⌊donec deficiatis. ⌋ Qui enim ſine deo eſt, deficit. Iohannis decimoquinto: Si quis non manſerit
in me, mittetur foras ſicut palmes & areſcet, Dicit autem, deficiatis viribus, ſcilicet rebus & auxi-
lijs, ⌊& quæratis faciem meam, ⌋ defectu ſcilicet compellente. Matthæi vigeſimotertio: Non
me videbitis ammodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini. Danielis tertio:
Nunc ſequimur te in toto corde & timemus te, & quærimus faciem tuam ne confundas nos.
Gloſſa inducit illud Pſalmiſtæ: Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus.

¶ In cap.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶In Cap. VI. enarratio.

A IN tribulatione ſua⌋ Tangit hic coactam & tardam ad dñm conuerſionẽ, & diui-
ditur in duo. Primo em̃ dicit, qualiter reuertiſ populus ad dñm. Secundo, qualiter
reſpondet dñs, ibi. Quid faciam tibi Ephraim. In prima tria ſunt. ſ. coacta conuer
ſio vnius ab altero vocatio, ibi, venite & reuertamur, parata à deo receptio. ſ. q̃ſi
luculum. ⌊In tribulatione ſua⌋ à qua. ſ. liberari non poſſunt per alium niſi per me,
quæ ſua dicitur, q̄a peccatis meruerũt, ⌊mane conſurgẽt⌋ hoc eſt, mane & velo-
citer, ⌊ad me⌋ Dixerat em̃ ꝙ tribulatione deficiẽtes ſic quærerẽt faciem eius, & ideo nũc dicit,
qualiter tribulati veniũt ꝑ coactionẽ. Eſa. 26. In anguſtia requiſierũt te in tribulatione murmuris
doctrina tua eis. Eſa. 28. Tantũmodo ſola vexatio dabit intellectũ auditui. Quod aũt tũc mane ve
niant, habetur Eſa. 26. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpũ meo in ꝓcordijs meis de ma
ne vigilabo ad te. Pſal. Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Ad me aũt dicit, quia in alijs dijs auxi-
lium nõ inueniunt. Deuter. 32. Et dicẽt, vbi ſunt dij eoꝝ, in q̄bus habebant fiduciã, de quoꝝ victi-
mis comedebãt adipes, & bibebãt vinum libaminũ, ſurgant & opitulentur vobis, & in neceſſita-
te vos protegant, videte ꝙ ego ſim ſolus. Pſal. Tibi derelictus eſt pauper. Et ſecũdum aliã trãsla-
tionem: Tu ſolus laborẽ & dolorẽ cõſideras. Et ſubdit de adhortatione eoꝝ ad inuicẽ, & eſt vox
bonoꝝ alios vocantiũ ad pœnitentiã, ⌊venite⌋ deuotione. ſ. cordis, ⌊& reuertamur⌋ ſupple ꝑ
pœnitẽtiam ad dñm, à quo. ſ. per inobediẽtiã auerſi ſumus. Eſa. 46. Redite ꝓuaricatores ad cor.
Cantic. 6. Reuertere, reuertere, reuertere, à tentatione reuertere, à conſenſus voluntate reuerte-
re, ab actione reuertere, tãdem à peccati delectatione, ne ducaſ in conſuetudinẽ. Hoc ſignatũ eſt
B 4. Reg. 19. vbi Ezechias miſit nuntios qui reuocarẽt populũ ad dñm deũ patrũ ſuoꝝ. Subiungit
autẽ rationem quare reuertendũ ſit, ⌊quia ipſe⌋. ſ. deus, ⌊cœpit⌋ hoc eſt, captiuari fecit per Na-
buchodonoſor, ⌊& ſanabit nos⌋ à captiuitate ſiue ab infirmitate captiuitatis. Iob. 5. Ipſe vulne-
rat & medetur, percutit & manus eius ſanabũt, ⌊percutiet & ſanabit nos.⌋ Percutit em̃ pater &
curat, hoſtis ꝑcutit & interficit. Deuter. 32. Ego occidã, & ego viuere faciã, percutiã & ego ſana-
bo. In ſignũ huius nullum tetigit dñs Ieſus Chrũs, niſi ſanaret eũ. Vel melius exponitur allegori-
ce, ⌊ipſe cœpit⌋ hoc eſt, acepit nos ꝑ incarnationẽ. Heb. 2. Nuſquam angelos apprehẽdit, ſed ſe
men Abrahæ apprehẽdit, ⌊& ſanabit nos⌋. ſ. ab errore ꝑ veritatẽ doctrinæ. A pctõ autem ꝑ in-
fuſionẽ gratiæ ꝑ ſacramẽtũ. Et attẽde q̃d dicit Haymo, Quòd cœpit nos, ſicut ſeruũ fugitiuum, à
luce ad tenebras fugientẽ. In ſignũ huius dicit, cum dñs ſtaret in cruce, ꝙ faciẽ habuit conuerſam
ad occidentẽ, quaſi reſpiceret poſt ſeruũ fugientẽ. Iob. 10. Propter ſuperbiam quaſi leenã capies
me. De curatione dicitur in Pſal. Miſit verbũ ſuũ & ſanauit eos, & eripuit eos de interitu eorum,
⌊percutiet & curabit nos⌋ miles ꝑcutitur, quãdo ſcutũ percutiſ, ita pater ꝑcuſſit nos quando filiũ
percuſſit pro nobis. Eſa. 53. Propter ſcelus populi mei ꝑcuſſi eũ. Vnde vadẽs ad paſſionem dixit
diſcipulis, illud Zacha. 13. Percutiã paſtorẽ & diſpergẽtur oues gregis, ⌊& curabit nos⌋ vnguẽto
. ſ. ſacramẽtoꝝ ſuoꝝ, ſeptuaginta, curabit nos linteolis. Hiero. Linteola inſerũtur vulneribus, vt
C putridas carnes comedãt & extrahãt purulẽtias, & intẽdit de his q̃ medici tentas vocãt, quæ de li-
no factæ vſq; ad profundũ vulneꝝ immittunſ, vt vulnus à fundo ſanetur. Eccl. 38. In his curans
mitigabit dolorẽ, & vnguentarius faciet pigmẽta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis. Et
ad hoc allegant amplius de ſpe beneficiorum dei. ⌊Viuificabit nos poſt duos dies,⌋ quibus. ſ. in
ſepulchro iacebit. Iacuit autem partẽ paraſceues cũ nocte ſequente: pars autem diei, dies eſt. Ia-
cuit ſabbatũ cum nocte ſequenti & in aurora tertij diei ſurrexit: & ſic noctẽ paraſceues in lucẽ
ſabbati continuauit, noctem autem ſabbati in lucẽ ſequẽtis diei produxit. Vnde Matth. 28. Veſ-
pere ſabbati quæ luceſcit in primã ſabbati. Tunc enim ſurrexit, & hoc ſignat, vt dicit Auguſtin⁹,
Quòd ſua luminoſa morte quæ ꝑ ſabbatũ ſignatur, duas mortes noſtras obſcuras ad lucẽ termi-
nauit. Nox em̃ paraſceues terminata ad ſabbatũ, noctẽ peccati terminatã ſignat ad lucẽ gratiæ.
Nox autem inter ſabbatũ & dominicã, noctẽ noſtræ miſeriæ ſignat terminandã ad lucẽ gloriæ.
Pſal. Nox ſicut dies illuminabiſ, & nox illuminatio mea in delitijs meis. Eccl. 24. Penetrabo infe
riores partes terræ, & inſpiciam oẽs dormiẽtes, & illuminabo oẽs ſperãtes in dño. ⌊In die tertia
ſuſcitabit nos⌋ per ſuã. ſ. reſurrectionẽ, quæ cauſa eſt nr̃æ reſurrectiõis. Eſa. 58. Tũc erũpet quaſi
mane lumẽ tuũ, & ſanitas tua citius orieſ. Et paulo poſt: Orieſ in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ
erũt ſicut meridies. Fulgẽtius dicit: Tres dies, eẽ tres ortus ſolis. Primus ortus eſt de cœlo, de ſinu
ſcilicet patris, lux de luce, lumen de lumine. Eccl. 24. Ego feci in cœlis vt oriretur lumẽ indefi-
ciens. Pſal. In ſplẽdoribus ſanctoꝝ ex vtero ante luciferꝝ genui te. Secũdus ortus eſt in vtero vir-
ginali. Pſal. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ, & ipſe tanq̃ ſpõſus procedẽs de thalamo ſuo. Tertius
eſt de corde terræ ſiue de ſepulchro. 2. Mach. 1. Tẽpus affuit, ꝙ ſol refulſit, q̄ prius erat in nubilo.
De oĩbus iſtis ortib⁹ ſimul. Vobis timẽtibus nomẽ meũ orieſ, ſol iuſtitiæ & ſanitas in pennis eius. Malach. 4.
Hiero. dicit, ꝙ prim⁹ dies ẽ humilis ſaluatoris aduẽtus. Scd̃s, cũ ab oĩb⁹ in gloria videbiſ in carne.
Terti⁹, q̃n pacto iudicio ampliorẽ gl'am ſuę claritatis electis mõſtrabit, dicit hoc ſignificari. Vbi Gene. 22
Abrahã imolatur⁹ filiũ tertio die ad mõtẽ viſiõis deuenit. Iudęi dicũt, ꝙ ſecũd⁹ dies ẽ aduẽtus ſui
Meſſiæ.

Meſſiæ. Tertius autem lux iuſtitiæ qua liberãdi ſunt à captiuitate,ſed qa primũ inuenire nõ poſ- D
ſunt,etiam ſecũdum & tertium perdiderunt,qa ſecundus & tertius reſpectu primi dicũtur. Pſal.
Narrauerũt mihi inique fabulatiões,ſed nõ vt lex tua. ⌊Et viuemus in cõſpectu eius.⌋ In lumine
eñ cõſpect⁹ dei vita eſt,extra cõſpectũ dei in tenebris mors eſt. Iohã.1. In ipſo vita erat,& vita
erat lux hominum, ⌊ſciemus⌋ per approbationem.ſ.& per experimentum notitiam dei habe-
bimus. Hiere.31. Omnes ſcient me à maiore eorum vſq; ad minorem, ⌊ſequemurq́;⌋ per ope-
ris.ſ.imitationem. Iob.23. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus,viam eius cuſtodiui, ⌊vt cognoſca-
mus⌋ futura.ſ.perfecta compreheñſione, ⌊dominum⌋.1.ad Corinth.13. Ex parte cognoſcimus,
& ex parte prophetamus,cum autẽ venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.
Gloſa,inducit illud Iohan.17. Vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chri-
ſtum,hæc eſt eñ vita æterna. Et ſubinferũt quàm pius eſt in recipiendo. ⌊Quaſi diluculum pręparatus eſt egreſſus eius⌋ egreſſus diluculi eſt à tenebris proficiendo ad plenã lucem. Et ſic egre-
ditur deus in beneficijs liberando hominẽ à tenebris,& in plenam lucẽ deducẽdo conſolationis,
Et dicit quod eſt præparatus,hoc eſt ſemp paratus,ſicut pius pater. Luc.15. Filium longe veniẽ-
tem ſuſcepit. Hiere.3. Reuertere ad me,& ego ſuſcipiam te. Cantic.6. Quæ eſt iſta quæ proceſſit
quaſi aurora conſurgẽs? Et ſubiungunt de vtilitate aduẽtus eius. ⌊Et veniet quaſi imber nobis tẽ-
poraneus⌋ Deuter.23. Quaſi imber ſuper herbam,& quaſi ſtillæ ſup gramina. Temporaneus au-
tem dicit imber,q in vere deſcẽdit ad ſeminum pullulationem & augmentationem, ⌊& ſeroti-
nus terræ⌋ Serotinus imber eſt autumnalis,q grana intumeſcere facit,& ad quantitatẽ debitã de-
ducit. Signant aũt iſtæ duæ pluuiæ gratiam præueniẽtem,& gratiam ſubſequentem. Per præue-
nientem enim informat voluntatem vt bene velit. Per ſubſequentem coadiuuat voluntatem, ne
fruſtra velit bene,ſed exerceat ſe in operibus virtutũ & meritorum. Hieremiæ.5. Metuamus do- E
minum,qui dat nobis pluuiam temporaneã,& ſerotinam, & plenitudinẽ annuæ meſſis cuſtodiẽ-
tem nobis. Pſal. Pluuiã volũtariam ſegregabis deus hæreditati tuæ. ¶ ⌊Quid faciam tibi Ephra-
im⌋ Tangit hic reſponſionem domini,& dicit duo. Primo,q non in ipſo patre manet miſericor
diæ receptio. Secũdo,q̊d hoc eſt ex populo,q peccatis impediuit domini miſericordiam,ibi. Ipſi
autem ſicut Adam. In primo tria dicit.ſ.ſe omnia feciſſe quæ debuit prophetas miſiſſe qui mone
rent,& veram conuerſionem ſemp libenter acceptaſſe. ⌊Quid faciã tibi Ephraim⌋ hoc eſt re-
gnum decẽ tribuum,quod.ſ. non feci,quid reſtat de faciendis, & quid faciam tibi Iuda, hoc eſt,
regnum duarum tribuum. In pœnis quidẽ fecit omne quod potuit ad correctionẽ. Eſa.1. Super
quo pcutiam vos vltra addẽtes præuaricationem,omne caput languidum, & omne cor męrens
à planta pedis vſq; ad verticẽ non eſt in eo ſanitas. In beneficijs fecit plus quàm debuit. Miche.6
Populus meus quid feci tibi,aut in quo moleſtus fui tibi? Reſponde mihi. Et ex quo nec pœnis es
correctus,nec beneficijs attractus. Dicam illud Eſa.5. Quid eſt q̊d vltra debui facere vineæ meæ
& non feci? Non eſt ergo ex me ſupple,ſed ex vobis, ⌊miſericordia veſtra,⌋ hoc eſt,quam à me
petitis. ⌊quaſi nubes matutina,⌋ ſupple eſt. Nubes matutina modico calore auroræ eleuatur,&
ſtatim orto ſole ardore ſolis cõſumitur,& ſignat refrigeriũ captiuitatis quod modica deuotione,
ſed potius coacti q̃ ex charitate petierũt,quod ſtatim ardore concupiſcentiæ, & luce temporalis
proſperitatis diſſipatum eſt. Iacobi.4. Quæ eſt vita veſtra vapor eſt ad modicum valens, & de- F
inceps exterminabitur, ⌊& quaſi ros mane ptranſiens⌋ Ros eñ mane eleuatus ſtatim ſole orto
exiccatur,& ſic p modicam tẽtationem deuotio ab inſtabili & ingrato corde aufertur. Iacobi.1.
Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Bernardus: Ingratitudo eſt ventus vrens
exiccans fontẽ pietatis & rorẽ miſericordiæ. ⌊Propter hoc dolaui in prophetis⌋ & ne dicatur q
non commonuerim eos. Propter hoc vt conuerterẽtur dolaui eos in prophetis,hoc eſt in verbis
prophetarũ. Gloſſa. Dolare fabrorũ eſt,cum materiarum planatur aſperitas. In dolatione autem
pars à parte præciditur, vt id quod ponẽdum eſt in ædificio planet. Propter quod dicitur.1.ad
Corinth.3. Dei ædificatio eſtis. Ephe.2. In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templũ
ſemẽ in domino, ⌊occidi eos in verbis oris mei⌋ hoc eſt, verba occiſionis in eos protuli,vel fal-
ſos prophetas occidi,ſicut.3.Reg.18. Helias occidit 400. prophetas Baal,ne populo eſſent in ſcã-
dalum. Et.4.Reg.10. Iehu innumerabilẽ multitudinẽ occidit prophetarum Baal. Eſa.11. Spiritu
labiorum ſuorum interficiet impiũ,& ideo ſupple, ⌊iudicia tua⌋ quibus.ſ.retribuit tibi ſecundũ
merita, ⌊quaſi lux egrediẽtur⌋ nuſquã.ſ.obſcurata,quia nec perſonam accipio, nec munera,nec
iniquitatem diſſimulo. Prouer.4. Semita iuſti quaſi lux ſplendens & creſcẽs vſq; in perfectũ diẽ.
In quo aũt ſint ſicut lux, oſtẽdit, ⌊quia miſericordiã volui⌋ quàm.ſ.proximo faceres & tibi ipſi,
⌊& non ſacrificiũ⌋ ſupple ſine miſericordia. (Vos autem) ſicut in pręcedẽti capitulo dictum eſt,
veniſtis quærere me in gregibus & armẽtis ad quęrendam faciẽ meam deſerta.ſ.miſericordia,
⌊& ſcientiam dei⌋ ſupple volui ex intẽtione, ⌊plus q̃ holocauſta⌋ Scientia dei dicit ſcientia co-
lendi deum & ſeruiendi ſibi. Vnde.1. ad Timoth.4. Pietas ad omnia valet promiſſionem habẽs
vitæ,quæ nunc eſt & futuræ. Pſal. Holocauſtum & pro pctõ non poſtulaſti. Michę.6. Quærit
populus quid dignum offerat domino, nunquid offerã ei holocauſtomata & vitulos anniculos,

& poſt

A & poſt pauca reſpondit: Indicabo tibi ô homo quid ſit bonũ & quid deus requirat à te, vtiq; face-
re iudicium & diligere miſericordiã & ſolicitũ ambulare cũ deo tuo. In me ergo nõ remanet mi-
ſericordia, ſed in populo. ¶⌊ Ipſi aũt. ⌋ Dicit hic duo. ſ. punitionẽ Ephraim & punitionẽ Iuda,
ibi, Sed & Iuda. In primo tria dicit. ſ. tranſgreſſionẽ in quo tranſgreſſi ſunt, ibi, Galaat ciuitas: &
tranſgreſſionis generalitatẽ, ibi, In domo Iſrael. ⌊ Ipſi aũt, ⌋ cum ego intenderem corrigere eos,
⌊ ſicut Adã ⌋ ſupple trãſgreſſus eſt in paradiſo, ⌊ tranſgreſſi ſunt pactũ ⌋ legis meę ſupple. Eſa. 24
Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerũt ius, diſſipauerũt fœdus ſempiternũ, ⌊ ibi, ⌋ in parẽtibus. ſ. in pa
radiſo & in tranſgreſſione, ⌊ p̃uaricati ſunt in me, ⌋ hoc eſt, contra me. Eſa. 43. Pater tuus primus
peccauit, & interpretes tui p̃uaricati ſunt in me. In quo aũt pc̃tõ & vbi ſubiungit, & tangit qua-
tuor, pc̃tã in ſingulari & in cõmuni ſubiungit pc̃tõres eſſe, & hoc eſt ſupple, quia, ⌊ Galaad ciui-
tas operantiũ idolũ ⌋ ſupple eſt. Galaad ciuitas eſt in tribu Gad vltra Iordanẽ, quæ fuit ciuitas re-
fugij vltra Iordanẽ, & ideo fuit de poſſeſſiõe ſacerdotum, ſicut dicit Ioſue. 14. erat etiam in latere
montis, in quo Laban cõprehendit Iacob & fecerũt aceruũ teſtimonij, propter q̃d etiam Galaad
dicit, quod aceruus teſtimonij interpretatur. Gene. 31. Et quia in latere montis erat, propter hoc
Ramoth Galaad dicit, hoc eſt, excelſa Galaad. Ex patriarcha ergo habuit religionem, ex refugio
emunitatẽ, ex poſſeſſore ſummo ſacerdote authoritatẽ, & propter iſta oĩa poſuerunt ibi idola, vt
ex loci veneratione facilius inclinarent populũ ad idololatriã. Sap. 14. Per manus q̃d fit idolum,
maledictũ eſt, & ipſum, & qui fecit illud. Hoc ergo eſt vnũ pc̃tm̃. Secundũ eſt, ⌊ ſupplantata ſan
guine, ⌋ hoc eſt, reatu ſanguinis innocenter effuſi. Eſa. 1. Iuſtitia habitauit in ea, nunc aũt homici-
dæ. Et ſubiungit tertiũ, ⌊ & quaſi fauces viroꝝ latronũ, ⌋ hoc eſt, qui viriliter latrocinia exercent,
B erat eñ ciuitas inter deſertũ & Iordanẽ poſita, & erat receptaculũ latronũ ſpoliantiũ eos & inter-
ficientium, qui vel de deſerto tranſmiſſo Iordane venerũt in Hieruſalẽ, vel de Hieruſalẽ tranſito
Iordane voluerũt ire p deſertũ. Gloſſa tñ legit moraliter, q̃a incautos ſicut latrones malo exẽplo
interfecerunt. Hiere. 7. Nunquid ſpelunca latronũ facta eſt domus hæc, in qua inuocatũ eſt no-
men meũ. Matth. 21. Vos feciſtis domũ meã ſpeluncam latronũ. Pſal. Si videbas furem currebas
cũ eo. Et ſubiungit de quarto pc̃tõ, ⌊ particeps ſacerdotũ. ⌋ Attende ꝙ Galaaditæ domi erãt veſ
pilliones, vi vias & viatores ſpoliantes, & inſup erant participes & ſocij ſacerdotũ cis Iordanẽ de
Samaria, qui poſuerunt in Sychem cuſtodes, vt qui venirẽt de decẽ tribubus in Hieruſalẽ per Sy
chem per quã erat tranſitus ſpoliarẽtur ab eis & interficerẽtur, ne venirent ad templũ dñi. Eſa. 1.
Principes tui infideles ſocij furũ. ⌊ In via interficientiũ pergentes de Sychem. ⌋ Pſal. In via hac
qua ambulabã abſconderũt laqueum mihi. In cõmuni aũt ſubiungit, ⌊ quia ſcelus operati ſunt, ⌋
hoc eſt, opere perfecerũt. Eſa. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã, filijs
ſceleratis, & ſubiungit de generalitate, ⌊ in domo Iſrael, ⌋ hoc eſt, in familia tota Iſrael decem tri-
buum, ⌊ vidi horrendũ ⌋ facinus. ſ. quod aũt illud ſit, ſubdit ibi, ⌊ fornicatiões Ephraim, ⌋ hoc eſt,
fornicationes inuentæ à rege Hieroboam, q ſuit de tribu Ephraim, diffuſæ ſunt in totã domum
Iſrael. Sap. 14. Initiũ fornicationis eſt exquiſitio idoloꝝ, & adinuentio illoꝝ corruptio vitæ, ſup-
ple & ideo, ⌊ cõtaminatus eſt Iſrael ⌋ cõtaminatione. ſ. corruptionis idololatriæ. Malach. 2. Cõ
taminauit Iudas ſanctificationẽ dñi, quã dilexit & habuit filiã dei alieni. Diſperdat dñs viꝝ qui fe
cerit hoc, magiſtrũ & diſcipulũ de tabernaculo Iacob. Et ſubdit, ꝙ pro ſimili pc̃tõ duæ tribus ca-
ptiuabãtur. ⌊ Sed & Iuda, ⌋ qui etiã particeps es idoloꝝ, ⌊ pone ⌋ vel para ⌊ meſſem tibi, ⌋ hoc eſt
C para te, vt meſſione colligaris & abſcindaris. Apo. 14. Mitte falcem tuam & mete, q̃a venit hora
vt metat, q̃a maturauit meſſis terræ, ⌊ cũ cõuertero captiuitatẽ populi mei, ⌋ ecliptica eſt oratio.
Hieroñ. ſupplet eam ſic: Quaſi Chaldæi te metẽt, ſed inde te reducã, quod erit ſub Tyro & Da-
rio & Artaxerxe cũ conuertero captiuitatẽ populi mei. De hac cõuerſione nõ ſit promiſſio decẽ
tribubus, quæ perpetua captiuitate tenentur. Pſal. In cõuertẽdo dñs captiuitatem Sion, facti ſu-
mus ſicut conſolati.

## ¶ In Capitulum ſeptimum enarratio.

CVm ſanare vellem Iſrael. ⌋ Hic ſecundũ diuiſionẽ ſuperius inductã tangit quali-
ter populus inductus eſt in pc̃tm̃ idololatriæ. Et diuidit in partes duas. In quarũ
prima determinat inductionẽ iam dictã. In ſecũda pertinaciam in pc̃tõ inducto
exaggerat, ibi, Ephraim in populis. In prima quinq; ſunt paragraphi, in quorum
primo oſtẽdit dñs bonã voluntatẽ ad ſanandũ peccatorẽ. In ſecundo, q̃ inſidio-
ſe inductus eſt in pc̃tm̃, ibi, Et fur ingreſſus. In tertio, vt melius intelligat, oſtẽdit
hoc per ſimile, ibi, Oẽs adulterãtes. In quarto, lætitiã exultantiũ in pc̃tõ, ibi, Dies regis noſtri. In
quinto deſcribit qualiter corrupti ſunt & q̃ generaliter, ibi, Oẽs calefacti ſunt. Dicit ergo. ⌊ Cũ ſa
nare vellẽ, ⌋ hoc eſt intẽdere, ⌊ Iſrael, ⌋ hoc eſt, decẽ tribus ſupple ab idololatria vituli. Apim eñ
in figura vituli venerati ſunt in Aegypto, & ideo vitulũ fecerũt ante montẽ, Exo. 32. quod pc̃tm̃
irridẽs Pſalmiſta: Mutauerũt (inquit) gloriã ſuã in ſimilitudinẽ vituli comedẽtis fœnũ. Cũ inquã
pc̃tm̃ vellẽ ſanare, q̃d oſtẽdi, educẽdo populũ de Aegypto, & cõterẽdo idolũ & interficiẽdo pec
catores corã monte & cõſtituendo tẽplũ Hieroſolymis & cõſtituẽdo reges & ſacerdotes qui in

veneratione mea cõtinerẽt populũ, tũc inquã obijciẽs ſe mihi ad illã voluntatẽ perficiendã, ⌊re D
uelata eſt⌋ .i. apparuit, ⌊iniquitas Ephraim,⌋ hoc eſt, quam inuenit Hieroboam, q fuit de tribu
Ephraim, ſicut dicitur .2. Regum. 14. Iniquitas eñ dicit poſitio vituli in Bethel, ⌊&,⌋ ſupple re-
uelata eſt ⌊malitia Samariæ⌋ ſubiecti. ſ. populi cõſentiẽtis in pctõ, & bene dico, ꝙ reuelata ẽ ⌊qa
opati ſunt⌋ publice. ſ. ⌊mẽdaciũ⌋ Si eñ omne q̃d contrariat veritati mẽdaciũ eſt, vt dicit Hiero.
idololatria primo mẽdacium eſt, qa cõtrariat primæ veritati, nihilominus tñ mẽtiti ſunt claman-
tes corã idolo, Exo. 32. Iſti ſunt dij tui Iſrael, q te eduxerũt de Aegypto. Hoc refert ad malos p̄la-
tos q malo exemplo inducũt populũ ad pctm̃. Grego. in paſtorali: Nemo quippe in eccleſia ma
gis nocet q̃ qui male viuẽs culmen regiminis accepit. Hunc quippe delinquentẽ arguere nemo
p̄ſumit & in exemplũ culpa vehemẽter extendit, qñ pro reuerẽtia gradus pctõr honorat, ſitq́ꝫ vt
cũ paſtor p abrupta gradit, per p̄cipitiũ grex ſequat. Hoc ſignatũ eſt .2. Macha. 4. vbi dicit, ꝙ cũ
impijſſimus Iaſon obtinuiſſet principatũ, ſtatim cœpit cõtribules ſuos ad gentilẽ ritũ transferre.
Et tũc populus Samariæ q cuſtodiri debebat, operat mendaciũ, hoc eſt pctm̃. De talibus Oſee. 5
dicit: Laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſup Thabor. Peccatũ aũt menda-
Peccatũ eſt mendaciũ. ciũ eſt, ſicut dicit in pſal. Vt quid diligitis vanitatẽ & quæritis mendaciũ? Promittit eñ delecta-
tionẽ quã nõ exhibet. Eſa. 28. Poſuimus mendaciũ ſpem noſtrã & mẽdacio protecti ſum⁹. Hoc
eñ dicit malitiã, qa nõ ex ignorãtia nec ex infirmitate procedit, ſed ex affectato malo. Matt. 12.
Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Matth. 7. Nõ poteſt arbor mala fructus
bonos facere. ¶ ⌊Et fur ingreſſus eſt.⌋ Secũdus paragraphus, in quo oſtẽdit qualiter aſtutia ſer-
pentina inductus eſt populus ad pctm̃. ⌊Et fur ingreſſus eſt,⌋ hoc eſt, Hieroboã vt fur paulatim
ingreſſus eſt in corda hominũ, attrahendo. ſ. ſibi aſſenſum maiorꝫ primo, poſtea minorꝫ, p̄tendẽs
ꝙ ab oppreſſione Roboam vellet liberare populũ, & ꝙ non intenderet populũ à deo ſeparare & E
ſic in furno, id eſt nigro, venit, hoc eſt, in occulto tenebrarꝫ. Dicit eñ Labeo, ꝙ fur eſt qui in fur-
no. i. in tenebroſo, hoc eſt, clàm accipit. Et Ariſto. in ſexto Topicorꝫ: Fur eſt qui clàm vult fura-
ri. Eſa. 1. Principes tui infideles ſocij furꝫ, ⌊ſpoliãs latrunculus foris⌋ ſupple egreſſus eſt. Hieroñ.
Latro eſt, qui vi & aperte rapit, & ita fecit Hieroboam, poſtq̃ eñ occulte induxerat alios, violen
ter cõpulit: pergentes eñ in Hieruſalẽ interfici fecit. Hiere. 3. In vijs ſedebas quaſi latro expectãs
eos. Ita diabolus primo venit vt fur per ſuggeſtionẽ, vt dicit Grego. Dũ aũt inſidiando circũuo-
lat aut promittendo decipit, aut ſuadẽdo blandit, poſtea venit vt latro, dũ aut minãdo terret, aut
opprimẽdo rapit, aut deſperando frangit, propter hoc dicit Matth. 6. Theſaurizate vobis the-
Malus prælatus fur eſt & latro. ſauros in cœlo, vbi fures nõ effodiunt nec furant. Malus etiã p̄latus in ingreſſu fur eſt, ſed in pote-
ſtate cõſtitutus, ſpoliat vt latro, q̃ duo coniungit dñs, Iohan. 10. Fur nõ venit niſi vt furet, ecce pri
mũ, & mactet & perdat, ecce ſecundũ. ⌊Et ne forte dicant in cordibus ſuis⌋ murmurãtes contra
iuſtitiã meã. ſ. Pſal. Dixit inſipiens in corde ſuo, nõ eſt deus. Ezech. 18. Nõ eſt æqua via dñi, ⌊om
nẽ malitiã eorꝫ me recordatũ eſſe, auitã & paternã. Dixerunt eñ Ezech. 18. Patres comederunt
vuã acerbã & dentes filiorꝫ obſtupeſcunt, intendẽtes ꝙ pro pctõ antiquo paterno deus puniret
eos, ideo reſpondet, ⌊nunc,⌋ hoc eſt in p̄ſenti, ⌊circũdederunt eos⌋ vndiqꝫ. ſ. cõcludendo, ⌊ad-
inuentiones eorꝫ,⌋ hoc eſt, noua pctã p̄teritis addita. Roma. 1. Inuentores malorꝫ parẽtibus nõ F
obedientes. In malitia eñ exceſſerũt oẽs patres, & ne inficient ſubdit, ⌊coram facie mea factæ
ſunt.⌋ Eſa. 3. Linguæ eorꝫ & adinuentiones eorꝫ cõtra dñm vt prouocarẽt oculos maieſtatis eius
& hoc oſtẽdit per ſequẽs, & ſupple quia ⌊in malitia ſua,⌋ hoc eſt, in cõſenſu malitiæ, ⌊lætificaue
runt regẽ,⌋ vel malum p̄latũ. Malus eñ p̄latus lætat de pctõ ſubditorꝫ, vt ſemp habeat occaſionẽ
accipiendi, & ne ſibi improperet. Prouerb. 2. Lætant cũ male fecerint & exultant in rebus peſſi-
mis, ⌊& in mendacijs ſuis principes⌋ ſupple lætificauerunt. Principes vocat inferiores ad cõſen-
ſum regis inclinãtes, & p̄latos inferiores q gaudẽt de pctõ populi. Eſa. 59. Loquuti ſumus de cor-
de verba mendacij. Et paulo ante: Iniquitates noſtras cognouimus peccare & mentiri cõta dñm
& auerſi ſumus ne iremus poſt tergũ dei noſtri. ¶ ⌊Oẽs adulterãtes.⌋ Tertius paragraphus, in q̃
oſtẽdit per ſimile qualiter inductus eſt populus in pctm̃, & hoc eſt, ⌊Oẽs adulterãtes⌋ ſpũaliter
vel corporal̃r ſupple ſunt p ſimilitudinẽ, ⌊quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte,⌋ ita ꝙ cor ſit vt cli
banus, ſuggeſtio iniecta ſit quaſi ignis, coquẽs aũt ſicut Hieroboam vel diabolus, fornax quidẽ ſi
gnat, per fornacẽ Babylonis, Danie. 3. ignis eſt, de quo Iob. 31. Ignis eſt vſqꝫ ad cõſumptionẽ per-
dens & oia eradicãs genimina. Iſte eſt ignis alienus quẽ filij Aaron obtulerunt in cõſpectu dñi, &
eodẽ cõſumpti & mortui ſunt corã dño. Leui. 8. Ecce vos oẽs accẽdẽtes ignẽ accincti flãmis am-
bulate in lumine ignis veſtri & in flãmis quas ſuccendiſtis vobis. Pſal. Pones eos vt clibanũ ignis
in tpe vultus tui. Threñ. 4. Pellis noſtra q̃ſi clibanus exuſta eſt. Q̃uo aũt hoc factũ ſit, ſubiungit
ſub alia metaphora, & debet ſuppleri, qa ⌊quieuit paululũ ciuitas⌋ Samaria. ſ. q̃ pp̃l̃m ſignat, qui-
eſcere aũt vocat diſſimulare, ⌊à cõmixtione fermẽti,⌋ hoc eſt, p̄ſuaſæ corruptionis, ne. ſ. ſtatim
in principio reciperet eã ad publicã venerationẽ idolorꝫ, donec fermẽtaret totum, hoc eſt, donec
oẽs corrupti ſunt & vno cõſenſu venerationem idoli ſuſceperũt, & ſic etiam inducit pctm̃ in po
pulũ. 1. ad Corꝫ. 5. An neſcitis, qm̃ modicũ fermẽtũ totã maſſam corrũpit? expurgate vetus fer-
mentum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A mentũ,vt ſitis noua cõſperſio. Matth.16.Intuemini & cauete à fermẽto phariſæoꝝ & Sadducęo
rũ.Fermentũ phariſæoꝝ eſt hypocriſis,Sadducæoꝝ hæreſis. Matth.8. Videte & cauete à fermẽ
to phariſæoꝝ & à fermẽto Herodis.Fermentũ Herodis eſt ſuperbia,qa Herodes interpretat̃ glo
riãs in pellibus.Exo.12.ꝓcipit̃,ꝙ cũ paſcha celebrat̃,nihil fermẽtati remaneat in domibus paſcha
celebrantiũ.¶⌊Dies regis noſtri.⌋Quartus paragraphus,in quo oſtendit in quãta lætitia poſtꝗ̃
corrupti ſunt,idololatriã ſuſceperũt.⌊Dies regis noſtri.⌋ Hoc em̃ clamauerunt in honorẽ regis
& idoli,& eſt ſenſus,Dies iſta tã celebris & tã ſolennis eſt quã indixit nobis rex noſter,ſicut Oui
dius in faſtis:Salue feſta dies toto venerabilis ęuo. Pſal.Dixerũt in corde ſuo,cognatio eoꝝ ſimul
quieſcere faciamus oẽs dies feſtos dei à terra,ſicut etiã mali ſubditi acclamant malis ꝓlatis & cele-
brant dies eoꝝ.Acto.12.Populus acclamauit Herodi,dei voces & non hoĩs.Qualiter aũt hoc fa-
ctũ ſit,ſubdit,& ſupplet̃ quia,⌊cœperũt principes furere à vino,⌋primo.ſ.in cõſenſu regis,& vi
nũ vocat delectationẽ idololatriæ,& delitiaꝝ huius mundi. Vnde Hieroñ.inducit illud Deut.32.
Fel draconũ vinũ eoꝝ & venenũ aſpidũ inſanabile,& illud Ephe.5.Nolite inebriari vino,in quo
eſt luxuria,& illud prouer.31.Noli regibus ò Lamuel,noli regibus dare vinũ,& tunc ſupple rex,
⌊extendit manũ ſuã,⌋hoc eſt,poteſtatẽ ſuã coactiuã,ad populũ ſupple,⌊cũ illuſoribus⌋ princi-
pibus.ſ.vt per regẽ & principes etiã populus induceret̃ ad malũ.Eſa.3.Populũ meũ exactores ſui
ſpoliauerunt,virtute.ſ.& gratia & fide.Eſaiæ.28.Audite verbum hoc viri illuſores,ne forte con-
ſtringant̃ vincula veſtra.Prouer.3.Illuſores ipſe deludet.Bene dico ꝙ extendit,⌊quia⌋ſubditi.ſ.
⌊applicuerunt cor ſuũ quaſi clibanũ⌋ad cõſenſum.ſ.regis & principũ.Facile em̃ inducit̃ populus
B ad id ꝗd tamen cõcupiſcit.Eſa.44.Vah calefactus ſum,vidi focũ,interiectio gaudẽtis eſt,⌊cũ⌋
hoc eſt,quãuis ſecundũ veritatẽ,⌊inſidiaret̃ eis⌋.ſ.rex,vt perduceret ad malũ. Pſal.Inſidiatur in
abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.Inſidiat̃ vt rapiat pauperẽ,ꝙ aũt inſidiaret̃,probat ſubdens,
⌊tota nocte dormiuit coquens eos,⌋ noctẽ vocat tenebroſum & occultũ ſuggeſtionis,qñ.ſ.pri
mo occulte ſuggeſſit idololatriã vel pc̃tm̃ & tunc dormiuit,hoc eſt,violentiã diſſimulauit,& pro
illo tp̃e dicebat̃ fur.Iob.24.Per noctẽ erit quaſi fur,&c.perfodit in tenebris domos ſicut in die cõ
dixerant ſibi & ignorauerunt lucẽ,⌊mane⌋cũ.ſ.malitia prodiret in publicũ,⌊ipſe⌋.ſ.populus,
⌊ſuccenſus⌋ſupple eſt,⌊quaſi ignis flãmæ,⌋ita.ſ.vt flãmæ etiã lambebant alios ad ſimile pc̃tm̃
hoc eſt mane,de quo dicit̃ Iob.24.Mane primo cõſurgit homicida & interfecit egenũ & paupe
rem,ſic etiã eſt in pc̃tis,primo em̃ homo ſuccenſus,poſtea per malũ exemplũ quaſi flamma com
burit alios.Danie.3.Flamma diffundebat̃ ſup fornacem cubitis.xlix.& incendit quos reperit iu-
xta fornacẽ de Chaldæis miniſtros regis q eam incendebãt.Pſal.Fãma cõbuſſit pc̃tõres.¶⌊Oẽs
calefacti ſunt.⌋Quintus paragraphus,in quo oſtẽdit,ꝙ oẽs generaliter in pc̃tm̃ idololatriæ de-
clinauerunt,& eſt ac ſi dicat,quid plura.⌊Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus,⌋nullo excepto.
Threñ.2.Succendit in Iacob quaſi ignẽ flãmæ deuorantis in gyro,⌊&⌋quod peius eſt,⌊deuora
uerunt iudices ſuos,⌋hoc eſt,bonos viros q ſe bene iudicauerunt & de pc̃tõ corripuerunt. Vnde
Amos,Corripientẽ in tẽpora clauo perforauerunt,ſicut dicit Hieroñ.ſuper Amos.6.&.3.Re.12
&.13.cũ Hieroboam diem ſolennẽ cõſtituiſſet,& vir ſanctus de Iuda veniſſet vt corriperet eũ in
ſermone dñi,extendit manũ vt percuteret eũ,& clamauit vt teneret̃,ſicut adhuc mali indignant̃
de correptione bonoꝝ.Amos.5.Odio habuerunt corripientẽ in porta & loquentẽ perfecte ab-
ominati ſunt.Quòd aũt ita ſit,probat ſubdens,& ſupplet̃ quia,⌊oẽs reges ceciderunt,⌋à Hiero-
C boam em̃,de quo legit̃.3.Reg.13.qui fuit rex primus decẽ tribuũ vſq; ad Oſee filiũ Hela,q fuit rex
vltimus.4.Reg.17.Nullus fuit q idolis nõ ſeruiret,& ideo dicit̃ Ecci.49.ꝙ oẽs reges peccauerũt,
ꝓter Dauid & Ezechiam & Ioſiam,ſic & ꝓlati oẽs in viã malã declinauerunt.Eſa.53.Oẽs nos
quaſi oues errauimus,⌊& nõ eſt q clamet in eis ad me,⌋ idola em̃ potius inuocant ꝗ̃ deũ.Eſa.64
Cecidimus quaſi foliũ vniuerſi,iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos.¶⌊Ephraim in
populis.⌋Hic pertinaciã in pc̃tõ inducto exaggerat & diuidit̃ in duo.In primo enim exaggerat
ꝑtinaciã ꝑ cauſas ꝑtinaciæ.In ſecũdo ꝑ modos ingratitudinis ꝑtinaciã cõſequẽtis,ibi,Et ego re-
demi eos.In prima quinq; ſunt paragraphi.In primo oſtendit pertinaciã.In ſecũdo pertinaciæ
pœnã,ibi,Et humiliabit̃.In tertio per ſimile probat pertinaciæ cauſam,ibi,Et factus eſt Ephra-
im quaſi colũba.In quarto,huius cauſę ponit propriã pœnã,ibi,Et cũ profecti fuerint.In quin-
to,quaſi ex cõcluſiõe vlteriori profert ſentẽtiam,ibi,Væ eis.Et hoc eſt,⌊Ephraim in populis,⌋
hoc eſt,in ritu populoꝝ & nationũ per idololatriã,⌊ipſe,⌋hoc eſt,per ſeipſum ⌊cõmiſcebat̃,⌋
vt.ſ.eſſet ſicut ipſi ſine deo & ſine lege in hoc mundo.Pſal.Cõmixti ſunt inter gentes,didicerũt
oꝑa eoꝝ & ſeruierunt ſculptilibus eoꝝ.Clerici etiã habitu milites,quæſtu laici,auaritia negotia- Clerici cõ-
tores,ignorãtia plebei,verbis ſcurrę,cõcupiſcẽtia fornicatores,cõmixti ſunt inter gẽtes.Oſee.4 mixti inter
& Eſa.24.Erit ſicut pp̃ľus ſic & ſacerdos.Et ſubdit de pertinacia in his,⌊Ephraim factus eſt ſub gentes,qd
cinericius,⌋ſupple panis,qui.ſ.ab aliȷs ſit deuoraddus,nõ em̃ ſe reficit,ſed alios q deuorant eum. ſint.
Pſal.Deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.Et dicit̃ ſubcinericius,quia cinis ad minima per
ignem deductus eſt,& ita populus ꝑ ignem tribulationis in minima redactus fuit,& quęcunq; ha
buit ab aliȷs,deuorata ſunt.Hiere.50.Primus deuorauit eum rex Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit

eum rex Babylonis. Hiere. 51. Abſorbuit me quaſi draco, repleuit ventrē ſuum teneritudine mea D
⌊qui nō reuerſatur,⌋ hoc eſt, ad aliud latus nō conuertitur. Quantūcunq; eñ tribularet̃ in latere
idololatriæ ſemp̃ iacuit, & ad dñm non conuerſus fuit, contra quod dicit̃ Prouerb. 12. Verte im-
pium, & nō erit, impius ſupple. Threñ. vlt. Conuerte nos dñe ad te, & conuertemur, innoua dies
cha vẽtris percuſſio interpretatur,eo ꝙ ictibus concupiſcentiæ in vmbilico tundebatur, quæ de-
ponenda eſt ne libidini ſeruiat,& ipſa libido per carnis afflictionem eſt comminuenda,⌊& aba-
lienati ſunt⌋ à deo vero.ſ. Eſa.1. Dereliquerũt dominum, blaſphemauerũt ſanctum Iſrael, abalie-
nati ſunt retrorſum,⌊in confuſionem⌋ damnationis.ſ.& mortis, quia etiam confuſio magna eſt
ſeruire turpitudini libidinis. Pſal.108. Induantur ſicut diploide confuſione ſua. Hiere.31. Confu-
ſus ſum & erubui, quoniam ſuſtinui opprobriũ adoleſcẽtiæ meæ, ⌊& facti ſunt abominabiles⌋
ſupple mihi & omnibus bonis, ita.ſ. vt nauſeam prouocẽt. Apoca.3. Incipiam te euomere ex ore
meo,⌊ſicut ea q̃ dilexerũt⌋ ſupple ſunt abominabilia, ſicut idola & cõcupiſcẽtię. Sap.14. Aequa-
liter diſplicent deo impius & impietas eius. Iob.15. Abominabilis & inutilis eſt homo qui bibit
quaſi aquã iniqtatem,& ſubdit quam leuiter à deo receſſit.⌊Ephraim quaſi auis auolauit⌋ Auis
componitur ab à quod eſt ſine,& via quaſi ſine via, quia nullam certam viam tenet & cito rece-
dit à loco in quo eſt, ſic populus de facili & cito deſeruit legem dei. Exod.32. Receſſerunt cito de
via quam oſtendiſti eis. Sapiæ.5. Quaſi auis qui tranſuolat in aere, cuius nullum inuenitur argu-
mentum itineris illius. Hæc per omnem eundem modum & ſub eiſdem authoritatibus referũtur
ad po

A ad populum clerum & religioſos qui formam primitiuorum patrum relinquunt & libidini ſeruiunt. ¶⌊Gloria eorum à partu.⌋ Tangit hic caſum à gloria dupliciter. Ceciderunt enim à glorioſa multitudine ſucceſſorum & à copia diuitiarum. ⌊Gloria eorum,⌋ hoc eſt, gloriatio eorum eſt ⌊à partu,⌋ quem glorioſum ediderunt, quod ſignatū eſt Gene. 30. vbi dixit pariēs Lya, hoc pro beatitudine mea, ex hoc enim beatā me dicent omnes mulieres, ⌊& ab vtero,⌋ qui. ſ. nobilis & fide thori & caſtitate matrimoniali glorioſus erat. Vnde Iohan. 8. dicūt: Nos ex fornicatione nō ſumus nati. Can. 7 Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs, hoc eſt, vt triticū purus & deſiderabilis, & vt lilium omni flore, caſtitate mirabilis, ⌊& à cōceptu,⌋ quem. ſ. vſq; ad debitū tempus partus retinuerūt & aborſum nō patiebantur. Iob. 21. Bos eorum concepit & non abortiuit, & vacca non eſt priuata fœtu ſuo. Quia aūt ab his filij ceciderunt, propter hoc ſequit, ⌊Quod etſi enutrierint filios ſuos⌋ quos. ſ. ad formā ſui peccati nutriunt, ⌊abſq; liberis eos faciam in hominibus⌋. 1. Reg. 15. Abſq; liberis inter mulieres erit mater tua. Liberi dicunt filij de vtero libero & ad liberos virtutis actus nati. Gala. 4. Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Vnde non negat, quin ſeruos poſſit habere filios. Iohan. 8. Qui facit pctm̄, ſeruus eſt peccati. Et hunc ſenſum innuit perſequēs, ⌊ſed & væ eis⌋. ſ. æternæ damnationis, ⌊cū receſſero ab eis,⌋ per gratiæ. ſ. ſubtractionē. Hiere. 17. Recedētes à te in terra ſcribent. Hoc ſignatū eſt. 1. Reg. 16. vbi dicit ꝙ ſpiritus dn̄i receſſit à Saul & exagitabat eū ſpūs malus ſtatim. Hæc oīa referunt ad clerum & religioſos qui gloriant in multitudine partus, ꝙ. ſ. multos ad formā ſuā ducunt & generāt, & ab vtero libidinis qua vterum eccleſiæ corruperunt, & à cōceptu, ꝙ. ſ. in magnis eccleſijs cōcepti ſunt, cū tamē dicat Pſal. 57. Errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa. Non enim ſunt de illis, de quibus dicit Eſa. 26. A timore tuo concepimus & quaſi parturiuimus & peperimus ſpm̄ ſalutis, ſed figurant. 1. Reg. 4 — *Clericorū falſa gloriatio.*

B per vxorē Phinees, qui os mutū interpretatur, quę moriēs in partu vocauit filiū Ichabod, hoc eſt inglorium, dicens: Tranſlata eſt gloria dn̄i de Iſrael. Et ſubdit de caſu à copia diuitiarum, dicens, ⌊Ephraim vt vidi,⌋ hoc eſt, vt eum luce proſperitatis perluſtraui, ⌊Tyrus erat,⌋ hoc eſt, ſimilis Tyro in copia diuitiarum, de qua multū legitur Ezech. 28. & inter cætera dicit ibi: Signaculū ſimilitudinis plenus ſcientia & perfectus decore, de principe Tyri, & ꝙ in delicijs paradiſi dei fuit, & ꝙ omnis lapis ꝑtioſus operimentū eius fuit. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊fundata in pulchritudine,⌋ hoc eſt potentatu, diuitijs, & ſplendore honoris. Ezech. 27. O Tyre, tu dixiſti, perfectus decore ego ſum. Hoc idē nunc de eccleſijs & clauſtris dici poteſt, & hæc omnia per pctm̄ auferentur. Et hoc eſt q̄d ſequitur, ⌊Et Ephraim educet⌋ ſic continuandū eſt, In pulchritudine fundata fuit, ſed quia cor eleuatū eſt in pulchritudine eius, Ezech. 16. & 28. Eleuatū eſt cor tuū in pulchritudine tua, ideo ad tantā inediam deducetur, ꝙ Ephraim educet de ciuitate ſupple præ inedia famis, ⌊ad interfectorē filios ſuos,⌋ potius volens eos interfici q̄ fame tabeſcere. Quod literaliter factum eſt. 4. Reg. 6. vbi habetur, ꝙ Benadab rege Syriæ obſidente Samariā, facta eſt fames tā valida, donec venundaretur caput aſini. lxxx. argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; argenteis. Stercore enim columbarum (vt dicit Ioſephus) Hebræi pro ſale vtebātur. Stercus enim columbarum propter caliditatem & ſiccitatem fortiter aquæ commixtum, & ad modum ſaliuarum decoctum ſalem reddit. Vnde tunc Samaritani cogitauerant exire ad inimicos vt interficerentur. Thren. 4. Melius fuit occiſis gladio quàm interfectis fame, quoniam iſti contabuerunt. Hoc etiam refertur ad perſonas eccleſiaſticas, quæ fundatæ erant in pulchritudine, mo- — *Colūbarū ſtercus ad ſalis virtutē decoquitur.*

C do ad tantā inopiam reuertuntur, vt ad interfectorem, hoc eſt ſecularē conuerſationē filios educent. Secularibus enim negotijs ſunt intenti. Thren. 1. Foris interfecit gladius & domi mors ſimilis eſt. Et ideo ſubdit propheta prophetiā ſub oratione. ⌊Da eis dn̄e.⌋ Pſal. 93. Redde retributionē ſuperbis, ⌊Quid dabis eis?⌋ Ex deſiderio quærit, tanta eſt enim culpa eorum, ꝙ neſcit quid pro retributione petat. Exigentia enim culpæ vincit omnē pœnam. Vnde Eſa. 1. Super quo percutiam vos vltra? Id tamen q̄d magis congruit, ſubdit. ⌊Da eis vuluam ſine liberis.⌋ Vulua à volendo dicit, quia ſemp cōcupiſcit. Vnde prouer. 30. Inter inſatiabilia cōputatur os vuluæ, & cōcupiſcentiam ſignat, qa auarus nō replebitur pecunia. Eccles. 5. Eſt aūt ſine liberis, quia nihil liberum cōcipit, ⌊& vbera arentia,⌋ vber ab vbertate dicit, quia vbertim fundit. Duo enim vbera, doctrinę. ſ. & exhortationis arent in eis. Ruth. 1. Nō vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis. Cant. 8. Soror mea paruula eſt & vbera nō habet. ¶⌊Omnes nequitiæ eorum.⌋ Tangit cauſam caſus & à gratia & à gloria. ⌊Omnes nequitiæ eorum,⌋ hoc eſt, cauſa omnis nequitiæ ⌊in Galgal,⌋ ſupple initium habuit. Galgal ſiue Galgala locus eſt vbi Ioſue ſecundam circuncisionem fecit, ſicut dicitur Ioſue. 5. Et propter hoc locus in veneratione fuit, propter quod idolum in loco illo poſuerunt, vt ex loci veneratione facilius populum ad idololatriam inclinarēt. 1. Regum. 9. & 10 dicitur, ꝙ Samuel in Galgalis Saul in regem vnxit, qui contra dominum fuit, & ideo & quātum ad idololatriam & quantum ad tyrannidem regiam in Galgalis, peccatum incepit. Et hoc eſt q̄d ſequitur, ⌊quia ibi,⌋ hoc eſt, propter peccatū inibi factum, ⌊exoſos habui eos. Hiere. 15. Non eſt anima mea ad populū iſtum. Moraliter autē, Galgal interpretatur reuelatio vel volutabrum reuelant enim & ꝑdicant peccata ſua in ſcandalum. Eſa. 3. Peccatū ſuū quaſi Sodoma ꝑdicauerunt,

nec abſconderunt. Et in volutabro cõcupiſcentiaꝝ tota die voluuntur. 2. Pet. 2. Canis reuerſus
ad ſuum vomitũ & ſus lota in volutabro luti, quos exoſos habet dñs. Pſal. 118. Iniquos odio ha- D
bui, ⌊ propter malitiã adinuentionũ eoꝝ, ⌋ quia. ſ. noua genera peccatoꝝ inuenerunt. Eſa. 3. Lin
gua eoꝝ & adinuentiones eoꝝ cõtra dñm, ⌊ de domo mea eijciã eos. ⌋ Pſal. 100. Non habitabit
in medio domus meæ qui facit ſuperbiã. Gene. 21. Eijce ancillã & filiũ eius. ⌊ Non addã vt diligã
eos, ⌋ Gloſſa, in errore manẽtes, aliter cõtrariũ eẽt ei, q̊d dicit̃ Oſee. 14. Diligã eos ſpontanee, q̃ni
am auerſus eſt furor meus ab eis. Et ſubdit cauſam, & ſupplet̃ quia, ⌊ oẽs principes eoꝝ receden-
tes ⌋ ſupple ſunt, à primo em̃ Hieroboam (3. Reg. 13) vſqꝫ ad vltimũ Oſee. 4. Regũ. 16. nullus fuit
regũ Iſrael qui nõ faceret malũ in conſpectu dñi. Sic etiã principes maloꝝ recedunt à deo. Eſa. 1.
Principes tui infideles, ſocij furũ. Et tangit de deſperatione redeundi ad bonum. ⌊ Percuſſus eſt
Ephraim, ⌋ hoc eſt, abſciſus. Luc. 3. Securis ad radicẽ arboris poſita eſt, oĩs em̃ arbor quæ nõ fa-
cit fructũ bonũ, excidet̃, & in ignẽ mittet̃. Luc. 13. Ecce tres anni ſunt ex quo veniens quæro fru-
ctum in ficulnea & nõ inuenio, ſuccide ergo eam, vt quid etiã terrã occupat? Et ne aliquis dicat ꝙ
de radice aliquid oriri poſſet, reſpondet ſubdens, ⌊ radix eoꝝ exiccata eſt, ⌋ nullo. ſ. humore pie
tatis infuſa, & radix dicitur cor vel liberum arbitrium. Eſa. 40. Et quidem neqꝫ plantato neqꝫ ſa-
to neqꝫ radicato in terra trunco eorum, repente flauit in eos & aruerunt & turbo quaſi ſtipulam
auferet eos, ⌊ fructũ nequaquam facient ⌋ boni operis. ſ. & virtutis. Iudas in epiſtola: Arbores au
tumnales infructuoſæ bis mortuæ eradicatæ, ⌊ Quod & ſi genuerint, ⌋ ſupple per ſpuria vitula-
mina, ſiue per adulterinas plantationes. Deut. 36. Generatio praua atqꝫ peruerſa, ⌊ interficiã amã
tiſſima vteri eoꝝ. ⌋ Vterus enim fedus eſt, & amantiſſima vteri feditate ſunt informata. Eſa. 14.
Non vocabitur in æternum ſemen peſſimoꝝ, præparate filios eius occiſioni. Cauſam autem ſub E
dit. ⌊ Abijciet eos dominus deus meus ⌋ ſicut contemptos. ſ. 1. Reg. 16. Quouſqꝫ tu luges Saul, cũ
ego abiecerim eum. Pſal. 5. Secundum multitudinẽ iniquitatum eoꝝ expelle eos, ⌊ quia non au-
dierunt eum, ⌋ hoc eſt, nõ exaudierunt vt obedirent. Prouer. 1. Quia vocaui & rennuiſtis, exten-
di manum meam & non erat qui aſpiceret. Ego quoqꝫ in interitu veſtro ridebo, ⌊ & erunt va-
gi in nationibus, ⌋ hoc eſt, per diuerſos errores & delectabilia nationũ errantes. Gene. 4. Eris va-
gus & profugus in terra oĩbus diebus vitæ tuæ. Prouer. 11. Impij faciunt opus inſtabile. Threñ. 1.
Peccatũ peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Hæc expoſitio communis eſt ad lite
ralem & moralem intellectum.

¶ In capitulum decimum enarratio.

Vitis frondoſa Iſrael. ⌋ Tangit hic reprehenſionem de multitudine peccatoꝝ, &
diuiditur in duo. ſ. q̃ multipliciter peccauerit, & q̃ acriter peccatum punietur, In-
fra. 13. ibi, Loquente Ephraim. In multiplicitate peccati tria ſunt. ſ. multiplicitas,
breuitatis & ingratitudinis vanitas & hanc tangit infra. 11. ibi, Sicut mane, & inu-
tilitas, quam tangit infra. 12. ibi, Ephraim paſcit ventũ. In hoc ergo capitulo tan-
gitur multiplicitas, quam exaggerat duabus ſimilitudinibus. ſ. ſimilitudine vitis & ſimilitudine
multiplicis laſciuiæ vitulæ, ibi, Ephraim vitula. In primo duo ſunt, peccati multiplicitas. ſ. & con
ſuetudinis antiquitas, ibi, Ex diebus Gabaa. In prima harum tria ſunt. ſ. peccati multiplicitas, con
cupiſcentiæ luxus, & deformitas, ibi, Vaccas Bethauen, & peccati reatus & breuitas, ibi, Tranſire
fecit Samaria. Multiplicitas aũt peccati exaggeratur hic quadrupliciter. ſ. in cauſa, in effectu, in F
pœna, & in ablatione falſæ conſolationis. ⌊ Vitis frondoſa Iſrael, ⌋ hoc eſt, Iſrael fuit ſimilis viti
frondoſæ in patriarchis. ſ. & prophetis. Eſa. 5. Vinea domini Sabaoth, domus Iſrael eſt, & viri
Iuda germen delectabile. Frondoſitas aũt virorem virtutis ſignat & ſuauitatem ſermonis & elo
quij, quæ fuit apud prophetas & doctores. Ezech. 47. Folia eius in medicinam ſupple proficiũt.
Hiere. 17. Erit folium eius viride, ⌊ fructus adæquatus eſt ei, ⌋ pro illo tempore ſupple, & fructus
ſignat abundantiam bonoꝝ opeꝝ & ſpiritualium gaudioꝝ. Ecci. 24. Ego quaſi vitis fructifica-
ui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Iohan. 15. Qui manet in me &
ego in eo, hic fert fructũ multum. Et ſubdit de multiplicitate peccatoꝝ in filijs tantoꝝ patrum.
⌊ Secũdũ multitudinẽ fructus ſui, ⌋ quem. ſ. habuit in patribus, ⌊ multiplicauit altaria ⌋ in filijs ſup
ple. Lxx. habẽt, titulos, quia in vno templo multoꝝ deoꝝ vel dæmonũ tituli fuerũt & memoriǽ
Ezech. 8. Ingreſſus vidi & ecce omnis ſimilitudo reptilium & animaliũ, & abominatio & vniuer-
ſa idola domus Iſrael depicta erãt in circuitu in pariete per totũ. Altare aũt dicitur, quaſi alta ara,
ara vero ab arendo, quia igne arere facit quod imponitur, & ſic tangit hoc quod habet̃. 3. Reg. 12
ꝙ Hieroboam conſtituit altare & fecit ſolennitatem filijs Iſrael, & aſcendit ſuper altare vt adole
ret incenſum. De multiplicitate aũt dicit̃ Ezech. 16. Fabricaſti lupanar tuũ in capite oĩs viæ & ex-
celſum tuũ feciſti in omni platea. Et hoc eſt quod ſequit̃. ⌊ Iuxta vbertatẽ terræ ſuæ, ⌋ quæ ad mul
tas ſtirpes vber fuit, ⌊ exuberauit ſimulachris ⌋ virtutem. ſ. germinãdi tribuẽs Aeſculapio, fruges
Cereri, calorem ferrũ domantẽ Vulcano, vinũ Baccho, natiuũ humorem Veneri, elementale hu
midũ Lunæ, & ſic de alijs. Deut. 32. Noui, recentesqꝫ venerunt, quos non coluerunt patres eoꝝ.
Septuaginta habent, Vitis aquoſa, & per aquoſam intelligũt irriguam, ita ꝙ ex humore cõcepto,

multa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A multà poſſit producere folia & fructus. Hæc moraliter referunt ad diuites huius ſeculi & prælatos eccleſiaꝝ, qui in folijs verboꝝ abundant & fructu temporalium, & ideo altaria delectabiliũ conſtruunt & ſimulachra ſpectaculoꝝ multiplicant, quod figurat Danie.4. in arbore pulcherrima, cuius erat fructus nimius, quæ ſtatim ſucciſa eſt, Deut.32. Incraſſatus eſt dilectus meus & recalcitrauit, &c. ⌊Diuiſum eſt cor eoꝝ,⌋ hoc multipliciter legitur, quia eñ multis ſimulachris exuberauit & ab vno deo receſſit, cor in multa per cultũ & veneratione̅ diuiſum eſt. Pſal.82. Diſperſi ſunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ. Endor interpretat fons generationis, & ſignat conuerſione̅ ad laſciuiam vituloꝝ & ad idolũ Beelphegor, ex quo diffuſi ſunt vt vituli ad cõcupiſcentias diuerſas in gula & in venereis quæ ſunt circa fonte̅ generationis, & fiunt vt ſtercus terræ per vilitatem peccati. Hier.50. Diffuſi eſtis vt vituli ſuper herbã, mugiſtis vt tauri. Legitur etiam ſic ꝙ diuiſum eſt cor eoꝝ in multa delectabilia recedens ab vno deo. 1. ad Corin.7. Solicitus eſt q̃ ſunt mundi & qũo placeat vxori & diuiſus eſt. Luc.10. Martha Martha ſolicita es & turbaris erga plurima. Hierony. narrat ex Hebræoꝝ doctrinis, ꝙ vltimus rex dece̅ tribuũ fit Oſee, qui malus fuit in conſpectu dñi, ſed non ſicut anteceſſores eius, vt dicitur. 4. Reg.17. Licentiam eñ dedit populo, vt qui vellent, ad templũ domini redirent in Hieruſalem & non cogerentur immolare vitulis, & tunc populus noluit, & ſic cor populi à corde principis diuiſum eſt, & extũc coactionem allegare non potuerunt, & ideo ſequuta eſt ſtatim captiuitas, q̊d per ſcripturã probari poteſt. Luc.11 Qui non colligit mecũ, diſpergit. Pſal.105. Diſperſi ſunt inter gentes & didicerũt opera eorum. 3. Regũ.3. Nec mihi nec tibi ſit, ſed diuidatur. Ezech.16. Diuiſiſti pedes omni tranſeunti, hoc eſt, affectus, & ideo ſequit, ⌊nũc interibũt,⌋ hoc eſt, in proximo, cauſam eñ interitus iam cõceperũt Tob. vlt. Prope erit interitus Niniue. Et poſt pauca: Video eñ quia iniquitas eius fine̅ dabit ei.

Altaria diuitum & p̄latorum.

B Interitus Niniue, ſignat interitũ delectabiliũ peccati. Niniue eñ interpretat gratia pulchritudinis. Qualiter aũt interire debeant, ſubdit. ⌊Ipſe confringet ſimulachra eoꝝ,⌋ ipſe inquam, cuius virtus ſola demonſtrabilis eſt, hoc eſt, deus. Pſal.17. Confringã illos nec poterũt ſtare, cade̅t ſubtus pedes meos. Item Pſal. Dextera manus tua cõfregit inimicũ. Eſa.24. Cõfractione confringet terra, ⌊depopulabitur aras eoꝝ⌋ in templis. ſ. & ornatũ auferens & aras ſubuerte̅s. Eſa.24. Grauabit eam iniquitas ſua & corruet & non adijciet vt reſurgat. Eſa.21. Qui depopulator eſt vaſtat Depopulatio eñ dicit direptio quã facit populus, qui nihil relinquit niſi ſolitudine̅, qa quod vnus non vult, alter accipit. Aræ aũt ſignant calida corda per auaritiam & cõcupiſcentiã in quoꝝ igne idolis immolatur. Iob.31. Ignis eſt vſq; ad perditione̅ deuorans. Prouer.30. Ignis nunquam dicit ſufficit. Quod aũt hoc futuꝝ ſit, per ipſum deũ quem demonſtrauit, probat, ꝑ ſignũ ſubde̅s, ⌊qa tunc,⌋ hoc eſt, in proximo, inſtante captiuitate, ⌊dicent.⌋ cognoſcentes fortitudine̅ dei eſſe qua captiuãtur. Oſee.6. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me. Gregorius: Oculos quos culpa clauſit, pœna aperit, ⌊Non eſt rex nobis,⌋ qui. ſ. nos defendat, & videntur innuere illud q̊d tangit. 4. Reg.19. & Eſa.37. vbi merito boni regis Ezechiæ defenſus eſt populus à Sennacharib, interfectis in caſtris Aſſyrioꝝ. clxxx. quinq; milibus, & cũ merito ſui regis defenſionem non accipiant, dicunt, Nõ eſt rex nobis, & hoc eſt quod ſequit, ⌊non eñ timemus dominũ,⌋ vt. ſ. in timore dei regem conſtituiſſemus. Luc.17. Deũ non timeo nec homine̅ vereor. Pſal.9. Nõ eſt deus in cõſpectu eius, ⌊& rex quid faciet nobis,⌋ ſic ſine timore dei conſtitutus, talis eñ iræ dei reſiſtere nõ poteſt. Ezech.13. Nõ aſcendiſtis ex aduerſo nec oppoſuiſtis vos murũ pro domo Iſrael. Eſa.

C 64. Non eſt qui inuocet nome̅ tuũ, nõ eſt qui cõſurgat & teneat te. Hæc eade̅ ſub eodem ſenſu ad malos p̄latos referunt, qui ſine timore cõſtituunt. ¶ ⌊Loquimini verba viſionis inutilis.⌋ Tangit hic excluſione̅ falſæ conſolationis de cõſolatione. ſ. pſeudoprophetarũ qui impunitate̅ promittebant eis in pct̃is, & hæc erat viſio inutilis, quia mendax fuit. Eſa.3. Populus meus qui te beatum dicũt, ipſi te decipiũt, & viam greſſuum tuorũ diſſipant. Hiere.23. In prophetis Hieruſale̅ vidi ſimilitudine̅ adulterantiũ, & iter mendacij, & confortauerũt manus peſſimorũ, vt non conuerterentur à malitia ſua, & hoc eſt quod ſequit, ⌊& ferietis fœdus cũ mendacio,⌋ mendaciũ dicitur omne quod promittit & non ſoluit, ſicut propheta mendax te̅poralia & delectabilia carnis, & hmõi. Eſa.28. Poſuimus mendaciũ ſpem noſtram & me̅dacio protecti ſumus, ⌊&⌋ ſupple ideo ⌊germinabit quaſi amaritudo iudiciũ,⌋ hoc eſt dãnatio q̃ pullulat in cogitatione, turget in gemmis in propoſito, floret in verbis vel in cõſenſu, & fructificat in ope vel in pœna. Ezech.7. Egreſſa eſt cõtritio, floruit virga, germinabit ſuperbia, iniquitas ſurrexit in virgã impietatis, ⌊ſup ſulcos agri⌋ hoc eſt, ſup cor ſulcatũ p̄dicatione pſeudoprophetarũ. Gene.3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Heb.6. Terra profere̅s ſpinas & tribulos reproba eſt & maledicto proxima, cuius cõſummatio in cõbuſtione̅ ignis. ¶ ⌊Vaccas Bethauen⌋ Tãgit hic multiplicitate̅ cõcupiſce̅tię q̃ idololatriã ſequit, & hoc e̅. ⌊Vaccas Bethaue̅,⌋ & tãgit pct̃m & peccati ſignũ, ⌊coluerũt habitatores Samariæ.⌋ Samaria cuſtodia interpretat, Bethauen aũt domus inutilis. Vaccas eñ dicit ꝓpter deriſione̅, quia nõ ſolũ vitulos in maſculino ſexu, ſed & vaccas inſtrume̅ta turpitudinis in ꝓpatulo exhibe̅tes coluerũt, q̊d ſignat p̄latos in cuſtodia poſitos, q turpitudinis laſciuiã colunt. Amos.4. Audite verbũ hoc, vaccæ pingues q̃ eſtis in monte Samariæ. Pſal.67. Cõgregatio tauro

Falſi ꝓphetæ quæ carnis ſunt docent.

rum in vaccis populoꝝ. Et ſubdit ſignũ per quod de peccato conuincunť, dicens, ⌊ quia luxit ſu- D
per eum populus eius, ⌋ vituli ſcilicet. Luctus aũt in perditione ſignũ fuit dilectionis in poſſeſſio-
ne, luctus em̃ eſt in ablatione delectabilis, qui luctus figurať Ezech. 8. vbi mulieres ſedebãt plan-
gentes Adonidẽ Amaſium Veneris, & Nume. 11. vbi ſedebat populus flens & dicens: Quis dabit
nobis carnes ad veſcendũ, ita luctus populi in vitulis ablatis, ſignũ fuit venerationis & dilectionis
quã habebãt ad eos. Et ſubdit aliud ſignũ, ⌊ & æditui eius ſup eum. ⌋ Editui ſunt cuſtodes ædis, ſi
cut ſacerdotes & miniſtri ſacerdotũ, & hmõi, ⌊ exultauerunt in gloria eius ⌋ vituli. ſ. vt ſingulare
pro plurali ponatur. Dum em̃ glorioſe celebraretur, ſacerdotes exultabant pro oblationibus &
votis. Pſal. 48. Celebrauerunt noĩa ſua in terris ſuis, ſicut adhuc videmus malos exultare in laſci-
uijs. Sapiæ. 2. Non ſit pratũ quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrũ exors ſit luxuriæ
noſtræ. Vbiqꝫ relinquamus ſigna lætitiæ, qm̃ hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra, ⌊ qa mi-
grauit ab ea, ⌋ Hieroñ. ponit, ab eo: ab ea. ſ. gloria: vel ab eo. ſ. populo. A gloria em̃ idoli migraue
runt per captiuitatẽ ſacerdotes. Idolum aũt migrauit à populo, & hoc eſt q̃d ſequiť, ⌊ ſiquidem &
ipſe ⌋. ſ. vitulus, ⌊ in Aſſur delatus eſt, ⌋ hoc eſt, ad regẽ Aſſyrioꝝ, ⌊ munus regi vltori. ⌋ Et tãgit
quod tẽpore Manahen factũ eſt. 4. Reg. 14. qui mille talenta argenti miſit regi Aſſyrioꝝ vt ma-
nus eius eſſet cũ ipſo, inter quæ etiã vitulos miſit quos aureos eſſe putauit. Ex quo malo tria mala
ſurrexerũt. Dicit em̃ Hieroñ. ꝙ Hieroboam vitulos aureos poſuit, quos ex auaritia ſacerdotes ſub
traxerunt, & vitulos æreos deauratos illis ſimillimos ſuppoſuerũt, & propter hoc populus vidẽs
vitulos perditos, luxit, Sacerdotes aũt exultauerunt, putantes fraudem eoꝝ de cætero deprehen-
di nõ poſſe. Rex autem Aſſyrioꝝ ad deteriora prouocatus eſt, videns ſe deceptum, quia æs pro au E
ro receperat. Prouer. 11. In inſidijs ſuis capientur iniqui. Prouer. 12. Dolus in corde cogitantium
mala. Oſee. 5. Abijt Ephraim ad Aſſur & miſit ad regẽ vltorem, & ſubdit pœnã, ⌊ cõfuſio capit
Ephraim, ⌋ confuſio. ſ. pœnæ pro confuſione culpæ. Pſal. 108. Induantur ſicut diploide confuſio
ne ſua, hoc eſt, confuſione corporis & animæ, & cordis & vultus in pœnitẽtia. Et attende ꝙ ca-
ptus tenetur vi capientis, & vult dicere ꝙ vi confuſionis tenebũtur, ita ꝙ recedere non poſſunt.
Hiere. 2. Sicut cõfunditur fur quãdo deprehendiť, ſic confuſa eſt domus Iſrael. Cauſam aũt confu
ſionis ſubdit, ⌊ & ⌋. i. vel quia ⌊ confundetur Iſrael à voluntate, ⌋ hoc eſt, pro voluntate ⌊ ſua ⌋
mala, vt ſciamus ꝙ non tantũ pro opere, ſed etiam pro volũtate homo damnať. Voluntas enim
mala radix mala eſt, de qua diciť Matth. 7. Nõ poteſt arbor mala fructus bonos facere. Quos aũt
confuſio capiet cõſequenter oſtendit, primo in rege, ſecũdo in populo, ⌊ tranſire fecit Samaria re
gem ſuum, ⌋ hoc eſt, pctm̃ Samariæ, propter quod ruit p̃latus. Ecci. 10. Sedes ducũ ſuperboꝝ de
ſtruxit deus. Luc. 2. Depoſuit potẽtes de ſede, ⌊ quaſi ſpumã ſuper faciẽ aquæ. ⌋ Spuma ex bullis
cõponitur ventoſis, & ſignat ventoſam ſuperbiam, q̃ cito diſſipať. Sapiæ. 5. Spes impij quaſi la-
nugo quæ à vento tollitur, & quaſi ſpuma gracilis q̃ à procella dirumpiť, ⌊ & diſpergent, ⌋ tunc
ſupple ⌊ excelſa idoli, ⌋ hoc eſt, excelſa in quibus erant idola in Dan & in Bethel, & ſignat ambi-
tionẽ quæ idolũ ſuum ponit in excelſis. Eſa. 10. Excelſi ſtatura ſuccidentur, ⌊ peccatũ Iſrael, ⌋ in
vitulis enim & in excelſis peccauerũt. Vnde Exo. 32. Obſecro dñe peccauit populus iſte, &c. Et F
ſubiungit pœnã ex parte populi, ⌊ lappa & tribulus aſcendet ſup aras eoꝝ, ⌋ hoc eſt, corda in q-
bus dæmonibus ſacrificãt. Lappa propter tenacitatem adhærentẽ ſignat cõcupiſcentiã, Tribu-
lus aũt punitiuã pœnã, quia & cõcupiſcentia adhærebit dãnatis, & pœna remouebit delectabile.
Gene. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Oſee. 8. Vrtica & lappa in tabernaculis eoꝝ. Quanta
aũt ſit pœna, ſubiungit. ⌊ Et dicent montibus, operite nos, ⌋ vellent em̃ mori ne viderent mala q̃
paſſuri ſunt, & ideo vellent montibus cooperiri & collibus cõtegi. Apoca. 6. Dicent montibus &
petris, cadite ſuper nos & abſcondite nos à facie ſedẽtis ſup thronũ, & hoc eſt q̃d ſequiť, ⌊ & colli-
bus, cadite ſup nos. ⌋ Hieroñ. moraliter hoc exponit dicẽs, ꝙ montes ſignãt ſanctos q veram ha
bent altitudinẽ qui operiũt multos & ſanctitate cõuerſationis & interceſſione oratiõis. Colles au
tem ſignãt eminẽtias ſeculares q̃ cadunt quotidie & nõ verã habẽt altitudinẽ, & petunt in pœni-
tentia vt illi colles corã eis nõ ſtent, ſed cadant ne ſtent in eis eleuati cõtra deũ. Pſal. 35. Non veniat
mihi pes ſuperbiæ & manus pctõris non moueat me. Ibi ceciderũt oẽs qui operanť iniquitatẽ. De
montibus aũt diciť Hiere. 31. Benedicat tibi dñs pulchritudo iuſtitiæ mons ſanctus. ¶ ⌊ Ex die-
bus Gabaa. ⌋ Tangit hic antiquæ cõſuetudinis pertinaciã & pœnã, & dicit tria, pctm̃, pertina-
ciã & pœnã, pctm̃ innuit, cũ dicit. ⌊ Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael, ⌋ & tangit pctm̃ quod fa-
ctũ eſt in Gabaa, q̃d duplex eſt, ſicut in antehabitis dictũ eſt, vnũ quidẽ de idolo Michæ, in quo
iniuriã dei non vindicauerũt, fœminã adulterã indignã vindicta vindicauerũt, qn potius idolum
Michæ aſportãtes ſemp ſecũ retinuerũt. Secundũ fuit, ꝙ Saulẽ, q fuit de Gabaa, regem poſtulaue
runt, ne ſub regno dei eſſent, & ne dñs regnaret ſup eos. Primũ eſt Iudicũ. 18. Secundũ. 1. Regũ. 9.
Et ita modo ad idola cõuerſi ſunt, & à regno Dauid ad Hieroboam declinauerũt, & hoc eſt q̃d
dicit. ⌊ Ex diebus Gabaa peccauit, ⌋ hoc eſt, duplex pctm̃ in conſuetudine retinuit, ⌊ Iſrael. ⌋
Eſa. 48. Tranſgreſſorẽ ex ventre vocaui te. Acto. 7. Dura ceruice & incircũciſis cordibus & auri
bus, vos ſemp ſpũi ſancto reſtitiſtis, ⌊ ibi ſteterũt, ⌋ hoc eſt, pertinaci volũtate in illo pctõ reman
ſerunt.

Sacerdotes vitulis aureis, æreos ſuppoſuerẽt

Voluntas mala dãnabilis, nõ tãtum opus.

A ferunt. Pſal.1. Beatus vir qui nō abijt in conſilio impioꝝ & via peccatoꝝ nō ſtetit. Hiere.51. Qui
fugiſtis gladium, venite & nolite ſtare. Bernardus: Stare in via dei, retrocedere eſt. Matthæi.20.
Quid hic ſtatis tota die otioſi. Et ſubdit pœnā, innuēs ꝙ etiā iudicio humano inferēda ſit talibus,
⌊nō⌋ .i. nōne etiā ſupple iudicio humano, ⌊cōprehēdet,⌋ hoc eſt, cōprehēdere debet, vt nuſquā
effugere poſſint, ⌊eos,⌋ tantos. ſ. pctōres, ⌊in Gabaa ꝓliū,⌋ hoc eſt, ꝓliū ſimile Gabaonitico, q̄d
in quā ꝓliū fuit ⌊ſuꝑ filijs iniquitatis,⌋ Gabaonitis cōterēdis & delēdis, hoc eſt, vt deleant ſicut il
li deleti ſunt, quaſi dicat, ſic debet. Heb.2. Si oīs ꝑuaricatio iuſtā accepit mercedis retributionem,
quō nos effugiemus ſi tantā neglexerimus ſalutē. Similes eñ in culpis ſimiles eſſe debēt in pœnis,
Rom.11. Noli altū ſapere, ſed time, ſi eñ deus naturalibus ramis nō pepercit, ne forte & tibi non
parcat. 2. Pet.2. Nouit deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reſeruare cru
ciandos. Habito aūt iudicio, q̄d etiā homo iudicat, infert & ſupplet rationalis cōiunctio, ergo ⌊iu
xta deſideriū meū,⌋ hoc eſt, voluntatē meā quā habeo in reddēdo vnicuiq; pro meritis, ⌊corri-
piā eos⌋ per obſidionē. ſ. & captiuitatē vt emendent. Prouer.4. & Heb.12. Quis filius quem non
corripit pater. Iob.5. Increpationē dñi ne abijcias, qa ipſe vulnerat & medet. 2. Mach.6. Corri-
piens in aduerſis populū ſuū nō derelinquit. Qualiter aūt hoc fiat, ſubdit, & ſupplet, quia ⌊congre
gabunt ſuꝑ eos populi⌋ Aſſyrioꝝ. ſ. exercitus cōgregabunt cōſenſu ꝓliandi cōtra eos. Eſa.5. Ele-
uabit dñs ſignū in nationibus procul & ſibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce feſtinus velociter
veniet, ſicut etiā dæmones cōgregant ad damnationē pctōris. Eſa.34. Ibi cōgregabunt milui al-
ter ad alteꝝ, milui eñ ſunt ad rapiendū, ⌊cū corripient propter duas iniquitates ſuas,⌋ duæ ini-
quitates ſunt, dei ꝑ idololatriā dimiſſio & regni Dauid ꝑ aſſumptionē Hieroboam relictio. Eſa.8
Eo ꝙ abiecit populus iſte aquas Siloe, q̄ vadūt cū ſilentio & elegit magis Raſin & filiū Romu-
B liæ. Adducet dñs ſuꝑ eum aquas fluminis fortes & multas in rege Aſſyrioꝝ. Vel duæ iniquitates
ſunt, ꝙ vindicauerūt indignā vindicta & peccatū idololatriæ nō vindicauerunt, ſed aſſumpſerūt
Hiere.2. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerūt fontē aquæ viuæ & foderunt ſibi ciſter-
nas cōtinere nō valētes aquas. Vel duæ iniquitates ſunt, receſſus à deo & mala cōuerſio ad creatu-
ram. Iacobi.1. Vnuſquiſq; tentat à cōcupiſcētia ſua abſtractus & illectus. Hæc ſub eodē ſenſu &
literalia ſunt & moralia. ¶ ⌊Ephraim vitula docta.⌋ Ab hoc loco proſequit ſecundā ſimilitudi-
nē de vitula in decē tribubus. ſ. & in duabus, ibi, Arabit Iudas. In decē tribubus proſequit pro-
prietates vitulæ de petulantia. In duabus aūt tribubus proprietates vitulæ de aratione. Et hoc ē,
⌊Ephraim vitula docta diligere trituram,⌋ Tritura eſt in terris calidis, qñ vel pedibus animaliū
circūeuntium ſuꝑ areas ariſtæ excutiunt, vel circūductione rotaꝝ ligneaꝝ, vel ferreaꝝ paleæ in
pabulū excutiunt. Et hoc eſt q̄d vult dicere, ⌊Ephraim⌋ ſupple eſt quaſi vitula docta, diligere tri
turā, vitula ſcilicet per laſciuiā, triturans ꝑ laboris circumitū. ⌊docta diligere triturā,⌋ id eſt, ꝑ
hoc ꝙ circūiens accipit dulcedinis pabulū, oblita laboris, ex dulcedinis pabulo ſemꝑ ad laborē re
uertitur. Eſa.21. Tritura areæ meæ q̄ audiui à dño nuntiabo tibi. Ita populus ille laborē huius mū
di dilexit & circuitū facit, propter hoc ꝙ in lucris inuenit. Vnde Gregorius: Sunt quædā deſides
aīæ quibus nihil laborioſius eſt q̄ in huius mundi laboribus nō laborare. Pſal.11. In circuitu impij
ambulabant. Beatus autem Gregorius dicit has figurari, Nume.11. vbi Hebræis paſtis pane ange
lorum, in memoriam venerunt cepe & allea & pepones, quæ vel inſipida ſunt vel ſine lachrymis
non comeduntur. Pſal.79. Cibauit eos pane lachrymaꝝ. Item pſal.126. Surgite poſt q̄ ſederitis q
manducatis panem doloris. Et ſubiungit pœnam dicēs, ⌊& ego tranſiui,⌋ conculcando. ſ. & cō
C primendo, ⌊ſuper pulchritudinem colli eius,⌋ pulchritudo colli in extenſione colli eſt & robore
& erectione. Eſa.3. Pro eo ꝙ ambulabant filiæ Sion extento collo & nutibus oculoꝝ ibant, &
compoſito gradu incedebant, decaluabit dñs verticem filiaꝝ Sion & crinem earum nudabit. Et
vult dicere, ꝙ ita tranſibit, ꝙ nudabit & ad nihilum rediget, Iudicum.5. Conculca anima mea ro
buſtos. Et hoc eſt quod ſequitur. ⌊Aſcendam ſuper Ephraim,⌋ conculcans. ſ. & opprimēs cer-
uicoſitatem ſuperbiæ. Eſaię.63. Calcaui eos in ira mea, & in indignatione mea conculcaui eos. Et
ſubiungit de aratione vitulæ in Iuda, hoc eſt, in duabus tribubus, & dicit tria, actum. ſ. & modum
& pœnam. Actum dicit, ⌊Arabit Iudas.⌋ Tangit hic quod habitum eſt Oſee.4. vbi dictum eſt,
Facti ſunt principes Iuda velut aſſumentes terminum, Ibi eñ dictum eſt, ꝙ dilatauerūt terminos
ſuos ſuper terminos decem tribuum captiuatis eis, & addit, ⌊cōfringet ſibi ſulcos Iacob,⌋ & Ia
cob vocat multos de decem tribubus qui tempore captiuitatis ad duas tribus confugerunt, qui
etiam ad terras ſuas excolendas redierunt. Gene.34. Negotientur in terra & exerceant eam quæ
ſpatioſa indiget cultoribus. Sed vt opus ꝑmaneat, modū qualiter excolāt terrā, ſubiungit, ⌊Se-
minate vobis in iuſtitia,⌋ vt. ſ. nulli iniuriam faciatis & ius ſuum vnicuiq; tribuatis. Eccl'es.11. Ma
ne ſemina ſemen tuum & veſpere non ceſſet manus tua. Pſal.125. Qui ſeminant in lachrymis, in
exultatione metent. Matth.13. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemē ſuum, ⌊& metite in ore miſeri-
cordiæ,⌋ vt. ſ. de me meſſione veſtra pauperibus erogetis, ita. ſ. ꝙ etiam in ore verba compaſſio
nis proferatis. Ecci.18. Nonne ardorem refrigerabit ros, ſic verbum melius quàm datum. Qui
ſic ſeminat, centuplum metit, Gene.26. Seminauit Iſaac in terra & inuenit in ipſo anno centuplū.

Pœna comes eſt culpæ.

Peccator in circuitu ambulat.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iohã.4.Qui metit,mercedẽ accipit & congregat in horrea.Vnde qui ſeminat,pauperib⁹ erogan D
do,metit mercedem accipiendo.2.ad Corinth.9.Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminãti & pa
nem ad manducandum præſtabit,& augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ,⌊& innoua-
te vobis nouale,⌋in quo.ſ.frutices errorum & ſtirpes peccatorum non ſuperſeminatæ ſunt,no-
uæ.ſ.corde conuerſi ad dominum.Hiere.4.Nouate vobis nouale & nolite ſerere ſuper ſpinas.
Boetius:Prius extirpanda ſunt vitia,vt inſerantur virtutes,& hoc quidem faciendum eſt in actio
ne.Quid autem faciendum ſit in contemplatione & cultu,ſubiungit.⌊Tempus autem requirẽ-
di dominum⌋.ſ.dum inueniri poteſt.Eſa.55.Quærite dominũ dum inueniri poteſt,inuocate eũ
dum prope eſt,hoc eſt,per pœnitentiam in hac præſenti vita,& hoc eſt quod ſequitur,⌊cũ ve-
nerit⌋per gratiæ.ſ.& beneficiꝫ manifeſtationem:1.ad Corinth.4.Veniet dominus qui illumina
bit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium,⌊qui docebit vos iuſtitiam,⌋in qua
.ſ.& ſeminare & metere debetis.Eſa.48.Ego dominus docens te vtilia.Sapiæ.8.Sobrietatem &
prudentiam docet & iuſtitiam & virtutem,quibus in vita nihil eſt vtilius hominibus.Quod autẽ
ab hac doctrina auertunt ſe,ſubiungit,⌊araſtis impietatem,⌋aratio laborem acquirendi ſignat,
& impie arat,qui ſemper in proximo plus vult habere in lucro & minus in damno.Pietas eñ eſt
beneuolentia in parẽtale bonum,vt dicit Tullius in fine primæ rhetoricæ.Et impius eſt,qui pro
ximũ,in quo reſultat ſummi parentis bonum,vel opprimit damno vel ſpoliat bono ſibi debito,
& ille arat impietatem.Vnde Sapiæ.2.Dixerunt impiꝫ:Venite opprimamus pauperem iuſtum
⌊iniquitatem meſſuiſtis,⌋hoc eſt,ex iniquo vos ditaſtis.Eſaiæ.5.Væ qui coniungitis domum ad
domum & agrum agro copulatis,vſq; ad terminum loci.Abacuc.2.Væ qui multiplicat nõ ſua,
⌊comediſtis frugem mendaciꝫ,⌋fruges mendaciꝫ ſunt,quæ promittunt refectionem & non ſa- E
tiant.Lucrum eñ temporale non ſatiat.Prouer.4.Comedunt panẽ impietatis & vinum iniqui
tatis bibunt.Aggæi.1.Comediſtis & non eſtis ſatiati.Prouerb.13.Iuſtus comedit & replet ani-

Lucrũ tem porale non ſatiat.

mam ſuam,venter aut impioꝝ inſatiabilis.Et ſubiungit cauſam,⌊quia confiſus es in viꝫs tuis,⌋
hoc eſt,in operibus idololatriæ.ſ.& peccatorum,quod maxima præſumptio eſt in malo confi-
dere.Ecci.37.O præſumptio nequiſſima vnde creata es?Homo eñ non debet confidere in viꝫs
ſuis,quia ignorat eas & exitus eaꝝ.De primo dicitur Iob.3.Viro cuius abſcondita eſt via,& cir-
cumdedit eũ deus tenebris.De ſecũdo dicitur Prouer.14.Eſt via quę videtur homini recta,& no
uiſſima eius ducunt ad interitũ,⌊& in multitudine fortium tuoꝝ,⌋ſupple confiſus es pugnatoꝝ
& munitionum.Contra quod dicit Hiere.17.Maledictus vir qui cõfidit in homine & ponit car-
nem brachium ſuum,& à dño recedit cor eius.Et ſubiungit pœnam duplicẽ,ſcilicet confuſionis
populi in ſeipſo per diuiſionẽ,& vaſtationis ab inimicis.De primo dicit,⌊conſurget tumultus in
populo⌋ſchiſmatum.ſ.& contradictionum.Eſa.3.Tumultuabitur puer cõtra ſenem & igno-
bilis cõtra nobilem.De ſecũdo dicit,⌊& omnes munitiones tuæ vaſtabunt,⌋non eñ poteſt ſtare

Potentiæ dei nihil p̃t reſiſtere.

ꝙ cõtra potentiã dei ſe eleuat.2.ad Coꝝ.10.Arma noſtræ militiæ nõ ſunt carnalia,ſed potentia
dei,ad deſtructionẽ munitionũ conſilia deſtruentes,& omnẽ altitudinem extollentem ſe aduer-
ſus ſcientiam Chriſti.Seculares etiam munitiones nõ ſtant contra dñm,Abdiæ.1.Si exaltatus fue
ris vt aquila & inter ſydera poſueris nidũ tuum,inde detrahã te dicit dñs.Et huius vaſtationis po
nit ſimilitudinẽ,ſubdẽs,⌊ſicut vaſtatus eſt Salmana.⌋Iudicũ.8.Salmana princeps fuit Madiani F
tarũ quem Gedeon iudex Iſrael interfecit,& hoc eſt quod ſequitur,⌊à domo⌋.i.à familia,⌊eius
qui vindicauit Baal,⌋hoc eſt,qui iniuriam dei vindicauit in Baal.Et tangit hiſtoriã,q̃ eſt Iudic.6
&.7.vbi dicitur,quòd pater Gedeonis lucum plantauit & aram Baal extruxit & bouem ſuper-
poſuit,quem lucum Gedeon angelo ſe confortante ſuccidit,aram ſubuertit,& bouem deiecit,
quod cum populus vindicare vellet,pater Gedeonis dixit:Nunquid vltores vos eſtis Baal,ſi Ba-
al eſt deus vindicet ſeipſum.Et ab hoc euentu Gedeon dictus eſt Ieroboal,hoc eſt,vltor Baal,
⌊in die præliꝫ,⌋quando.ſ.Gedeon præliatus eſt cum ipſo & omnes interfecit.Pſal.82.Fac illis
ſicut Madian & Syſare,ſicut Iabin in torrenre Ciſon.Item pſal.82.Pone principes eorum ſicut
Oreb & Zeb & Zebee & Salmana,ſicut enim illi corruerunt pro peccato,ita & aliꝫ cadent pec-
catores,⌊matre ſuper filiꝫs alliſa,⌋ſicut eñ Salmana in filiꝫs Iſrael filios occidit ante oculos ma-
trum,& poſtea matres peremit,vt bis morerentur & corde & corpore,ita econuerſo,Gedeon
Salmana in conſpectu matris ſuæ occidit,dicens:Sicut fecit gladius tuus matres ſine filiꝫs,ſic in-
ter mulieres ſine liberis erit mater tua,& occiſo filio,alliſit matrem ad lapidem & interfecit,ne
fœda generatione amplius terram corrumperet.Eſai.14.Non vocabitur in æternum ſemẽ peſ-
ſimorum,præparate filios eius occiſioni.Cauſam autem huius vaſtationis ſubiungit.⌊Sic fecit
vobis Bethel,⌋hoc eſt,idololatria in Bethel facta.Bethel autem interpretatur domus dei,vbi im
munditias exercuerunt.Hiere.11.Quid eſt,ꝙ dilectus meus in domo mea operatur ſcelera mul-
ta?⌊à facie malitiæ,⌋hoc eſt,à præſentia malitiæ quæ in ſcandalum multis præſens eſt.Mala.2.
Vos receſſiſtis à via,& ſcandalizaſtis plurimos in lege,⌊nequitiarum veſtrarum,⌋nequitia dici-
tur malitia,in qua malus facit quicquid poteſt,ita ꝙ nequit amplius.Lucæ.11.Generatio hæc ge-
neratio nequam eſt.Eſa.16.Superbia eius & arrogantia eius plus q̃ fortitudo eius.

¶In ca-

## ¶In capitulum vndecimum enarratio.

A SIcut mane tranſit.⌋ Tangit hic admonitionē populi per conſiderationē plagarum
& beneficiorum dei,& ideo tres partes ſunt in capitulo iſto. Primo tangit ingratitu
dinem ad beneficia eductionis de Aegypto. Secūdo, deſcribit miſericordiā dei pu
nientis pro peccato, ibi, Quomodo dabo te Ephraim? Quia vero miſericordis nō
eſt punire, idcirco tertio oſtēdit quid cōpulerit deū ad puniēdū, ibi, circūdedit me
in negatione. In primo horum tria ſunt. Primo eñ oſtēdit quod ablationis regni
& regis cauſa fuit abiectio regni dei. Secūdo, beneficia dei quæ vt rex & pater exhibuit, comme
morat & ingratitudinem populi, ibi, quia puer Iſrael. Tertio, qualiter populus ſicut effrenis equus
non reducitur, niſi freno pœnarum, ibi, In funiculis Adam. Dicit ergo. ⌊Sicut mane tranſit⌋ velo-
citer. ſ. & cito, ⌊pertranſiit rex Iſrael⌋ hoc eſt, decem tribuum. Vnde Oſee. 13. Vbi eſt rex tuus,
maxime nunc ſaluet te. Hoc aūt dicitur populo qui in protectione dei conſtitutus fuit & regi-
mine,& illo contempto hominē in regē petijt. 1. Reg. 8. Audi vocē populi in om̄ibus quæ loq-
tur, non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnē ſuper eos. Et quia ſic contra voluntatē domini ob-
tentus eſt, ſtare non potuit, ſed tranſiit ſicut mane, hoc eſt, ſubito & velociter, ita. ſ. ꝙ ſol claritatis
& proſperitatis eius ad ſummum non peruenit, antequā eñ illuceſceret ꝑ claritatē ablatus fuit.
B Iob. 3. Dies illa vertatur in tenebras, nec requirat eam deus deſuper,& non ſit in recordatione, nec
illuſtretur lumine. Sic dictum eſt de Nabuchodonoſor. Eſa. 14. Quomodo cecidiſti lucifer qui
mane oriebaris. Sic potentia & claritas mundi cito tranſit. Eccleſiaſtici decimo: Omnis potēta-
tus vita breuis. Eſa. 38. Dum adhuc ordirer, ſuccidit me. Et quale fuerit regnū dei quod abiece-
runt, ſubdit, ⌊quia puer Iſrael⌋ ſupple erat imbecillis ſenſu, quādo legem nō habuit,& infirmus
Proſperitas mundi nō diuturna.
virtute, quando violentia Pharaonis in Aegypto tenebatur oppreſſus. 1. ad Corinth. 13. Cū eſ-
ſem paruulus, loquebar vt paruulus, cogitabam vt paruulus, ⌊& dilexi eum,⌋ hoc eſt, ſigna dile-
ctionis exhibui cum non meruiſſet. Deuter. 33. Dilexit populos, om̄es ſancti in manu illius ſunt.
Deuterō. decimo: En domini dei tui cœlum eſt & cœlum cœli, terra & omnia quæ in ea ſunt,
& tamen patribus tuis conglutinatus eſt dominus & amauit eos, ⌊& ex Aegypto vocaui filium
meum⌋ hoc eſt, ex Aegypto vocaui eum vt eſſet liber, vt filius meus ſeruitute aliena de cætero
non oppreſſus,& in hæreditate mea poſitus. Numer. viceſimoquarto: Deus de Aegypto edu-
xit eum. Micheæ ſeptimo: Memēto quod eduxerim te de Aegypto. Hoc etiam refertur ad eos
moraliter, quos deus educit de ſeruitute peccati ad libertatē virtutis. Pſal. 39. Eduxit me de lacu
miſeriæ,& de luto fecis. Vnde Exodi. 4. dicit Pharaoni, qui ſignat diabolū, primogenitus meus
Iſrael, dimitte filium meum primogenitum. Qualiter autem eduxerit, ſubdit, ⌊vocauerūt eos,⌋
Moyſes ſcilicet & Aaron, duces & nuntij mei, ſicut dicit Exodi tertio & quarto,& vſq; ad duo-
decimū. Prouer. nono: Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis, ⌊ſic⌋ ſup
ple vocati à tantis & à talibus, ⌊abierunt à facie eorum,⌋ hoc eſt, à doctrina eorum receſſerunt.
Exodi triceſimoſecundo: Peccauit populus tuus, receſſerunt cito de via quam oſtendiſti eis. Hie
miæ ſecundo: Elongauerunt ſe à me & ambulauerūt poſt vanitatem & vani facti ſunt, ⌊Baalim
immolabant⌋ primum & medium & vltimum peccatum cōiungit. Primo enim à facie Moyſi
receſſerunt per vitulum, poſtea in terra ſancta exiſtentes ſub Achab Baalim adorauerunt. 3. Re
C gum. 18. Poſtea in fine multiplicantes idololatriam ſimulachris ſacrificauerunt, ſingularum gen-
tium idola ſumentes. Hieremiæ ſecundo, Secundum numerum ciuitatum tuarum fuerunt dij tui
Iuda. Illud idem ſub eiſdem authoritatibus refertur ad clerum & ad populū, qui ab inſtitutis pri-
morum patrum receſſit per laſciuiam vituli,& poſtea abiecto iugo per malā libertatem ſeruiuit
Baal, qui interpretatur abſq; iugo, deinde fingens delectabilia diuerſis ſeducitur ſpectaculis. Et
hoc eſt quod ſequitur, ⌊& ſimulachris ſacrificabant⌋ & ſubiungit de beneficijs in deſerto exhibi
tis, ⌊& ego⌋ ſupple eram, ⌊quaſi nutritius Ephraim⌋ hoc eſt, decem tribuum. Nutritius eñ ſem
per cibum parat infantulo,& ſic parauit cibum & māna, ſcilicet & coturnices. Pſal. ſexageſimo-
quarto: Paraſti cibum illorum, quoniā ita eſt præparatio eius. Exodi decimoſexto: vbi pluit mā-
na, vnde gloriantes dicunt. Iohannis ſexto: Patres noſtri manducauerūt manna in deſerto, ⌊por
tabam eos in brachijs meis⌋ ſignis. ſ. & portentis & victorijs ſuſtentando. Deuter. 1. Portauit te
dominus deus tuus, vt ſolet hō geſtare paruulū filiū ſuum in om̄i via, per quam ambulaſti. Eſa.
quadrageſimo: In brachio ſuo congregabit agnos,& in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit, ſic e-
tiam à peccatis reductos dominus nutrit gratia & ſacramento euchariſtiæ & collatione virtutis
portat. Luc. decimoquinto, imponit eam in humeris ſuis, dicens: Congratulamini mihi, quia in-
ueni ouem quam perdideram. Et ſubdit de ingratitudine, ⌊& neſciuerūt⌋ hoc eſt, ſcire noluerūt
per beneficia, ⌊quod curarem eos⌋ hoc eſt, quod omnis mea intentio eſſet vt curarentur à pec-
cato & idololatria. Eſa. 27. Iſte omnis fructus vt auferatur peccatum eius,& hoc ſcire noluerūt.
Pſal. 35. Noluit intelligere vt bene ageret. Actorum ſeptimo: Aeſtimabat autem Moyſes ſupple
intelligere fratres, quoniā deus per manum illius daret ſalutē illis, at illi nō intellexerūt. Ecci. 29.
Ingratus ſenſu derelinquit liberātem ſe. Subiungit aūt quod nō retrahētur à malis, niſi ꝑ pœnas.

 ⌊In funi-

Funiculi Adam.

⌊In funiculis Adam traham eos⌋ Funiculi Adam ſunt pœnæ & maledictiones, ꝗbus vinctus eſt
Adam à dño cum peccaret. Prouerb.5. Iniquitates ſuæ capiunt impiũ, & funibus peccatoꝝ ſuoꝝ D
cõſtringũtur. Quia vero pius pr̃ punit ad correctionẽ, ideo ſubſequitur, ⌊in vinculis charitatis⌋
Pœnam em̃ vincientem ex charitate inductã dicit, ſicut flagella ſuper filiũ. Prouerb.13. Qui dili-
git filium, aſſiduat ei flagella. Heb.12. Quis filius quẽ non corripit pater. Hæc expoſitio literalis
eſt. Hieronymus tamẽ aliter exponit, dicẽs, ꝙ funiculi Adam ſunt, quibus vinctus Chriſtus Adã
fecit ſanctũ, eiſdẽ em̃ vinculis charitatis vinctus voluit eos curare & ſanctificare, & ad ſe trahere
Hiere.31. In charitate ꝑpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerãs. Iohan.12. Ego ſi exaltatus fuero à
terra, oĩa trahã ad meipſum. Sic pater trahit ad filium. Iohan.6. Nemo venit ad me, niſi pater
meus traxerit eũ. Sic filius ad fidẽ per illuminationẽ. Sic em̃ trahit ad ſeipſum, ſicut iam dictũ ẽ.
Sic ſpũs vinculo charitatis ad ſanctitatem. Ephe.4. Soliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pa-
cis. Et eſt iſte funiculus triplex q difficile rũpitur. Eccl'es.4. Quia vero ſic trahi non poſſunt, ſicut
propter duritiã oris equus effrenis, oportet ꝙ chamo trahãtur, & hoc eſt. ⌊Et ero eis⌋ ex quo a-
liter eſſe nõ poteſt, ⌊quaſi exaltans iugũ ſup maxillas eoꝝ.⌋ Et literaliter intelligit̃ de captiuita-
te Aſſyrioꝝ, ꝗd exaltat̃ in maxillis, quãdo cõſtringunt̃ maxillæ blaſphemæ ꝑ ipſum. Iacobi.3. Si
aũt equis fræna in ora mittimus ad cõſentiendũ nobis, & omne corpus eoꝝ circũferimus. Pſal.31.
In chamo & freno maxillas eoꝝ conſtringe, q nõ approximãt ad te. Gloſſa hoc aliter legit, Di-
cit em̃ ꝙ exaltat̃ iugũ quando aufertur, quãdo aũt ponit̃ fortiter ad collũ, deprimit̃. Et eſt ſenſus
ſecundũ gloſſam. Iugũ quod eſt ſup maxillas eoꝝ, ero exaltãs ꝑ ablationẽ, vbi.ſ. iugũ gentiũ aufe- E
retur ab eis. Eſa.9. Iugũ oneris eius, & ſceptrũ exactoris eius ſuperaſti. Gene.27. Erit quãdo ex-
cuties iugũ eius de collo tuo. Pſal.2. Dirũpam⁹ vincula eoꝝ, & proijciamus à nobis iugũ ipſoꝝ.
Quędã etiam gloſſa legit de iugo legis dei, ꝗd ſuperexaltat̃, quãdo magnifice implet̃. Matth.11.
Tollite iugum meum ſuper vos. Thrẽ.3. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcẽtia.
Super maxillas aũt ponitur, quãdo die & nocte meditat̃ & quaſi ruminat̃. Et ſubiungit de bene-
ficio præſtito in deſerto. ⌊Et declinaui ad eũ⌋ manna. Exodi.16. ⌊vt veſceretur,⌋ quod ſignat
declinationẽ corporis & ſanguinis dñi ad eccleſiã. Eſa. vlt. Ecce ego declinabo in vos ſicut fluuiũ
pacis, & tanꝗ torrentẽ inundantẽ gloriã gentiũ quam ſugetis. Pſal.77. Portas cœli aperuit dñs,
& pluit illis manna vt ederẽt, panẽ angeloꝝ manducauit homo. Apoca.2. Vincenti dabo man-
na abſconditũ. Sapiæ.16. Paratũ panẽ de cœlo præſtitiſti illis ſine labore habentẽ in ſe omne de-
lectamentũ & omnẽ ſaporis ſuauitatẽ. Qualiter aũt infrenet eos, oſtẽdit, ſubdẽs, ⌊nõ reuertetur
in terrã Aegypti⌋ populus.ſ. Cõcupiſcẽtiæ em̃ Aegyptiæ ſemper erãt in corde populi. Propter
quod.4.Reg.15. Sub Manahen rege Iſrael à facie Aſſyrioꝝ voluerũt redire in Aegyptũ. Simili-
ter poſt interfectionẽ Godoliæ, cõtra conſiliũ Hieremiæ in Aegyptũ redierũt. Hiere.42. Quod
dño non placuit, ſicut patet Eſa.30.&.31. quod fuit contra præceptũ dñi. Deuter.17. vbi dicitur
de rege, ꝙ nõ reducet populũ in Aegyptum. Et ideo dicit, ꝙ ſub Manahen non poterũt redire.
Oſee.2. Sepiam viam tuã ſpinis, & ſepiã eam maceria, & ſemitas ſuas nõ inueniet, & ibit poſt a-
matores ſuos, & nõ comprehẽdet eos, & hoc eſt ꝗd ſeqtur, ⌊& Aſſur ipſe rex eius⌋ qui etiam in
Aegypto cõprehendet eos. Eſa.19. Tradam Aegyptũ in manu dominoꝝ crudeliũ, & rex fortis
dominabit̃ eoꝝ. Numer.24. Si in petra poſueris nidũ tuũ, & fueris electus de ſtirpe Cyn, quã F

Deſideria peccatoꝝ vana.

diu poteris ꝑmanere? Aſſur em̃ capiet te. Signat aũt captiuitatẽ pctõrum à diabolo, Aſſur enim
altus ſenſus interpretatur, & ſignat diabolum, à quo poſtꝗ pctõr capitur ad Aegyptiaca deſide-
ria redire nõ poterit. Bernardus: In æternũ non obtinebit ꝗd vult, & tamẽ quod nõ vult imper-
petuum ſuſtinebit. Septuaginta hic multũ differũt ab Hebræo. Dicũt em̃ ſic: Habitabit Ephraim
in Aegypto, & Aſſur ipſe rex eius. Cauſam aũt huius ſubiungit, ⌊qm̃ noluerũt cõuerti.⌋ Si enim
cõuerſi fuiſſent ad dñm, non traditi fuiſſent captiuitati regis Aſſyrioꝝ. Hiere.4. Si cõuerteris Iſ-
rael, ait dñs, ad me cõuertere, ſi abſtuleris offendicula à facie mea non cõmoueberis. Qualiter aũt
traditi ſint, ſubiungit. ⌊Cœpit gladius in ciuitatibus eius⌋ Gladius dicitur capere, quando non
inanem aerem verberat, ſed ſtringitur in vulneribus. Threñ.1. Foris interficit gladius, & domi
mors ſimilis eſt. Et dicit in ciuitatibus, vt ciuitatibus expugnatis ſpes reſiſtẽdi villis non rema-
neat. Eſa.33. Proiecit ciuitates nõ reputauit hoĩes. Eſa.6. Relinquũtur ciuitates abſq; habitatore
& domus ſine homine. Iſte gladius ſignat pctm̃, quo pctõres interficiuntur. Pſal.9. Inimici de-
fecerũt frameæ in finẽ, & ciuitates eoꝝ deſtruxiſti, ⌊& cõſumet electos eius⌋ gladius.ſ. electi di-
cuntur bellatores, nobiles & diuites, q primo interfecti ſunt. Pſal.77. Iuuenes eoꝝ in gladio ce-
ciderũt. Deuter.32. Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor iuuenẽ ſimul & virginẽ, ⌊& come-
det capita eoꝝ⌋ hoc eſt, principes & reges & ſacerdotes. Abacuc.3. Maledixiſti ſceptris eius ca-
piti bellatoꝝ eius. Et ibidẽ: Percuſſiſti caput de domo impij. Gladius dicitur comedere qñ cõſu-
mit. Deute.32. Gladius meus deuorabit carnes de cruore occiſoꝝ, & de captiuitate nudati inimi-
coꝝ capitis, ⌊& populus meus⌋ tũc ſupple vidẽs nõ eẽ auxiliatorẽ niſi me, ⌊pẽdebit⌋ deſiderio
& ſpe, ⌊ad reditũ meũ⌋ hoc eſt, vt ad me reuertat̃. Oſee.2. Et dicit, reuertar ad viꝝ meũ priorẽ,
qa bñ mihi erat tũc magis ꝗ nũc, Oſee.13. Perditio tua Iſrael, tãtũmodo ĩ me auxiliũ tuũ. Deut.32.

Videte

A Videte ꝙ ego ſim ſolus & non ſit alius deus ꝑter me. Quo aũt cogente reuertantur & ſuſpirẽt ad
dñm, ſubdit. ⌊Iugũ aũt imponetur eis⌋ duriſſime. ſ. ſeruitutis & captiuitatis. 3. Reg. 12. Pater me-
us impoſuit ſuper vos iugũ graue, ego aũt addam ſuper iugum veſtrũ. Hoc iugũ peccati iugũ eſt,
de quo dicitur Threñ. 1. Euigilauit iugũ iniquitatum mearum in manu eius conuolutæ ſunt, &
impoſitę collo meo, ⌊ſimul⌋ omnibus. ſ. ꝙ nullus effugiet, ⌊quod non auferetur⌋ vi. ſ. humana.
Vſq; hodie tenentur captiui in montibus Perſarꝫ. Eccl. 40. Occupatio magna creata eſt om̃ibus
hominibus & iugum graue ſuper filios Adam, illo enim domare neceſſe fuit ceruicoſam ſuper-
biam eorꝫ. ¶ ⌊Quomodo dabo te⌋ compaſſionis affectum oſtendit hic miſerator & miſericors
pater, dicens, ꝙ victus miſericordia condignam pœnam inferre nõ poteſt, dicit aũt duo. ſ. com-
paſſionis affectum & effectũ, ibi, Poſt dñm ambulabũt. Affectũ exprimit per quæſtionẽ modi &
cordis conuerſionem, & duritiæ, ſiue ſeueritatis abdicationẽ. Quæſtionem facit quadruplicẽ. Pri
ma eſt. ⌊Quomodo dabo te Ephraim⌋ Septuaginta, quid faciam tibi Ephraim. Vnde ſenſus
ſecundum Hieronymum eſt, ex quo multis beneficijs & multis plagis conuerti noluiſti, quomo-
do, hoc eſt, ad quem modũ ponam te vt cõuertaris, iniquitas em̃ tua non admittit clementiã, affe
ctui autem meo repugnat ſeueritas, & ergo difficilis eſt modus quo conuertaris. Oſee. 6. Quid
faciam tibi Ephraim. Eſa. 5. Quid eſt quod facere debui vineæ meæ & nõ feci. Secunda quæſtio,
⌊protegam te Iſrael⌋ hoc eſt, quomodo poſſum te protegere, iniquitas enim tua meretur, vt nõ
protegaris. Pſal. 124. Declinantes aũt in obligationes adducet dominus cum operãtibus iniqui-
tatẽ. Itẽ pſal. 118. Longe à pctõribus ſalus. Tertia q̃ſtio. ⌊Qũo dabo te?⌋ Septuaginta, qd faciã
B tibi, peccatum em̃ tuum nõ habet modum, iuſtitia vero dura eſt, & clementia locum non habet.
Micheæ. 6. Popule meus qd feci tibi, reſponde mihi. Quarta quæſtio eſt, ⌊ſicut Adama ponã te
vt Seboim?⌋ hoc eſt, iniquitas tua meretur perpetuã deſolationẽ, ſicut deſolata eſt Adama & Se
bois, igne & ſulphure in pentapoli, ſed hoc affectus paternus non admittit. Simile, Hiere. 31. Si fi-
lius honorabilis mihi Ephraim ſi puer delicatus. 2. Regũ. 19. Rex operuit caput ſuum & clamabat Dei clemẽtia erga peccatores.
voce magna fili mi Abſolon, Abſolon fili mi, & ſignat cõpaſſionis affectũ ad pctõres. Vnde Lu-
cæ. 15. Cũ filius prodigus adhuc longe eſſet, vidit illũ pater ſuus, & miſericordia motus eſt, & oc-
currẽs cecidit ſup collũ ſuũ & oſculatus eſt eũ, & ſubiũgit de cõturbatione cordis, ⌊cõuerſum eſt
in me cor meũ⌋ hoc eſt, de profundo miſericordiã mouẽte verſum. Simile, Gene. 6. Tactus do-
lore cordis intrinſecus, delebo inquit hominẽ quẽ formaueram. Gene. 45. Cõmota ſunt viſcera
eius ſup fratre ſuo, ⌊pariter cõturbata eſt pęnitudo mea.⌋ Gloſſa, pœnitet me delere populum
meũ. Hiere. 31. Idcirco cõturbata ſunt viſcera mea ſup eum, miſerãs miſerebor eius, ait dñs, & hoc
eſt quod ſeqtur, ⌊nõ faciam furorẽ iræ meæ⌋ hoc eſt, nõ mittã pœnã quam meruiſti. Miche. 7.
Nõ immittet vltra furorẽ ſuũ, quoniã volẽs miſericordiã eſt, reuertet & miſerebit noſtri, ⌊non
cõuertar⌋ à clemẽtia mea. ſ. vt diſperdã Ephraim⌋ hoc eſt, ꝙ in nihilũ redigã, ꝙ non relinquam
ſemen. Eſa. 1. Niſi dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, quaſi Sodoma facti eſſemus, & quaſi Go
morrha ſimiles eſſemus. Et dicit hic Hieronymus in originali, ꝙ licet quinq; ciuitates ſubuerſæ
ſunt in pentapoli, tamẽ duæ, inter illas Sodoma. ſ. & Gomorrha auctrices erãt criminis, & p il-
C las ſignãtur duæ tribus, q̃ in hoc ꝙ templũ habebãt, & ſacerdotes, & prophetas, plus peccauerunt
quàm decẽ, quia Luc. 12. Seruus ſciens voluntatẽ dñi & nõ faciẽs digna, plagis vapulabit multis.
Vnde Eſa. 1. dicit ad duas tribus: Audite verbũ hoc principes Sodomorꝫ & auribus pcipite legẽ
dei veſtri populus Gomorrhæ. Peccatũ aũt decẽ tribuũ cõparatur Adamæ & Seboim q̃ ſecũda-
riæ fuerũt in pctõ. Decẽ em̃ tribus p ignorãtiã legis minus peccauerũt, huius aũt cauſam ex na-
tura dei aſſignat, ⌊qm̃ deus ego & non homo⌋ quaſi dicat, Hieronymus, homo ad hoc punit vt Deus corripit vt emẽdet.
perdat, deus ad hoc corripit vt emẽdet. Oſee. 6. Miſericordiã volo & nõ ſacrificium. 2. Mach. 6.
Corripiens in aduerſis populũ ſuũ non derelinquit, ⌊in medio tui ſanctus & nõ ingrediar ciuita
tem⌋ hoc eſt, q hactenus in medio tui oſtẽdi me eẽ ſanctum, hoc eſt, om̃ino ab om̃i pollutione
alienũ & incontaminatũ, in iudicio iræ meæ nõ ingrediar ciuitatẽ, vt. ſ. ad modũ legũ ciuilium, q-
bus vtũtur in ciuitatibus vindicẽ. Vnde Hieronymus, hoc eſt, nõ ſum vnus de his q in vrbibus ha
bitãt, q humanis legibus viuũt, q crudelitatẽ arbitrãtur iuſtitiã, & ius ſummũ malitia eſt, mea aũt
lex, meaq; iuſtitia eſt ſaluare correptos. Iob. 33. Libera eũ vt nõ deſcendat in corruptionẽ. Inueni
in quo ei propicier. Iudæi ex ponũt hoc, ꝙ deus expectauit reditũ eorꝫ, & ꝙ alienæ gẽtis ciuita-
tem nõ ingrederẽtur, vt ibi habeãt templũ & cultũ. Poſt miſericordiæ aũt affectũ, ſubdẽs oſten-
dit effectũ, promittẽs pœnitẽtiã populo, vt locũ habeat miſeratio. ⌊Poſt dñm ambulabũt,⌋ &
eſt vox prophetæ. Daniel. 3. Nunc ſequimur te in toto corde & timemus te. Iob. 23. Veſtigia eius
ſecutus eſt pes meus. Ambulare autem, hoc eſt, proficere. Pſal. 118. Beati immaculati in via, q am
bulant in lege domini. Habita autem pœnitentia populi, ſtatim ſubiungit qualiter congregabũ-
tur virtute dei, ⌊quaſi leo rugiet,⌋ & ſuppletur, quia ſcilicet dominus rugiet, vt leo in terrorem
omnium captiuantium Iſrael. Amos primo: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit
vocem ſuam. Amos tertio: Leo rugiet quis non timebit? ⌊quia ipſe rugiet,⌋ per ſeipſum, ſci-
licet comminabitur. Hieronymus: Cum leo rugit volatilia & beſtiæ terrore vocis, gradu fixo ſe

mouet

mouere non poſſunt, ita dño cõminante neceſſe eſt ꝙ omnes cõtremiſcant, & ideo ſequit, ⌞formidabũt filij maris, ⌟ filij maris dicunt qui fluctus amaritudinis inducũt. Eſa. 57. Cor impij quaſi mare feruens quod quieſcere nõ poteſt, Illis aũt territis, quid futuꝝ ſit, ſubiungit, ⌞& auolabũt⌟ ſupple captiui, Hieroñ. legit, ⌞volabũt quaſi auis ex Aegypto. ⌟ Quidã eñ fugientes Aſſyrios & Aegyptios tranſfugerũt, & illos dicit ſe reuocatuꝝ, ſicut & eos q ad cõuerſationẽ ſecularẽ conuertunt reuocat, de qua aue in pſal. 10. dicit: Tranſmigra in montẽ ſicut auis, ſecundũ aliã tranſlationẽ, ⌞& quaſi colũba de terra Aſſyrioꝝ, ⌟ qui. ſ. ab Aſſyrijs captiui ſunt. Et intendit dicere, ꝙ vbicunqꝫ captiui ſunt, reducet eos terrore ſuæ potentiæ, ſicut & nunc congregauit eccleſiã. Eſa. 43. Ab oriente adducã ſemen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni, da: & auſtro, noli prohibere. Matth. 8. Multi venient ab oriente & occidente & aquilone & meridie, & recumbẽt cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum. De Aegypto veniunt qui à concupiſcentia carnali & deſiderijs ſeculi veniunt. De Aſſur, qui de ſuperbia & faſtu ambitionis. Hæc duo coniungit, Eſaiæ. 60. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas, ⌞& collocabo eos⌟ ſic venientes, ⌞in domibus ſuis⌟ reducens ſcilicet ad patriam & ad poſſeſſiones ſuas. Hieremiæ. 32. Adhuc poſſidebuntur domus & agri & vineæ in terra iſta. Peccatorem autem reuertentem in domum conſcientiæ reducit dominus. Sapientiæ octauo: Intrans in domũ meam, conquieſcã cum illa. Non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, neqꝫ tædium conuictus illius, ⌞Dicit dominus⌟. 1. Regum. 9. Omne quod loquitur, abſqꝫ dubio eueniet. Quia vero poſſet aliquis dicere vel quærere, quare contra affectum ſuum populum captiuitati tradiderit, ideo reſpondet, & ſuppletur quia, ⌞circundedit me, ⌟ vt. ſ. iudicium effugere non poſſem, ⌞in negatione⌟ qua me ſacerdotes & prophetas negauit & abiecit, ⌞Ephraim, ⌟ hoc eſt, regnũ decẽ tribuũ, ſicut cõtinet Danielis. 9. Nõ erit eius populus qui eum negaturus eſt. Sic negãt, de qbus dicitur ad Titum. 1. Confitentur ſe noſſe deum, factis autẽ negant, Hoc maxime facit Ephraim, qui frugifer interpretatur, quia diuites huius ſeculi maxime negant deum, ad minus in opere ⌞& in dolo, ⌟ quo ſcilicet à rege circumuẽtus eſt me negauit, ⌞domus Iſrael, ⌟ hoc eſt populus qui negauit me metu principis. Sic & populus Chriſtianus dolo circumuentus à ſacerdotibus negant dominum. Dicunt enim ſacerdotes, conſuetudines bonas debere teneri, & conſuetudines bonas vocant, quas iniquis legibus dictauerunt in lucrum ſuum. Pſal. 5. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus. Sanguinum enim vir eſt, qui ſanguinem pauperis defraudat. Eccleſiaſtici. 34. Panis egentium, vita pauperis eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Quia autem aliquis poſſet quærere, quare Iudam tunc non tradidit in captiuitatem, quando decem tribus, reſpondet, ⌞Iudas autem, ⌟ hoc eſt, duæ tribus, ⌞teſtis⌟ virtutis ſcilicet & veritatis, vt dicit Gloſſa, Apoca. 3. Hæc dicit, Amen teſtis fidelis & verus, ⌞deſcendit cum deo, ⌟ hoc eſt, ſpe diuini adiutorij, & tangit hiſtoriam Exodi. 14. vbi dicitur, ꝙ filijs Iſrael cõcluſis montibus & mari & Aegyptijs, diuiſum eſt mare, & quando nulla tribus fuit auſa in mare deſcendere, tribus Iuda deſcendit adiutorio dei confiſa, ⌞cum ſanctis fidelibus, ⌟ Moyſe ſcilicet & Aaron. Vel quando decem tribus ſeparatæ ſunt à deo & regno Dauid. 3. Regũ. 13. Iudas deſcendit à dignitate priſtina, quæ tribubus duodecim imperare conſueuerat vſqꝫ ad imperium duarum tribuum, cum ſanctis fidelibus, hoc eſt, cum templo, ſacerdotibus & prophetis cum quibus remanſit, ſicut & nunc Iudas, hoc eſt, confitens, verbo, ore & opere, deſcẽdit, hoc eſt, humiliatur cum ſanctis fidelibus, hoc eſt, cum vere ſanctis, qui coram deo humiliantur. Ecci. 17. In partes vade ſeculi ſancti cum viuis & dantibus confeſſionẽ deo, & non demoreris in errore peccatorum.

D E F

Sacerdotes doloſi

Cõſuetudines ob q̄ſtũ non cõmendandæ.

¶In capitulum duodecimum enarratio.

Ephraim paſcit ventum. ⌟ Secundum diuiſionem ſuperius datam reprehenditur hic populus, ꝙ deo vocante ad vtilia contempto, inutilibus occupabatur. Cum enim ſperare deberet in auxilio dei, ſemper quæſiuit auxilium ab Aegyptijs & Aſſyrijs. Propter quod diuiditur capitulum in duas partes, in quarum prima dicit, ꝙ populus iudicio conuincendus eſt de hoc. Secundo, ex parte dei proponit beneficia, & ex parte populi occupationem circa inutilia, ibi, In vtero ſupplantauit. In prima parte proponit tria. ſ. occupationem circa inutilia per metaphoram. Secũdo metaphoræ explanationem. Tertio iudicij conuictionem. Dicit ergo Iudas, deſcendit cũ ſanctis fidelibus, ſed ⌞Ephraim⌟ auerſus à deo, ⌞paſcit ventũ. ⌟ Seneca in libro naturaliũ quæſtionũ dicit ꝙ ventus nihil aliud eſt, q̄ aer impulſus, quãuis eñ ventilabrũ ſit vapor terreus, tamen flatus aer impulſus eſt, vnde cum etiam verba quibus nihil ſubeſt, ſint aer percuſſus & impulſus. Ventũ paſcit qui multa loquitur quibus nihil ſubeſt, prout Iob. 6. Ad increpandũ tantũ eloquia, cõcinnatis & in ventum verba profertis. Sic decem tribus fœdera componentes inter ſe & Aſſyrios, & inter ſe & Aegyptios, nihil fecerunt, niſi paſcere ventum, ⌞& ſequitur æſtum. ⌟ Aeſtus quidam ventus eſt nociuus, meridionalis ſcilicet qui laxat corpora & reſoluit, & malas materias poris ingerit ad corporis magnum nocumentum & aliquando mortem, & qui ſequitur talem æſtum, mortem ſuam ſequitur, & venatur propter Aſſyrios, ergo dicit, ꝙ paſcit ventũ, propter

Ventum paſcere.

Ventus meridionalis corpori officit.

Aegyp-

A
Aegyptios aũt dicit, ꝙ ſequitur ęſtũ. Gene.31. Nocte ac die ęſtu vrgebar & gelu, fugiebatq́; ſomnus ab oculis meis. Et ſignat eos q pro labore terrenoꝝ om̃i vento fortunæ, & om̃i æſtu laboris ſe nõ timẽt exponere. Contra quod dicitur de ſanctis. Eſa.32. Erit vir ſicut qui abſconditur à vẽto & cælat ſe à tempeſtate. Quod aũt metaphorice dixit, explanat, ⌊tota die mendacium⌋ quãtum ad fœdus Aſſyrioꝝ, ⌊& vaſtitatẽ⌋ hoc eſt, cauſam vaſtitatis, ⌊multiplicat⌋ quantum ad fœdus Aegyptium, quod ſibi fuit cauſa vaſtitatis. Prouerb.10. Qui nititur mendacijs, hic paſcit ventos, idem ſequitur aues volantes. Eccleſiaſtici.34. Quaſi qui apprehendit vmbram & proſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia. Hoc etiam dicitur de his qui temporalia proſequuntur. Pſal.4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mẽdacium. Dicit em̃ Auguſtinus: Quòd temporalia omnia mentiuntur quæ promittunt. In quo aũt paſcat ventũ & æſtum ſequat̃, ſubdit ⌊Et fœdus cum Aſſyrijs inijt⌋ quod factum eſt. 4. Reg.14. ſub Manahen, ⌊& oleum in Aegyptum ferebat⌋ oleum puriſſimum in terra promiſſionis eſt, fęculentum aũt in Aegypto, & inter cætera munera quæ regi Aegypti mittebant, etiã oleum miſerũt. Et hoc eſt q̊d hic dicit, oleum in Aegyptũ ferebat. Eſa.31. Væ qui deſcendunt in Aegyptũ ad auxilium in equis ſperãtes. Moraliter aũt fœdus init cum Aſſyrijs ambitioſus in alto ſenſu ſemper ſtans. Iob.41. Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ, oleum fert in Aegyptum, qui ſecularibus blanditur in peccatis. Pſal.140. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Subinfert autem ꝙ de hoc vindicãdi ſunt. ⌊Iudicium ergo domini⌋ quo. ſ. conuinci debeat ad pœnam, ⌊cum Iuda⌋ hoc eſt, cum duabus
B tribubus, ideo. ſ. quia viſa captiuitate decẽ tribuum pro pc̃tõ non ſe correxit. Ezech.16. Iudicabo te iudicijs adulterarum & effundentium ſanguinem, ⌊& viſitatio⌋ per pœnã, ⌊ſuper Iacob⌋ hoc eſt, ſuper decem tribus. Exodi viceſimo: Viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. Pſal.88. Viſitabo in virga iniquitates eoꝝ, & in verberibus peccata eorum. Formam autem iudicij, ſubdit, ⌊iuxta vias eius⌋ Iacob. ſ. & Iudæ. Et vocat vias tritas à patribus quaſi hæreditaria pc̃tã, & ideo ſubdit, ⌊& iuxta adinuentiones eius⌋ quæ. ſ. de nouo inuenerunt, ⌊reddet ei⌋ Prouerb.1. Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuiſq́; conſilijs ſaturabuntur. Eſa.3. Væ animæ eoꝝ quoniam reddita ſunt eis mala. Matth.21. Malos male perdet. ¶ ⌊In vtero ſupplantauit⌋ Hic tria proponit dei beneficia, à quibus ille populus ſequens ventum ſemper ſe auertit. Primum, eſt beneficium confortationis contra fratrem. Secundum, eſt beneficiũ eductionis de Aegypto, & illuminationis prophetarum, ibi, Et ego dominus deus tuus. Tertium, eſt beneficium conſtructionis domus per vxores & diuitias, ibi, fugit Iacob in regionem Syriæ. In prima parte duo ſunt. ſ. beneficij deſcriptio & populi auerſio, ibi, Chanaan. In primo duo ſunt, & tertium quod eſt concluſio ex duobus, duo autem prima ſunt confortatio in vtero, & confortatio in via, quando fugit Laban auunculum. Dicit ergo, Iacob. ſ. ⌊in vtero ſupplantauit fratrẽ ſuum⌋. ſ. Eſau, & tangit hiſtoriam quæ continetur. Gene.25. vbi dicitur: Protinus alter egrediens. ſ. Iacob, plantam fratris tenebat manu, & idcirco vocauit eum Iacob. Sic enim tenens plantam immiſcuit ſe primogenituræ, quod non erat infantis, niſi virtute dei factũ fuiſſet. Gene.27. Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob, ſupplantauit enim me en altera vice, primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meã. Hoc ergo beneficium eſt, quo virtute dei
C & promiſſiones paternas & benedictiones hæreditauit, & ad filios tranſmiſit. Eſa.58. Suſtollã te ſup altitudinẽ terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Et ſubdit beneficiũ cõfortatiõis in via, ⌊& in fortitudine ſua directus eſt cum angelo⌋ ſeptuaginta. Sic & in labore ſuo ꝑualuit deo, & confortatus eſt cum angelo & potuit. Vnde ſenſus eſt, vt ſic ordinetur litera. In fortitudine ſua cum angelo, quàm habuit vel accepit, luctãs cum angelo directus eſt, hoc eſt, rectiſſimus factus eſt & rectitudinis nomen accepit. Et tangit hiſtoriam quæ continetur. Gene. triceſimoſecũdo, vbi dixit angelus cum quo luctabatur, nequaquam vltra vocaberis Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Iſrael em̃ vel directus vel rectiſſimus interpretatur, vt dicit Hieronymus, & inducit id q̊d eſt. Eſa.44. Et nũc audi Iacob ſerue meus, & rectiſſime quem elegi, ⌊& inualuit ad angelũ,⌋ hoc eſt, ad angelum complectens & ſtringẽs eum valitudinem diuinam accepit, cum eſſet timidus & imbecillis. Eſaiæ octauo: Dominum exercituũ ipſum ſanctificate ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter & erit vobis in ſanctificationem, hoc eſt, in confortationem & valetudinem, vnde angelus dixit: Si contra deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis, & hoc eſt q̊d ſequitur, ⌊& confortatus eſt.⌋ Eſa.40. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinẽ. Pſal.83. Ibunt de virtute in virtutem. 2. Reg.3. Dauid proficiens & ſemper ſe ipſo robuſtior. Qualiter autem inualuit, ſubdit, ⌊fleuit & rogauit eũ⌋ Lachrymis em̃, vt dicit Hieronymus, pupugit, deuotione orationis vinxit, & ſic lachrymis & oratione, quaſi duobus brachijs angelũ ſtrinxit. Eſa.38. Audiui orationem tuam, vidi lachrymas tuas. Hieremiæ triceſimoprimo: Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia eſt merces operi tuo. Tobiæ.12. Dixit angelus: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino. Et quàm paratus inuenitur angelus, ſubdit. Et tangit hiſtoriam quæ cõtinetur. Gene.28. Vbi cũ Iacob de domo patris recederet, & in quodã loco requieſcere vellet poſt ſolis occubitũ, cœlũ vidit apertũ, & ſcalã deſcendentẽ ad terrã

de cœ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de cœlo,& dominum innixum deſuper ſcalæ dicentẽ ſibi,noli timere Iacob ,terram in qua dor-
mis,dabo tibi & ſemini tuo. Et propter hoc locũ illum Bethel vocauit,qui prius Luza diceba- D
tur,Bethel enim domus dei interpretatur . ⌞In Bethel inuenit eum⌟ Primum.ſ.& innuit ꝙ oĩs
apparitio facta patribus,per angelos facta eſt.Heb.1. Multipharíæ multiſq; modis olim deus lo
quens patribus in prophetis,⌞& ibi loquutus eſt nobiſcũ⌟ nobiſcum deus loqtur quando bonũ
noſtrum loquitur.Oſee.2. Loquar ad cor eius. Hæc ſimul moralia ſunt. In lucta enim virtutis &
fletu compũctionis ,& oratione deuotionis angelos obtinemus. Hoc ſignatũ eſt Matth.4. Vbi
poſt luctam tentationis & victoriam,angeli acceſſerunt & dño miniſtrauerunt. Et Luc.22. Vbi
cum dñs in agonia prolixius oraret,apparuit angelus confortans eum,quod vt dicit Ambroſius,
non ad caput,ſed ad membra referendũ eſt. Quod autem hoc à filijs in memoria teneatur, oſtẽ-
dit,ſubdens,⌞& dñs deus exercituum⌟ hoc eſt,quod & dñs ſit & deus,& exercituũ dñs, qui ex-
ercitibus ſuis & impugnare & ſaluare poſſit,ſupple eſt,⌞memoriale eius.⌟ Vnde ſeptuaginta ſic
habent.⌞Dominus autem deus omnipotẽs erit memoriale eius⌟ quod eñ ſemper defenſorem
patrum ſe exhibuit & exercitus angelicos in defenſionem eoꝝ miſit , hoc debet eſſe memoriale
apud homines. Vnde Iacob angelos videns,dixit caſtra dei ſunt hæc. Gene.32. Sic angeli miſſi
ſunt ad Heliſæũ.4.Reg.6. Sic miſſi ſunt ſub Onia ad templũ defendendum.2.Mach.3. Sic miſſi
ſunt ad Iudam Machabęum inuulnerabilem cuſtodiendum.2.Machab.25. Propter hoc dicitur
Eſa.63. Miſerationum dñi recordabor,laudem dñi ſuper omnibus quę reddidit nobis dñs,& ſup
multitudinem bonoꝝ domus Iſrael quæ largitus eſt eis. Tantoꝝ eñ beneficioꝝ nemo debet eẽ E
immemor. Vnde ex his concludit, ⌞& tu⌟ ſupple ergo,⌞ad dñm deũ tuũ cõuerteris⌟ Iohelis.2.
Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Threñ.vltimo: Conuerte nos domine ad te & cõuer-
temur. Formam autem conuerſionis,ſubdit,⌞miſericordiam⌟ ad te.ſ.& proximũ,⌞& iudiciũ⌟
in agendis ſupple,⌞cuſtodi⌟ vt quid verum,quid falſum,quid bonũ,quid malum ſit , dijudices.
Pſal.100. Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Et ſubiungit de ordine ad deum,⌞&
ſpera in deo tuo ſemper⌟ non in Aſſyrio vel Aegyptio. In deo autem ſperare ,eſt ſperando in
eum bonis operibus tendere.Pſal.36. Spera in deo & fac bonitatẽ.Rom.5. Spes non confundit.
Heb.6. Fortiſſimum habeamus ſolatiũ,qui confugimus ad tenendã propoſitam ſpem,ſemꝑ aũt
dicit,quia ſicut dicit Gloſſa: Omnis laus in fine rei canitur. Matth.24. Qui perſeuerauerit vſque
in finem,hic ſaluus erit.¶⌞Chanaan⌟ Tangit hic populi ingrati tantis beneficijs auerſionẽ,&
dicit in contractibus iniuſtitiam,in violentijs calumniam ad proximũ,& impietatem in deum.
⌞Chanaan⌟ nominatiuus eſt abſolutus. Ponitur enim vt ſequens relatio locũ habeat. Et eſt ſen
ſus: Populus iſte nõ eſt de Iacob vel Iſrael,ſed eſt Chanaan de ſemine iniquitatis. Daniel.13. Se-
men Chanaan & non Iuda. Ezech.16. Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Vnde autẽ
hoc ſciatur,ſubdit & ſuppletur,quia ⌞in manu eius⌟ ſupple eſt,⌞ſtatera doloſa⌟ in omnibus cõ
tractibus ſtatera doloſa eſt quæ deprimitur ad leue & aſcendit ad graue in eo.ſ. qui ſemper ni-
titur decipere proximum. Deuter.25. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera maius & minus,
nec erit in domo tua modius maior & minor. Talis ſtatera eſt eorum, qui multum ponderant
temporalia & parum ſpiritualia. Prouer.11. Statera doloſa abominatio eſt apud deum,& põdus F
æquum volũtas eius,⌞calumniam dilexit⌟ in oppreſſione.ſ.paupeꝝ. Eſa.3. Quare atteritis po-
pulum meum & facies pauperum commolitis. Eſa.5. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus
ſuis,& iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Hæc clero conueniunt qui omnes cauſas per calumniã ad lu-
crum trahunt. Eſa. Væ qui condunt leges iniquas,& ſcribentes iniuſtitias ſcripſerũt vt opprime-
rent in iudicio pauperes & vim facerent cauſæ humilium populi mei, ⌞& dixit Ephraim⌟ Tã-
git corruptionem ordinis ad deum.⌞Dixit Ephraim⌟ in corde.ſ.⌞veruntamen diues effectus
ſum⌟ Pſal.52. Dixit inſipiens in corde ſuo nõ eſt deus. Hiero. Quaſi dicat, vndecũq; habeã,non
curo dũmodo habeã,putat enim ſe eſſe diuitem in idolo vel in delectabili quod conſequitur, q̃uis
decipiatur. Apoca.3. Dicis,quia diues ſum & nullius egeo,& neſcis quia miſer es & miſerabilis,&
cæcus & nudus & pauper,⌞inueni idolum mihi⌟ q̃d ſupple diuitias reputo. Hiere.17. Fecit diui-
tias & non in iudicio,⌞omnes labores mei⌟ quibus laboraui,⌞non inuenient mihi⌟ per inflictio
nem pęnę alicuius iudicis,⌞iniquitatem quam peccaui⌟ & eſt verbum deſperantis,qui prouidẽ-
tiam negat,& iudiciũ futuꝝ dicit. Ecci.5. Ne dixeris,quomodo potui? aut quis me ſubijciet pro-
pter facta mea,deus enim vindicans vindicabit. Et ibidem: Ne dixeris,peccaui, & quid mihi ac-
cidit triſte,altiſſimus eſt eñ patiens redditor. Eccles.5. Ne dederis os tuũ, vt peccare facias carnẽ
tuam,neq; dicas coram angelo,non eſt prouidentia,ne forte iratus dñs cõtra ſermones tuos diſ-
ſipet cuncta opera manuum tuarum.¶⌞Et ego dñs deus.⌟ Secunda propoſitio eſt pro dño in iu
dicio,& habet duas particulas. Primo eñ proponit pro dño. Secundo, contra populum,ibi, Si in
Galaad idolum. Pro domino proponit duo.ſ. beneficentiam in eccleſiis & in ſanctis,& certa reſ-
ponſa in dubijs,ibi,& loquutus ſum. Circa beneficentiam duo proponit,quorum primũ eſt argu
mentum ſecundi. Primum eſt eductio de terra Aegypti. Secundũ autem de terra Chaldæorum
reductio.⌞Et ego dominus⌟ ſupple ſum poteſtate,⌞deus⌟ prouidentia,⌞tuus⌟,beneficijs,⌞de
terra

Angeli oratione & lachrymis demulcentur

Beneficia dei perpetuo recordanda

Prouidentia dei non neganda.

A terra Aegypti,⌋hoc eſt,qui eduxi te de terra Aegypti. Mich.6. Memento ꝙ eduxerim te de ter
ra Aegypti & miſerim ante faciem tuã Moyſen & Aaron & Mariam. Hæc autem eductio(ſicut
ſæpe dictũ eſt)eductionẽ ſignat de peccatis. Eſa.63. Sic adduxiſti populũ tuum vt faceres tibi no
« mẽ gloriæ. Et ex præterito ſubinfert ſpem futuri,⌊adhuc⌋ ſupple ſi pœnitueris,iterũ ⌊ſedere te
« faciam,⌋celebrando feſtũ ⌊in tabernaculis,⌋vt.ſ.iteratum feſtũ tabernaculoꝝ celebres pro re-
« ductione de captiuitate,ſicut celebraſti pro eductione de Aegypto. Et hoc eſt ꝙd ſequitur,⌊ſi-
« cut in diebus feſtiuitatis,⌋ſcenophegiæ.ſ.qñ celebraſti feſtũ eductionis de Aegypto. Iſte ſenſus
iuuatur ex eo quod dicitur Hiere.23. Ecce dies veniunt dicit dñs,& non dicent vltra,viuit dñs qui
eduxit filios Iſrael de terra Aegypti,ſed viuit dñs qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſrael de ter
ra aquilonis & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Sicut aũt eductio de Aegypto ſignat
eductionem de peccato,in qua cantat̃ canticum ſubmerſionis Aegyptioꝝ. Exo.15. Cantemus
dño,glorioſe eñ magnificatus eſt. Ita per eductionẽ de Chaldæa ſignatur eductio de tentationi
bus per profectũ virtutum,in quo cantatur canticũ graduũ,quod quindecim gradibus determi-
natur,in pſal.137. Cantent in viȷs domini,qm̃ magna eſt gloria dñi. Mich.7. Secundũ dies egreſ
ſionis tuæ de terra Aegypti oſtendã ei mirabilia. Et ſubiungit de ſecunda beneficentia ex parte
« dei.ſ.ꝙ eis dedit etiam reſponſa in dubiȷs.⌊Et loquutus ſum ſup prophetas,⌋ſupereminentiam
notat ſpũs illuminantis prophetas. Eſa.61. Spiritus dñi ſuper me. Actoꝝ.1. Accipietis virtutem
ſuperuenientis ſpũs ſancti in vos. Spiritus eñ ſuperior intra ſe continet ſpiritum humanũ,vt er-
« rare non poſſit,nec vno modo loquutus ſum,ſed⌊& ego viſionẽ multiplicaui,⌋vt.ſ.modo ſen
ſibili,modo imaginabili,modo intellectuali in viſione loquerer. Pſal.88. Tunc loquutus es in vi-
B ſione ſanctis tuis. Eſa.28. In aliȷs linguis & in aliȷs labiȷs loquar populo huic,& nec ſic audient me
dicit dominus. Hebræo.1. Multifarie multiſq; modis olim loquens deus patribus in prophetis,
« ⌊&⌋quod plus eſt,⌊in manu,⌋hoc eſt,in opere ⌊prophetaꝝ aſſimilatus ſum,⌋ vt operibus in
telligerent quod verbis audire noluerunt. Sicut quod Moyſes extenſis brachiȷs in modum crucis
ſtetit contra Amalech, Exodi.17. Sicut Eſaias nudus iuit & diſcalciatus tribus diebus, Eſaiæ.19.
Sicut ꝙ Hieremias Calathis ficuum futura præfigurauit, Hieremiæ.24.& Ezechiel vaſis tranſ-
migrationis, Ezechie.12. Et Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti fuit, Ionæ.2.
Sufficientia ergo erat in domino ad omnia hęc quæ à deo requiruntur. Beneficium eñ fuit in in-
digentiȷs & reſponſa in dubiȷs,& ex hoc infert ꝙ fruſtra errabant in idolis,quæ neutrum hoꝝ fa-
« cere poſſunt,⌊Si in Galaad idolum,⌋ſupple eſt,⌊ergo fruſtra erant,⌋ & hic eſt punctuatio. Hie
ronymus:Hæc eñ efficaciter in deo,& inaniter in idolis requiruntur. Eſaiæ.8. Cum dixerint ad
vos,Quærite à phytonibus & à diuinis q ſtridẽt in incantationibus ſuis,nunquid non populus à
deo ſuo requiret viſionem pro viuis ac mortuis. Galaad eñ ciuitas eſt vltra Iordanem,in ſortibꝰ
Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manaſſe,vbi Laban comprehẽdit Iacob, Gene.32. Et propter
hoc locus venerabilis habebatur,& ideo ibi idolum erat quod venerabãtur decem tribus. Oſee.6
« Galaad operantium idolum ſupplantata ſanguine. In hoc idolo fruſtra erant,⌊in Galgal bobus
« immolantes,⌋Galgal ſiue Galgala,ciuitas eſt duaꝝ tribuum iuxta Bethel,vbi etiam fuit idolum
quod duæ tribus venerabantur,quod etiam fruſtra fuit,cũ deus nec deeſſet in beneficiȷs, nec de-
eſſet in reſponſis. Deute.4. Non eſt alia gens tam grandis quæ habeat deos appropinquantes ſi-
C bi,ſicut dominus deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Oſee.9. Omnes nequitiæ eo
rum in Galgal,quia ibi exoſos habui eos,propter malitiam adinuentionem eoꝝ,& dicit bobus
in deriſionem & in ſignũ concupiſcentiæ. Bouem eñ pro tauro ponit,qui laſciuus eſt. Vnde pro
uerbioꝝ.7. vbi de meretrice loquitur,ſubiungit, Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victi-
mam,& quaſi agnus laſciuiens. Hanc literam Haymo aliter punctuat,& legit ſic,⌊Si,⌋hoc eſt,&
« ſi ⌊in Galaad,⌋hoc eſt,in decem tribubus,⌊eſt idolum,⌋propter hoc.ſ.ꝙ nec templũ nec pro-
« phetas nec ſacerdotes habuerunt,& legit tamen pro ergo ſic,⌊tamen fruſtra erãt in Galgal,⌋
« hoc eſt,in duabus tribubus,⌊bobus immolantes,⌋ Ibi eñ erant ſacerdotes & templum & pro-
« phetæ,Sed ne negare poſſint,conuincit ſubdẽs,⌊nam & altaria eoꝝ,⌋decem & duaꝝ tribuum
« apparent,⌊quaſi acerui,⌋hoc eſt,tumuli arenarum vel lapidum,⌊ſuper ſulcos agri,⌋Septuagin
ta,ſuper deſertũ campi. Et tangit ꝙ hoſtibus venientibus,villis & campis deſertis,templa idolo
rum fracta ſunt,& tumuli ruinarum ſuper campum deſertum apparuerũt. Matth.24. Non relin
« quetur lapis ſuper lapidem qui nõ deſtruat̃. ¶⌊Fugit Iacob.⌋ Adhuc tertio proponit in iudicio
bñficia q̃ patri fecit in conſtructione domus,& filiȷs in illuminatione prophetæ,& ex oppoſito
« auerſione ingrati populi,⌊Fugit Iacob in regionem Syriæ,⌋quòd fugit,erat metus ratione fra-
tris ſui,qui dixit, Gene.27. Venient dies luctus patris mei & interficiam Iacob fratrem meum,ꝙ
autem in Syriam fugit,conſilium fuit matris,quæ voluit vt de filiabus Heth vxorem duceret,ſi-
cut ibidem dicitur cap.28. Noli accipere coniugem de genere Chanaan,ſed vade & proficiſcere
in Meſopotamiã Syriæ ad domũ Bathuel patrẽ matris tuæ,& accipe tibi inde vxorẽ de filiabꝰ
« Laban auunculi tui,& hoc tangit hic,⌊& ſeruiuit Iſrael,⌋Laban.ſ.auunculo ſuo,⌊in vxorem⌋
« habendam. Gene.29. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis,⌊& in vxorem ſer-
E uiuit,⌋

Chriſtus in prophetis adumbratus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſeruiuit,⌋Lyam.ſ.alijs ſeptem annis,vt ibidem dicitur. Et ſic deus ordinatione vxorum & procreatio D
ne filiorum & multiplicatione poſſeſſionũ domum conſtruxit Iacob. Ruth.4. Faciat dñs hanc mu
lierem quæ ingreditur domũ tuam ſicut Rachel & Lyam, quæ ædificauerunt domũ Iſrael, vt ſit
exemplũ virtutis in Ephrata. Signat autem hoc in ſpũalibus fugam à ſeculari cõuerſatione in re-
gionem Syriæ, quæ ſublimis interpretatur, hoc eſt, in ſublimitatem pœnitentiæ vel religionis.
Hiere.48. Eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. Et ſubdit de illuminatione
prophetæ.⌊In propheta aũt,⌋Moyſe.ſ.& Aaron & Maria & alijs ſeptuagintaduobus, qui(Nu
me.11.)prophetabãt,⌊eduxit dñs Iſrael de Aegypto,⌋ne.ſ.incertas promiſſiones ſequerentur,
1.Pet.3. Non indoctas fabulas ſequuti annuntiamus vobis dñi noſtri Ieſu Chriſti virtutem,⌊&
in propheta ſeruatus eſt,⌋hoc eſt, in ſucceſſione prophetali, ita quod doctor iuſtitiæ nunquã defuit,
Ecci.24. Adhuc doctrinã quaſi prophetiam effundã, & relinquam illã quærentibus ſapientiã &
nõ deficiam in progenies eorum vſque in æuum ſanctũ. Et ſubiungit de auerſione populi à tantis be
neficijs, & ſupplet, & tamen ⌊ad iracundiam me prouocauit Ephraim,⌋hoc eſt, regnũ decẽ tri-
buum, vel in mundo fructificãtes. Eſa.30. Terrorẽ brachij ſui oſtendet in cõminatione furoris &
flamma ignis deuorãtis,⌊in amaritudinibus ſuis,⌋hoc eſt, pctĩs, quæ me pium & dulcẽ ad ama-
ritudinem prouocant. Hiere.2. Quomodo cõuerſa es in prauũ vinea aliena? Deut.32. Fel draco
num vinum eorum. Ex omni iſta diſputatione triplici quæ propoſita eſt, infert ſentẽtiam,⌊&⌋ſup
ple ideo ⌊ſanguis eius,⌋hoc eſt, cauſa ſanguinis ſiue mortis,⌊ſup eũ veniet,⌋ipſe eñi per pecca-
tum ſibi cauſa mortis eſt.2.Reg.1. Sanguis tuus ſup caput tuum, os eñi tuũ loquutũ eſt aduerſum E
te,⌊& opprobrium eius reſtituet ei dñs deus ſuus,⌋Opprobrium vocat probroſum peccatũ, quod
reſtituitur, quãdo cõgrue punitur. Deut.25. Pro menſura peccati erit & plagarum modus. Eſa.27.
In menſura contra menſuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. Eſa.3. Væ impio in malum, retri
butio eñi manuum eius fiet ei.

*Pœna correſpondet culpæ.*

¶In capitulum decimumtertium enarratio.

LOquente Ephraim,⌋Secundum ſuperius inductam diuiſionem duo intendit hic
propheta, peccati.ſ.& vanitatis accumulationẽ & condemnationem, & prophe-
tæ contriſtationem, ibi, De manu mortis liberabo eos. In prima parte duo ſunt,
peccati accumulatio, & peccati accumulati colligatio ad condemnãdum, ibi, Col
ligata eſt iniquitas. In prima adhuc duo ſunt.ſ. accumulatio idololatriæ & accumu
latio ingratitudinis, ibi, Ego autem dñs deus tuus. In primo quatuor ſunt.ſ. pec-
cati principium, peccati additamẽtum, & quod ſit irrationabile peccatũ, & qualiter ſit puniendũ. Di
cit ergo.⌊Loquente Ephraim,⌋rege.ſ. decem tribuũ Hieroboam, qui fuit de Ephraim, & intel-
ligit, loquente, hoc eſt, pcipiente. Ezech.34. Cum auſteritate & potentia imperabatis eis, & diſ-
perſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor,⌊horror inuaſit Iſrael,⌋hoc eſt, horrendum pecca-
tũ idololatriæ. Iob.4. Cum ſpũs me pſente tranſiret, inhorruerũt pili carnis meæ. Ecci.27. Lo-
quela multũ iurans, horripilationẽ capiti ſtatuet, auſtera eñi pcipientes multũ iurare conſueue-
runt,⌊& deliquit in Baal,⌋qui vel ſuperior vel deuorator interpretaẽ, Maxime eñi hoc cõpetit
libidinoſis & ambitioſis,⌊& mortuus eſt,⌋hoc eſt, cauſam mortis accepit. Gene.2. Quacunque
die comederitis ex eo, morte moriemini. Hoc ſub eodem ſenſu ad platos refertur, qui Ephraim
ſunt propter temporaliũ fructificationem, & verbo & opere loquunẽ ad populi ſubuerſionem,
1.ad Corin.15. Corrumpũt mores bonos colloquia mala. Pſal.49. Os tuũ abundauit malitia, & F
lingua tua cõcinnabat dolos. Et ſic horrendũ peccatũ inuadit ſubditos. Eſa.21. Corrui cũ audirẽ,
cõturbatus ſum cũ viderẽ, emarcuit cor meũ, tenebræ ſtupefecerunt me,⌊& deliquit in Baal,⌋
hoc eſt, p luxuriã & auaritiam & ſuperbiã. Baal eñi, vt ſuperior ſuperbiã, vt vero deuorator aua-
ritiam, & quia colebaẽ per libidinẽ, luxuriam ſignat. Colebaẽ eñi in idolo Phegor.1.Iohã.5. Om
ne quod eſt in mũdo, aut eſt cõcupiſcẽtia carnis aut concupiſcentia oculorum aut ſuperbia vitæ, &
ſic moritur populus, ſicut ſupra.9. dictũ eſt, Ephraim ducet ad interfectorẽ filios ſuos. Et ſubdit
de additamẽto peccati,⌊& nunc addiderũt ad peccandũ,⌋per nouas.ſ. inuentiones idolorum.
Pſal.68. Appone iniquitatem ſup iniquitatẽ eorum. In quo aũt addiderint, ſubdit,⌊Fecerũt ſibi cõ
flatile⌋.ſ. vitulum,⌊de argento ſuo,⌋hoc eſt, de ptioſiſſimis quæ habebãt. Oſee.2. Ego argentũ &
aurũ multiplicaui eis quæ fecerunt Baal,⌊quaſi ſimilitudinem idolorum,⌋quaſi dicit, quia non erat
vera ſimilitudo, quia ad id quod nihil eſt nõ poteſt eſſe ſimilitudo.1.Corin.8. Scimus quia idolum
nihil eſt in mundo. Iſtud moraliter refertur ad eos qui noua peccata veteribus addunt. Eſaiæ.30
Vt adderetis peccatũ ſuper peccatũ, qui ambulatis vt deſcendatis in Aegyptũ. Ambulat eñi in
Aegyptũ qui ſemp proficit in pctĩs, Hi faciũt cõflatile, deſiderijs eñi & ſtudijs delectabilia cõflant
ſibi, & de argẽto faciũt, qa eloquia ad hoc cõponũt. Iudic.17. Cõſecraui & voui argẽtũ hoc dño,
vt de manu mea ſuſcipiat filius meus & faciat ſculptile atque cõflatile. Dicit aũt quaſi ſimilitudinẽ, qa
quicquid in vita diligiẽ, potius vmbra quam veritas eſt. Iudic.9. Vmbras montiũ vides, & hoc erro-
re deciperis, & ſubdit de peccati irrationabilitate⌊Factura artificũ totũ eſt,⌋artifex aũt non põt
dare ſubſtãtiam. Sap.13. Infelices aũt ſunt & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellauerunt deos

*Pctã noua veteribus nõ addẽda*

opera

A opera manuum hominũ,aurũ & argentũ artis inuentionẽ.⌊His⌋idolis.ſ.⌊ipſi⌋ principes & ſa
cerdotes ⌊dicunt,⌋hoc eſt,ꝑcipiunt,⌊Immolate,⌋ cũ inutile ſit talibus immolare.Sap.13.Non
erubeſcit loqui cũ illo q ſine anima eſt,& pro ſanitate quidem infirmũ deprecat̃,& pro vita rogat
mortẽ,& in adiutorium mutilẽ inuocat.Et ſubdit,⌊homines vitulos adorantes,⌋Gloſſa vult,ꝙ
homines poſſit eſſe vocatiui vel nominatiui caſus,Si eſt vocatiui caſus,refert̃ ad ꝓcedens,& eſt
ſenſus,ꝙ ſacerdotes dicũt,ô homines immolate vitulis.Si nominatiui eſt,refertur ad ſequens ſub
hoc ſenſu,Cũ ſint homines,ſunt adorãtes vitulos,Depoſita em̃ ratione,magis bruti q̃ etiam ipſi
vituli efficiuntur.Eſaiæ.44.Obliti ſunt ne videant oculi eoꝝ,& ne intelligant corde ſuo, non re
cogitant in mente ſua nec cognoſcunt nec ſentiunt,vt dicant,medietatem eius combuſſi igne,&
coxi ſuper carbones eius panes,& coxi carnes & comedi,& de reliquo eius idolum faciam,ante
truncum ligni procidam. Pſal.84.Homo cũ in honore eſſet,non intellexit,comparatus eſt iumẽ
tis inſipientibus.Hæc eadem dicuntur de prælato qui ſit ab hominibus & nõ ex deo.Zach.11.O
paſtor & idolũ derelinquẽs gregẽ.Hic em̃ in figura vituli ad libidines & laſciuiam populi vel au
gẽdã vel diſſimulãdã formatus eſt.Pſal.105.Mutauerũt gloriã ſuã in ſimilitudinẽ vituli.Hic em̃
nihil venerabile habet, niſi pompã ſeculi.Propter quod laudat̃ Mardochæus, Heſter.4.ꝙ talẽ
adorare noluit,ne honorem diuinũ impenderet illi,quem deus non conſtituerat.Subdit autẽ de
pœna per quatuor comparationes comprehendens eam,& eſt cõmunis expoſitio ad literam &
ad mores.Primo ponit comparationem vitæ,dicens.⌊Idcirco erũt quaſi nubes matutina.⌋Nu
bes matutina vapor eſt frigiditate noctis compreſſus,& radijs ſolis incontinẽti diſſolutus,& ita
eſt de vita præſenti,quæ radijs ſolis iuſtitiæ quãdo iudicium demonſtrat,ſtatim diſſoluitur.Iaco
B bi.4.Quæ eſt em̃ vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens,& deinceps exterminabit̃.Iudas in
epiſtola:Hi ſunt nubes ſine aqua quæ à ventis circũferuntur.Et ſubdit de profectu vitæ & proſ-
peritate,⌊& ſicut ros matutinus ꝑteriens.⌋Ros em̃ fecundat ſicut proſperitas,ſed ſicut ros ma-
ne,ſole ſtatim exiccatur,ita proſperitas ſtultoꝝ tacta luce iuſtitiæ dei in nihilũ redigit̃.Prouer.1.
Auerſio paruuloꝝ interficiet eos & proſperitas ſtultoꝝ perdet illos.Oſee.6.Miſericordia veſtra
quaſi nubes matutina & q̃ſi ros mane pertranſiẽs.Ecci.43.Obuiãs ros ab ardore venienti humilẽ
efficiet eũ.Et ſubdit de corpe.⌊Sicut puluis turbine raptus ex area,⌋in area em̃ vt ſeges contrita
eſt,& triturata multus cõſueuit eſſe puluis,qui turbine primo inuolutus & eleuatus diſſipat̃,ita &
homo poſt ſemina & labores huius vitæ in puluerem reuertitur & diſſipat̃,corpus em̃ nõ eſt niſi
puluis compactus & in pelle vna cõglutinatus.Iob.10.Ecce nũc in puluere ſedeo,& ſi mane me
quæſieris,nõ ſubſiſtam.1.Mach.2.Hodie extollitur,& cras nõ inuenietur,quia cõuerſus eſt in ter
ram ſuã,& cogitatio eius perijt.Pſal.145.Exibit ſpũs & reuertetur in terrã ſuam,ſupple corpus,
in illa die peribunt.Et ſubdit de cõparatione ſpũs qui vehiculum eſt vitæ & virtutis,qui in fumũ
reſoluitur,⌊ſicut fumus de fumario⌋raptus.Fumarium vocat,vt dicit Hieroñ.catharactam ſiue
foramen muri per q̃d egreditur fumus.Sap.2.Spũs diffundetur tanquã mollis aer,& tranſibit vi
ta noſtra tanq̃ veſtigium nubis.De hoc ſic in moralibus dicit Gregorius:Carnalis gloria dum ni
tet,cadit,& dũ apud ſe extollitur,repentino intercepto fine terminat̃.Sic nanq; auraꝝ flatu in al
tum ſtipula rapitur,ſed ad ima caſu concito reuocatur.Sic ad nubila fumus extollitur,ſed repente
annihilatur,& intumeſcendo diſſipatur.Sic ab infimis nebula aſcendendo ſe erigit,ſed exortus
hanc ſolis radius ac ſi non fuit abſtergit.Sic in herbaꝝ ſuperficie nocturni roris humor ſpargitur
C ſed diuini luminis ſubito calore ſiccatur.Sic ſpumoſæ aquarum bullæ inchoantibus pluuijs excita
tæ ab infimis certatim prodeunt,ſed eo celerius diruptæ,depereunt quo inflatæ altius extendun-
tur,cumq; excreſcunt vt appareant,creſcendo peragũt vt nõ ſubſiſtant.¶⌊Ego autẽ domin⁹⌋
Tangit hic ingratitudinis accumulationem,& tangit tria,ex quibus concludit propoſitum,& il-
lud eſt quartum.Primum eſt,propoſitio beneficiorum domini.Secundum, auerſio ingrati po-
puli.Tertium,pœna qua ſunt feriendi. Ex his concludit,ꝙ non niſi in deo eſt ſalus populi.De
primo dicit,⌊Ego autem⌋ cum idolum nihil ſit,⌊dominus deus⌋ ſum.ſ.per naturæ veritatem
& omnium ſuppoſitionem,⌊tuus⌋ autem per beneficiorum collationem.1.ad Corinth.8.Et ſi
ſunt qui dicantur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra,ſiquidem ſunt dij multi & domini multi,nobis ta-
men vnus deus pater,ex quo omnia,⌊de terra Aegypti,⌋hoc eſt,diuinitatis meæ potentiã oſtẽ
di,in eductione de terra Aegypti & literaliter & ſpiritualiter.Exodi.20. Ego ſum dominus de-
us tuus qui eduxi te de terra Aegypti,de domo ſeruitutis,hoc em̃ quotidie facit de peccatis edu-
cendo,⌊& deum abſq; me neſcies,⌋hoc eſt,deum qui abſq; me eſt,mei.ſ.nihil habens,neſcies ꝑ
approbationem.Exodi.20.Non habebis deos alienos coram me,hoc em̃ non implet fornica-
tor qui deam habet Venerem,nec auarus qui nummũ adorat.Ephe.5.Nec ſuperbus qui in ex-
celſis ſacrificat.Et ſubdit.⌊Et ſaluator nõ eſt præter me,⌋Virtus em̃ ſaluandi non eſt niſi in ip-
ſo.Eſaiæ.45.Nunquid non ego dominus,& non eſt vltra me deus,abſq; me non eſt deus iuſtus,
& ſaluans nõ eſt præter me.Et ſubdit de beneficijs præſtitis in deſerto,⌊ego cognoui te in de-
ſerto,⌋notitia.ſ.dilectiõis,electionis & beneficiorum.Exo.33.Inueniſti gratiam corã me & te-
ipſum noui ex noie,2.ad Timoth,2,Nouit dñs qui ſunt eius,In deſerto aũt dicit,propter priua-

Nubes matutina.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tionem cultus,vbi nullus potuit ſubuenire,niſi deus,⌊in terra ſolitudinis,⌋vt etiã potentiam ad D
cultũ auferat.Solitudo em̃ eſt terra quę coli nõ poteſt propter malitiam.Deut.32.Inuenit eum in
terra deſerta in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis.Quod ſignat deſertũ in quo inuenit peccator,
vbi nec angeli nec ſancti habitant.Signum aũt huius notitiæ ſupponit ex verbo prophetæ,⌊iu-
xta paſcua ſua,⌋& eſt ac ſi aliquis quæreret,in quo populũ nouit deus,& reſpondet propheta,iu
xta paſcua ſua.Deut.8.Afflixit te penuria & dedit tibi cibũ manna,quod ignorabas tu & patres
tui,vt oſtenderet tibi,ꝙ nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo quod egredit̃ de ore dñi.
Pluit em̃ illis manna & coturnices,Exodi.16.& dedit carnes vt egrederent̃ per nares.Nume.11.
Aquã quoq; de petra eduxit,cuius dulcedo melli cõparatur,quæ cõtinue ſequebatur populũ per
deſertũ,Nume.20.Pſal.64.Paraſti cibum illoꝝ,quoniam ita eſt p̃paratio eius.Sap.16.Subſtan
tiam tuã & dulcedinẽ tuam quã in filios habes oſtẽdebas,& voluntati vniuſcuiuſq; deſeruiens,ad
quod quiſq; volebat cõuertebat̃,cibus.ſ.quẽ eis dediſti,⌊& adimpleti ſunt,⌋Tangit hic populi
auerſionẽ,ꝙ ſuper impletionẽ impleti,diuitijs.ſ.& delitijs & honoribus,⌊Et ſaturati,eleuauerũt
cor ſuũ,⌋difficile em̃ eſt diuitijs adimpletũ cor non eleuari.Ezech.28.Leuatũ eſt cor tuum in de
core tuo.Hiere.5.Magnificati ſunt & ditati,incraſſati & impinguati & p̃terierunt ſermones me-
os peſſime.Hierõ.inducit hoc Deut.32.Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit,incraſſatus,im-
pinguatus,dilatatus,⌊& obliti ſunt mei.⌋ꝙ.ſ.me præ oculis nõ habuerunt.Hiere.2.Populus me
us oblitus eſt mei diebus innumeris.Eſa.57.Mentita es & mei nõ eſt recordata.Subdit autẽ de
pœna qua ſunt puniendi,& ponit ſimilitudines in crudelitate punientis.⌊Et ero eis quaſi leæna⌋
quæ ſæuior leone eſſe dicitur.Gene.49.Requieſcens accubuiſti vt leo & quaſi leæna.Quis ſuſci-
tabit eum? Nume.23.Vt leæna cõſurget,& quaſi leo erigetur,nõ accubabit donec deuoret p̃dam E
& ſanguinem occiſoꝝ bibat.Et hoc eſt dictum propter ſæuitiam,⌊ſicut pardus in via Aſſyrio-
rum,⌋ſupple occurram eis,& ſicut dixit leæna propter ſæuitiam,ita dicit pardus propter veloci
tatem ne effugiant.Abacuc.1.Leuiores pardis equi eius,& tunc(ſicut dicit Amos.2.)peribit fu-
ga à veloce.Hiere.5.Percuſſit eos leo de ſylua,lupus ad veſperam vaſtauit eos,pardus vigilans ſu
per ciuitates eorum.Dicit autem,in via Aſſyrioꝝ,quia ſemper ad Aſſyrios fugere cogitabãt.Hie
remiæ.2.Quid tibi cum via Aſſyrioꝝ,vt bibas aquam fluminis? ſic etiam ſeculares confugiunt
ſemper ad altũ ſenſum,⌊occurram eis quaſi vrſa raptis catulis,⌋de qua dicit Hierõ.quod q̃ ſcri
bunt de naturis animalium dicunt,ꝙ nihil ita ſæuit ſicut vrſa,raptis catulis,& in illa ſæuitia & fe-
ritate dicit,ꝙ occurrat per regem Aſſyrioꝝ,vel ſpiritualiter per diabolũ.Prouer.28.Leo rugiẽs
& vrſus eſuriens,princeps impius ſuper populũ pauperem.Dicit autem, raptis catulis, quia pri-
mo negantes tributum quaſi catulos rapuerunt,& per hoc aduerſarios concitauerunt ad ſæuitiã.
2.Reg.17.Tu noſti patrem tuũ & viros qui cum eo ſunt eſſe fortiſſimos,quaſi ſi vrſa raptis catu-
lis in ſaltu ſæuiat.Hanc ſæuitiam exaggerat Salomon prouerb.17.Expedit magis vrſæ occurrere
raptis fœtibus,q̃ fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua,⌊& dirumpam interiora iecoris eoꝝ,⌋hoc
eſt,vitalia eoꝝ,vel ea quæ amant,quia cogit amare iecur,ſeparabuntur em̃ à peccatore omnia de
lectabilia ſua.Oſee.2.Comedet eã beſtia agri,⌊& cõſumam eos ibi,⌋in pœnis.ſ.& modũ tan-
git qñ dicit,⌊quaſi leo.⌋Deut.32.Dixi,vbinam ſunt,ceſſare faciã ex hominibus memoriã eorũ.
Eſa.38.Quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea,⌊beſtia agri ſcindet eos,⌋beſtia quaſi vaſtia dici-
tur,& ſignat crudelitatem,vel Romanoꝝ vel dæmonum.Gene.37.Fera peſſima comedit eum,
beſtia deuorauit Ioſeph.Ex his cõcludit propoſitũ,ſubdens.⌊Perditio tua Iſrael,⌋hoc eſt,ò Iſra F
el,tu ipſe es cauſa perditiõis tuæ,qui ſemper à me,qui ſum vita tua,auerſus es.Pſal.30.Factus ſum
tanquã vas perditum,⌊tantummodo in me auxilium tuum,⌋qui ſemper cogitaui de ſalute tua.
Eſa.51.Dñs deus auxiliator meus,& ideo nõ ſum confuſus.Pſal.120.Auxilium meũ à dño,qui fe-
cit cœlum & terram.Et excludit p̃ſumptionem falſi auxilij,ſubdens,⌊vbi eſt rex tuus?⌋in quo
.ſ.auxilium p̃ſumpſiſti.Rex em̃ ſaluare non poterit.1.Regũ.8.Non exaudiet vos dñs in die illa,
quia petiſtis vobis regẽ.Humana em̃ virtus ſaluare nõ poterit,⌊maxime nũc ſaluet te,⌋tẽpore
.ſ.neceſſitatis,tunc em̃ debet ſuccurrere rex & amicus.Ecci.6.In neceſſitate probatur amicus,⌊in
omnibus vrbibus tuis,⌋hoc eſt,munitionibus,quæ iam omnes expugnãtur vel ꝑ diabolũ vel ꝑ
mortem vel per tyrãnum exteriorẽ.Eſaiæ.36.Aſcendit Sennacherib rex Aſſyrioꝝ ſuper omnes
ciuitates munitas & cæpit eas,⌊& iudices tui⌋vbi ſunt,hoc eſt,principes qui te iudicant,qui mo
do.ſ.ſubuenire non poſſunt.Deut.32.Surgant & opitulentur vobis & in neceſſitate vos prote-
gant,⌊de quibus dixiſti,⌋per Samuelem ſcilicet.1.Regum.8.⌊Da mihi regem & principes,⌋
Sic em̃ dixerunt,Rex erit ſuper nos,& erimus nos quoq; ſicut omnes gentes,& iudicabit nos rex
noſter,& egredietur ante nos & pugnabit bella noſtra pro nobis.Et ſupple tunc reſpondi per Sa
muelem.⌊Dabo tibi regem in furore meo,⌋qui.ſ.te præmat,& non defendat,⌊& auferã⌋
hunc regem ⌊in indignatione mea,⌋quia.ſ.in Amalech debite non vindicauit.In ſignum autẽ
huius,vt dicit Hieronymus,mugire fecit tonitrua & deſcendere pluuias in die meſſis,quod incon
ſuetum eſt in Paleſtina.1.Regum.12.Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? Inuocabo dominum
& dabit voces & pluuias,& ſcietis & videbitis,quia grande feceritis vobis malum in conſpectu
dñi

Mãna vniuſcuiuſque parebat deſiderio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A domini,petentes ſuper vos regem. Similiter etiam peccant,qui petunt ſibi prælatos non ex im-
perio domini,ſub quibus ſuas habeant libertates.2.ad Timoth.4. Erit tempus quum ſanam do-
ctrinam non ſuſtinebunt,ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus,&
à veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur.¶⌊Colligata eſt.⌋ Tangit
hic de cõgregatione iniquitatis ad pœnæ cõdemnationem,⌊Colligata eſt iniquitas Ephraim⌋
& dicitur,colligata, quaſi ſimul in ſacculo ligata,in quo ſcilicet ad iudicium reſeruatur,& hic ſac-
culus eſt in diuina ſcientia noſtrorum peccatorum memoria,& colligatio eſt non interrupta pec
catorum noſtrorum reminiſcentia,& peccatorum accumulatio.Iob.14. Tu quidem greſſus me-
os dinumeraſti,ſed parce peccatis meis. Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea,ſed curaſti iniquita
tem meam. Et ſic id quod ſequitur,expoſitio eſt præcedentis,⌊abſconditum eſt peccatũ eius,⌋
hoc eſt,in abſcondito reſeruatum,vel dicatur ꝙ abſconditum eſt,eo ꝙ per confeſſionem non eſt
reuelatum ad pœnitẽtiam.Iob.31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meũ,& cælaui in ſinu meo
iniquitatem meam,quaſi dicat,male mihi accidit. Et hæc expoſitio communis eſt ad literalem &
moralẽ. Ecõuerſo,de cõfitentibus dicitur,Pſal.31. Dixi,cõfitebor,& tu remiſiſti. Eſaiæ.53. Narra
ſi quid habes,vt iuſtificeris. Qui autem abſcondit ſcelera,non dirigetur,& ideo punitur. Et hoc
eſt quod ſequitur,⌊Dolores parturientis venient ei,⌋ Dolores parturiẽtis ſunt,quando id quod
cum delectatione conceptum eſt,prodit ad lucem & artat vterum & torquet dolore ſcindẽte eã,
quæ concepit. Eſaiæ.59. Conceperunt laborem & pepererunt iniquitatem. Pſal.7. Concepit do
lorem & peperit iniquitatem.1. Theſſ.5. Cum dixerint pax & ſecuritas,tunc repentinus eis ſup-
ueniet interitus,tanquam dolor in vtero habentis. Eſaiæ.37. Dies tribulationis & anguſtiæ,cor-
B reptionis & blaſphemiæ,dies hæc,quia venerunt filij vſq; ad partum & non eſt virtus pariendi.
Quòd aũt cauſa doloris iſtius in ipſo ſit,ſubdit,& ſuppletur,quia ⌊ipſe filius non ſapiens,⌋ qui.ſ.
pericula futura ſapienter præuideat & corrigat per pœnitentiam quod deliquit. Oſee.4. Popu-
lus non intelligens vapulabit. Eſaiæ.5. Idcirco captiuus ductus eſt populus meus, quia non ha-
buit ſcientiam,& probat hoc per ſignum,ſubdens.⌊Nunc eñ,⌋ in proxima ſcilicet tribulatione
captiuitatis ⌊non ſtabit,⌋ ſed cadet ⌊in contritione filioꝝ,⌋ quando.ſ.filij eius conterent,vel fi-
lij mei de duabus tribubus. Si eñ duabus tribubus quæ templum nõ abiecerũt non pepercit,tunc
nullo modo parcet illis qui templũ abiecerũt. Hier.45. Ecce quos ædificaui,ego deſtruo,& quos
plantaui,ego euello,& vniuerſam terrã hanc & tu quæris tibi grandia? Noli quęrere,ecce ego ad
ducam malũ ſuper omnẽ carnem. Lucæ.23. Si in viridi hoc faciũt,in arido quid fiet? ¶⌊De ma-
nu mortis.⌋ Quia iam dictũ eſt,ꝙ ad finalem damnationẽ congregata eſt iniquitas,ideo ne deſ
peret populus de liberatione, ſaltem ab inferno, ſubdit de liberatione futura per Chriſtũ.⌊De
manu mortis liberabo eos,⌋ Manus peccatũ eſt,qua peccatores tenentur in morte. Sap.1. Deus
mortem nõ facit,ſed impij manibus & verbis accerſierũt eã. Liberãdo eñ de peccatis,liberat de
manu mortis. Matth.1. Ipſe ſaluum faciet populũ ſuũ à peccatis eoꝝ. Eſa.38. Tu aũt eruiſti ani-
mam meã vt non periret,proieciſti poſt tergũ tuum oĩa peccata mea. Mich.7. Deponet omnes
iniquitates noſtras,proijciet in profundũ maris omnia peccata noſtra,⌊de morte redimã eos,⌋
ex quo redimit de manu mortis,per cõſequens,redimit de morte æterna. Roma.4. Mortuus eſt
propter peccata noſtra deſtruenda, Morte eñ ſua mortẽ noſtram deſtruxit,& vitã reſurgendo
reparauit,quod figuratũ eſt Gene.vlt.vbi dicitur: Poſt mortẽ meã deus viſitabit vos,& aſcende
re vos faciet de terra iſta. Qualiter aũt hoc fiat,ſubdit.⌊Ero mors tua ò mors,⌋ Mors dicitur vi-
C uere ſecundũ actũ mortis,qua mortificare poteſt & in morte detinere,quã poteſtatẽ amiſit Chri
ſti morte,& ideo mortua dicitur eſſe. Apoca.20. dicitur de hac morte: Beatus & ſanctus qui ha-
bet partem in reſurrectione prima. In his ſecũda mors poteſtatẽ non habet. Et quia infernus re-
ceptaculum eſt mortuoꝝ,propter hoc ſubdit,⌊morſus tuus ero inferne,⌋ Ad infernũ eñ deſcẽ
dit anima Chriſti,& eos qui longa ſpe aduentum ſuum expectauerãt,inde liberauit,& ita infer-
num momordit.ſ.lymbũ patrum,quaſi dentibus abſtrahendo,& receptaculum damnatorum &
lymbum paruulorum in originali decedentium derelinquendo. Septuaginta ſic, Vbi eſt mors
cauſa tua,vbi eſt aculeus tuus inferne. Et hoc inducit Apoſtolus.1.ad Corinth.15. ſic dicens: Ab-
ſorpta eſt mors in victoria,vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? ſtimulus au-
tem mortis peccatum eſt,virtus vero peccati lex,deo aũt gratias qui dedit nobis victoriam,per
Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum,qui mortuus eſt pro nobis. Et quod Apoſtolus ſic exponit,
pſumptuoſum reputo aliter exponere. Quia verò iſta liberatio in futuꝝ promiſſa longe poſt tem
pora prophetæ exhibita eſt,ideo ſubdit,⌊cõſolatio abſcondita eſt ab oculis meis,⌋ præſens eñ
in carne nõ videbo ea. Eſa.38. Quæ ſiui reſiduũ annoꝝ meoꝝ,dixi, Non videbo dñm in terra vi-
uentium. De quo aũt maxime triſtatur,ſubdit,⌊quia ipſe⌋ infernus.ſ.morſus ⌊inter fratres diui-
det,⌋ hoc eſt,inter quoſlibet vinculo amicitiæ cõuinctos. Vnus eñ aſſumetur ad gloriam & al-
ter relinquetur ad pœnam. Matth.24. Tunc duo erũt in agro,vnus aſſumetur & alter relinque-
tur,duæ molentes in mola,vna aſſumetur & altera relinquetur,duo in lecto,vnus aſſumetur & al
ter relinquetur. Et de hoc teſtatur propheta,ꝙ aliquis de ſuis perditur & à conſortio beatorũ ſe-

Confeſſio peccatorũ vtilis eſt.

Chrũs infernũ momordit.

 paratur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

paratur.1.Regum.15.Siccine ſeparat amara mors? Qualiter autem per imminentem captiuita- D
tem hoc fiat,ſubdit.⌊Adducet dominus⌋ſapientia.ſ.ſua⌊vrentem ventum,⌋hoc eſt,exercitũ
leuem & velocem,potius flatu venti venientem q̄ ambulantem,qui ſicut ventus vrens oīa exic-
cabit.Ezech.1.Ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone & nubes magna & ignis inuoluens,vt
per ignem exiccet,per nubem grandinet terrore & cõminatione,per ventũ vero velociter diſ-
currat & vndiq́ diffundatur.Iob.4.Vidi eos qui operant̃ iniquitatẽ,qui ſeminãt dolores & me-
tunt eos,flante deo periiſſe,& ſpũ iræ eius eſſe incõſumptos.Iob.27.Tollet eũ ventus vrens.Ag-
gæi.2.Percuſſi vos vento vrente & vredine & grandine oīa opera manuũ veſtraꝝ,& nõ fuit in
vobis qui reuerteret̃ ad me,⌊de deſerto aſcendentẽ,⌋de deſerto dicit̃ venire ab effectu,quia de-
ſertũ facit.Iohel.2.Terra ſicut hortus voluptatis corã eo,& poſt eũ ſolitudo deſerti.Dicit̃ eñ aſcẽ-
dere,quia opprimẽdo & ſubruendo venit.Iob.1.Ventus vehemẽs irruit à regione deſerti,& cõ-
cuſſit quatuor angulos domus,q̃ corruẽs oppreſſit liberos tuos.Hæc eadẽ ſub eodẽ modo referũ-
tur ad ſuggeſtionẽ diaboli,⌊& ſiccabit venas eius,⌋Venæ ſunt villæ & oppida à metropoli deri-
uatæ,& venæ ſunt etiã per quas vita,ſenſus & motus à corde fluunt in mẽbra.Eſa.37.Gloriãs di-
cit (author iſtius mortis) ego veſtigio pedis mei ſiccaui oẽs riuos aggeꝝ.Eſa.19.Omnis ſemẽtis
irrigua ſiccabit̃,areſcet & nõ erit,⌊& deſolabit fontẽ eius,⌋vel metropolim in populo,vel cor in
corpore,vt.ſ.& metropolis deſtruat̃,& homo moriat̃.Eccľs.vlt.Confringet̃ hydria ſup fontẽ.
Tunc erit veꝝ quod dicit̃ in epiſtola Iudæ,ꝙ ſunt fontes ſine aqua.Eſa.19.Fluuius deſolabit̃ atq́
ſiccabit̃,& deficient flumina & attenuabunt̃ & ſiccabunt̃ riui aggeꝝ,⌊& ipſe⌋.ſ.ventus qui exer-
citũ ſignat vel diuinũ iudiciũ,⌊diripiet,⌋hoc eſt,diripi faciet ⌊theſauros oẽs vaſis deſiderabilis.⌋
Victo populo theſaurus terræ direptus eſt,tam in vaſis pretioſis q̄ in auro & in argento,ſicut &
ea quæ ſunt hoīs diripiuntur poſt mortẽ.Ezech.38.Ecce ad diripiendã prædã congregaſti om- E
nem multitudinẽ tuã,vt tollas argentũ & aurum & auferas ſupellectilem atq́ ſubſtantiam,& diri-
pias manubias infinitas.In gloſſis innuitur expoſitio,ꝙ ventus ſit Chriſtus,vrẽs charitate,deſer-
tum faciens mundũ à vanitate,& veniens de deſerto generis humani,vel de deſerto virginalis vte-
ri,& ſiccans venas mortis,hoc eſt peccata,qui deſolabit fontẽ,hoc eſt diabolũ à quo peccata flu-
xerunt,qui diripit vaſa deſiderabilia,q̃a animas ſanctoꝝ deſiderabiles ab inferno abſtraxit & in
paradiſo collocauit.Matth.12.Si fortior illo ſuperuenerit,intrabit in domũ fortis & alligabit for-
tem & oīa vaſa eius diſtribuet in quibus cõfidebat.Hoc figuratur Exodi.14.Abſtulit deus mare
flante vento vehementi & vrenti tota nocte,& vertit illud in ſiccũ.Eſa.51.Nunquid nõ tu ſicca-
ſti mare,aquã abyſſi vehementis? Qui poſuiſti profundũ maris viam vt tranſirent liberati.Pri-
ma tamẽ expoſitio literalis eſt.Et quia infernus & mors p̃ſens ſic diuidũt inter fratres,& hoc pec-
catũ fecit,ideo propheta non tam imprecantis q̄ prædicentis modo ſubdit,⌊pereat Samaria,⌋
hoc eſt,decẽ tribus,vel etiã peccator.Pſal.67.Sicut fluit cæra à facie ignis,ſic pereant peccatores
à facie dei.Optat ꝙ pereant,ne viuãt in peccatis.Cauſam aũt ſubdit,⌊q̃m ad amaritudinẽ con-
citauit deũ ſuũ,⌋qui.ſ.dulcis eſt per naturã amaræ iræ efficit̃ propter peccatũ.Hiere.2.Quõ cõ-
uerſa es in prauũ vinea aliena? ⌊In gladio pereat⌋diuinæ.ſ.vltionis.Iob.19.Fugite à facie gladii,
q̃m vltor iniquitatũ gladius eſt.Vel,pereat in gladio ſpũs quod eſt verbũ dei,Ephe.6.⌊paruuli
eoꝝ elidantur & fetæ eius diſcindantur,⌋hoc legimus prædictũ eſſe ſub Benadab.4.Regũ.8.de
Azahele:Iuuenes eoꝝ interficies gladio,& paruulos eoꝝ elides,& prægnantes diuides.Hoc ta- F
men moraliter refertur ad hoc ꝙ paruuli ſint primi motus peccati,qui ad petrã Chriſtum eliden-
di ſunt,ne nutriantur & creſcant in peccatũ.Fœtæ aũt ſunt conceptus maloꝝ propoſitoꝝ,q̃ ſcin-
dendæ ſunt per pœnitentiam ne ad lucem veniant.Matth.24.Væ prægnantibus & nutrienti-
bus in illis diebus.

¶In capitulum decimumquartum enarratio.

COnuertere Iſrael.⌋Hoc diuiſum eſt contra p̃cedens,totum eſt eñ de conſolatio-
ne pœnitentium.Diuiditur aũt in partes tres.In prima docet cõuerſionẽ.In ſe-
cunda ponit benignam dñi ad cõuerſos reſponſionẽ,ibi,Sanabo.In tertia inuitat
ad intelligendũ huius prophetiæ prolatũ ſermonẽ,ibi,Quis eſt ſapiẽs.In primo
duo dicit,cordis.ſ.cõuerſionẽ,& qualibus verbis impetrẽt propitiationem,ibi,
Tollite vobiſcũ.Continuatio ad p̃cedens.Ex quo tantis malis digni ſunt qui peccãt,& per pœni-
tentiam tot mala declinãt conuerſi,ergo ⌊Conuertere Iſrael,⌋Cõuerſio mutatio ſitus eſt,vt.ſ.
ſuperius fiat inferius,& econuerſo,& dextrũ ſiniſtrũ,& econuerſo,& anterius poſterius,& econ-
uerſo,& interius exterius,& ecõuerſo.In peccatore eñ ratio inferior eſt & ſenſualitas ſuperior,q̃d
cõuertendũ eſt.Prouer.30.Per tria mouet̃ terra,per ſeruũ cũ regnauerit,per ancillã cũ fuerit hæ-
res dñæ ſuæ,& per ſtultũ cũ ſatiatus fuerit cibo.Seruus inferior eſt ad dñm & ſignat hominem in
cõparatione ad deũ,qui ſuper dñm eſſe vult,quãdo dño nõ ſupponitur.Ezechie.28.Poſuiſti cor
tuũ ſicut cor dei,cũ ſis homo & nõ deus.Ancilla aũt ſenſualitas eſt,& dña ratio,qui ordo in pecca-
tore peruertitur,ſed debet reſtitui p pœnitentiã,quod ſignatũ eſt.Gene.21.vbi angelus dixit ad
ancillã Agar:Reuertere ad dñam tuã & humiliare ſub ipſa.Stultus aũt ſatiatus cibo,cõcupiſcẽtia
eſt,

Chrs ventoo vrẽti eſt ſimilis.

Luc.11

Conuerſio pœnitenti neceſſaria.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A eſt,per quem etiam regnū iuſtitiæ turbatur,& ideo mente & ſpiritu reprimendus eſt. Iob.4. Vidi ſtultum firma radice,& maledixi pulchritudini eius ſtatim. Dextera aūt ſignat ſpiritualia,& ſiniſtra temporalia,ſed peccator ſpiritualia habet à ſiniſtris,quia parui momenti ſunt apud illum, ſicut ſiniſtra pigra eſt,& temporalia habet à dextris. Matth.5. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Peccator etiā interiora habet ſordida & exteriora pulchra,quod etiā conuertendū eſt. Pſal.44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. De pulchritudine aūt exteriori. Prouerb. vltimo: Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. Peccator etiā æterna habet poſterius, trāſitoria vero anterius,quod iteꝝ conuertendū eſt. Philip.3. Poſterioꝝ oblitus ad anteriora me extēdo. Sic ergo, Conuertere ò Iſrael,hoc eſt,rectifica te ò Iſrael foris in opere,& qui vides deum per fidē,ad hūc intus aſcēde ꝑ affectū in cōtemplatione. Eſa.45. Conuertimini ad me & ſalui eritis omnes fines terræ. Ad quē aūt cōuertatur,ſubdit,⌊ad dn̄m deum tuū⌋ ad dn̄m propter debitū. Pſal.122. Sicut oculi ſeruoꝝ in manibus dominoꝝ ſuoꝝ. Et ſicut oculi ancillæ in manibus dn̄æ ſuæ,ita oculi noſtri ad dn̄m deū noſtrū,⌊deū⌋ q̄a neceſſariū. Deus em̄ θεὸς Græce dicit̄, θεὸς aūt à θεῶμαι, quod eſt video vides deriuatur. Neceſſariū em̄ eſt ad eum cōuerti,qui hominē & om̄es actus eius circūſpicit. Heb.4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius ad quē nobis ſermo. Boetius in conſolatione philoſophiæ. Magna neceſſitas vobis bene agendi indicta eſt,qui omnia agitis ante oculos cuncta cernentis,⌊tuum⌋ quia vtile,dicit̄ enim tuus,quia beneficus. Heb.11. Nō confunditur deus,vocari eoꝝ deus,parauit em̄ illis ciuitatē. A quo aūt conuertat̄,ſubdit,⌊q̄m̄ corruiſti in iniquitate tua⌋ Iniq̄tas em̄ & peccatū ruina eſt & caſus,in caſu aūt & ruina nemo ſtat nec ſtare pōt.

B Pſal.35. Non veniat mihi pes ſuperbiæ,& manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderūt om̄es qui operant̄ iniquitatem. Eſa.3. Corruet populus vir ad virum,propter q̊d neceſſe eſt vt erigatur & conuertat̄. Ephe.5. Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Eſa.64. Cecidimus quaſi folium vniuerſi,& iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerūt nos. Et ſubdit de verbis quibus poterunt impetrare propitiationem,⌊tollite vobiſcū verba⌋ hoc eſt, verba quæ vobiſcum ſint & pro vobis & non cōtra vos. Hæc ſunt verba ſupplicationis in oratione,veritatis in p̄dicatione,veræ cōfeſſionis coram ſacerdotibus, iubilationis in laude. Matth. duodecimo: Ex verbis tuis condemnaberis,& ex verbis tuis iuſtificaberis. Eccl̄.45. In verbis ſuis monſtra placauit. Hæc autem verba,corde,ore & opere pronuntianda ſunt. Ephe. quinto: Omnis ſermo malus ex ore veſtro nō procedat,ſed ſi quis bonus eſt,⌊& conuertimini ad dominum,⌋ verbis.ſ.& operibus. Threnoꝝ vltimo: Conuerte nos domine ad te & conuertemur. Hiere. decimoquinto: Si conuerteris,conuertam te.⌊& dicite ei⌋ verbis deuotionis.ſ. Gene. decimooctauo: Loquar ad dominum meum cum ſim puluis & cinis,⌊omnem aufer iniquitatem⌋ vt nihil.ſ.peccati remaneat, ne mali ſeminis pullulēt rediuiua plantaria. Micheæ ſeptimo: Quis deus ſimilis tui qui aufers iniquitatem & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ, delendo enim tranſit ac ſi non videat, ſecundi Paralipomenon vltimo: In oratione Manaſſes,remitte mihi, remitte mihi, ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis,neq; in æternum reſerues mala mihi. Pſal. quinquageſimo: Auerte faciē tuam à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele, ⌊& accipe bonū.⌋ Hieronymus: Te au-

C ferente malum poterimus offerre bonum,& eſt ſenſus,accepta bonum quod offerre poſſumus, & hoc eſt ſpiritus contribulatus. Daniel.3. In animo contrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, ⌊& reddemus vitulos labiorum noſtrorum⌋ Septuaginta,fructū labioꝝ noſtroꝝ,in gratiaꝝ.ſ. actione,quæ vitulis cōparatur,eo ꝙ mixta eſt ſaltibus gaudioꝝ, teneritudo cōſolationū. Luc.15. Occidit pater vitulum ſaginatum,& labori ſeges virtutum. Heb. vltimo: Offeramus hoſtiā laudis ſemper deo.i.fructum labioꝝ confitentium nomini eius. Pſal.68. Laudabo nomē dei cū cātico & magnificabo eum in laude,& placebit deo ſuper vitulum nouellum. Item pſal.50. Tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. 1. Reg.1. Anna adduxit Samuelem in templum in vitulis tribus,hoc eſt,hylaritate orationis,laudis & gratiarum actionis. Et quia ad falſa auxilia aliquando confugerant,illa abdicat ſubdens,⌊Aſſur non ſaluabit nos⌋ hoc eſt,confidentiā in auxilio Aſſyriorum non habebimus,ſed in te ſolo. Aſſur autem.i.altus ſenſus,ſignat ſuperbiam, in qua nō eſt confidendum. Tobiæ.4. Superbiam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo nunquam dominari permittas,quia in ipſa initium ſumpſit omnis perditio, ⌊ſuper equū non aſcendemus,⌋ hoc eſt,in Aegyptiorum auxilio qui equis abundant,ſpem nō ponemus. Equus autem ſignat luxuriā quæ abdicanda eſt. Eſa.31. Væ qui deſcendūt in Aegyptum ad auxilium in equis ſperātes. Amos.2. Aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam. Exodi.15. Equum & aſcēſorem proiecit in mare,⌊nec dicemus vltra⌋ per idololatriam⌊dij noſtri opera manuum noſtrarum⌋ Oſee ſecūdo: Auferam nomina Baalim de ore eius. Moraliter autem opera manuum ſuarum adorat,cui placent op̄a ſua & ſufficientia eſſe putat. Eſaiæ ſecundo: Opus manuum ſuarum adorauerunt,quod fecerunt digiti eorum. Quod deteſtatur Iob triceſimoprimo. Si oſculatus ſum manum meam,& lætatū eſt cor meū in abſcōdito. Et ſubdit de ſufficiētia propitiatiōis in deo,⌊q̄a eius qui in te eſt⌋ hoc eſt fide,ſpe & charitate in te manet,⌊miſereberis pupilli⌋ Septuaginta,populi,pupillus fuit populus in p̄ctō deo patre deſtitut⁹. Thren̄. vlt. Pupilli facti ſumus abſq; p̄re. Pupillus eſt pœnitēs à p̄re

Gratiarū actio vitulis comparanda.

Opibus nō arrogan[illegible] fidendum

diabolo relictus,& matre concupiſcentia. Pſal.26. Pater meus & mater mea dereliquerũt me,dñs D
autem aſſumpſit me. Gloſſa,adducit illud pſal.9. Tibi derelictus eſt pauper ,orphano, pupillo tu
eris adiutor. De mãſione in deo dicitur Iohan.15. Manete in dilectione mea. ¶⌊Sanabo contri-
tiones⌋ Tangit hic benignitatẽ recipiẽtis dñi in duobus,in affectu.ſ.& effectu. De affectu dicit.
⌊Sanabo contritiones eoꝝ⌋ bonum naturale cõteritur per peccatũ,ſicut bonũ corpis conteritur
per pœnas. Sanatur aũt quãdo per gratiã reparat. Hiere.17. Sana me dñe & ſanabor,ſaluũ me fac
& ſaluus ero. Pſal.146. Qui ſanat cõtritos corde, & alligat cõtritiones eoꝝ. Qualiter aũt iſta ſa-
nitas perficiatur,ſubdit. ⌊Diligam eos ſpontaneæ⌋ Spontaneũ eſt ꝗd totũ in libertate volunta-

Amor dei ſpõtaneus.

tis conſiſtit & nulla coactione cõpellitur,nullo pretio emitur,nullo obſequio præuenit, & talis ẽ
dilectio dei in nobis.1.Iohan.4. In hoc eſt charitas,non quaſi nos dilexerimus deũ, ſed quoniam
ipſe prior dilexit nos. Romañ.5. Cõmẽdat aũt deus ſuam charitatẽ in nobis, qm̃ cum adhuc pec
catores eſſemus ſecundũ tẽpus, Chrũs pro nobis mortuus eſt. Talẽ etiã charitatẽ diligit in nobis.
Iudicũ quinto: Cor meũ diligit principes Iſrael. Qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimi-
ni benedicite dño,⌊quia auerſus eſt furor meus ab eis⌋ hoc eſt,cauſa furoris ꝑ pœnitentiã. Mi-
cheæ.vltimo: Non immittet vltra furorẽ ſuũ,qm̃ volens miſericordiam eſt. Exod.32. Placatuſq;
eſt dñs ne faceret malũ quod loquutus fuerat aduerſus populum ſuum. Et ſubdit de effectu,⌊ero
quaſi ros⌋ oſtendens primo,quoniã virtus germinatiua in ipſo eſt,propter quod rori ſe cõparat,
quia ros fecunditatẽ terræ naſcentibus tribuit & confortationẽ. Cantic.5. Caput meũ plenum eſt E
rore,& cincinni mei guttis noctium. Eſa.26. Ros lucis ros tuus ,& terrã gigantiũ detrahes in rui
nam. Ecci.43. Ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum,aquilonem.ſ. Eſa.45. Ro-

Lilium eleganter deſcribitur.

rate cœli deſuper,⌊& Iſrael germinabit quaſi lilium⌋ illo.ſ.rore infuſus. Lilium rectũ,in toto ſti
pite viride,multoꝝ floꝝ,in flore candens,in centro floris croceum,in folio floris repandũ,odo-
riferum,tumentibus pulmonibus aptũ. Rectitudo iuſtitiã ſignat,viriditas virorem fidei & virtu-
tis,multitudo folioꝝ,connexionem virtutum,candor caſtitatẽ,croceum in centro,carnis mor-
tificationẽ,repandum,ad ſe incuruatũ per diſcuſſionẽ ſuĳpſius. Vnde.3.Reg.7. dicitur,ꝙ liliũ ſit
repandũ. Pſal.91. Iuſtus germinabit ſicut liliũ,& florebit in æternum ante dominum. Cantic.2.
Sicut lilium inter ſpinas,ſic amica mea inter filias. Odoriferum autem per famam bonæ opinio-
nis. Cantic.4. Qui paſcuntur in liliĳs,tumido pulmoni medicamentum, virtute caſtitatis & hu-
militatis. Cantic.7. Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus liliĳs. Et ſubdit de profectu,⌊erum
pet radix eius⌋ in multas.ſ. ſtirpes & germina virtutum.ſ.& operationum. Iob.29. Radix mea
aperta eſt ſecus aquas,& ros morabitur in meſſione mea,⌊vt Lybani,⌋ qui mons calidus eſt,in
quo mirabiliter emittunt radices. Hiere.17. Erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſecus aquas,
quod ad humorem mittit radices ſuas,& non timebit cum venerit æſtus, & erit folium eius vi-
ride,& in tempore ſiccitatis non erit ſolicitũ,nec aliquando deſinet facere fructũ. Lybanus au-
tem candidatio interpretatur,quia omnia hæc debent eſſe in candore virtutis. Threñ.4. Candi-
diores Nazarei eius niue. Et ſubdit de pulchritudine honeſtatis. ⌊Ibunt rami eius,⌋ hoc eſt,eun
do dilabuntur,in ramificationem.ſ.virtutũ,& meritoꝝ,& multiplicatione fidelium. Ezech.36. F
Vos autem montes Iſrael ramos veſtros extẽdite,vt germinetis & fructũ afferatis populo meo
Iſrael. Daniel.4. Rami eius pulcherrimi. Ecci.24. Rami mei honoris & gratiæ. Et ſubdit de pul-

Oliua doctrinã ſignificat veritatis.

chritudine,⌊& erit quaſi oliua gloria eius⌋ oliua miniſtra lucis eſt,& ſignat doctrinam veritatis.
Zacha.4. Duæ oliuæ ſup candelabrũ,vna à dextris lãpadis,& alia à ſiniſtris eius,hoc eſt,doctri-
na veritatis de æternis & doctrina veritatis de tpalibus,oliua etiã vnctiua ẽ infirmitatis,& ſignat
miſericordiã q̃ vngit infirmos. Eccles.9. Oleũ de capite tuo nõ deficiat, qa miſericordia à nobis
deficere non debet,etiam eſt cibi conditiua oliua. Ecci.24. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, om-
nibus.ſ.communis. Et ſubdit de ſuauitate opinionis,⌊& odor eius vt lybani⌋ qui eſt odor thu-
ris in diffuſione ſanctitatis. Canticorum quarto: Odor vnguentorum tuorum ſuper om̃ia aro-
mata,ſicut enim gloriatur in nitore conſcientiæ apud deum quod ſignatur per oleum,ita pro-
uidet bona coram hominibus in odore bonę famæ.2.Corinth.2. Chriſti bonus odor ſumus deo
in his qui pereunt,& in his qui ſalui fiunt. Et ſubdit de ſecuritate quieſcentiũ in tali regno,⌊cõ-
uertentur⌋ ad dominum tota deuotione.1.Petri ſecundo: Conuerſi eſtis nunc ad paſtorem,&
epiſcopum animarum veſtraꝝ,⌊ſedentes⌋ hoc eſt,quieſcentes, ⌊in vmbra eius⌋ protectionis.
Cantico.2. Sub vmbra illius quẽ deſideraueram ſedi,& fructus eius dulcis gutturi meo. Pſal.56. In
vmbra alarum tuaꝝ ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Et ſubdit de edulio,⌊viuẽt tritico⌋ Sep-
tuaginta,inebriabuntur tritico,literali ſcilicet & verbi dei & corporis Ieſu Chriſti. Pſal.147. Adi-
pe frumenti ſatiat te. Oſee.2. Terra exaudiet triticum,vinum & oleum, & hæc exaudient Iezra-
el. Gene.27. Frumẽto & vino & oleo ſtabiliui eũ,⌊& germinabunt quaſi vinea⌋ in fructũ.ſ.dul-
ciſſimum,deum & hominem lętificantẽ,in ſpiritualibus.ſ.conſolationibus. Eccleſiaſtici.24. Ego

Vineæ pulchra ſignificatio.

quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Vinea em̃ iucũda eſt pampinis,hoc eſt foliĳs ,quæ,ver
ba ſignãt ædificationis, ſuper vicinas arbores repauſat,quod ſignat congruentiam conformitatis
& applicabilitatis ad homines, De pãpino dicit Oſee decimo: Vitis frõdoſa Iſrael, De antibus di-
citur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A citur.1.ad Corinth.10.Omnibus omnia factus ſum,vt Chriſtum lucrifacerem,eſt etiam diffuſa
palmitibus in exemplis.Pſal.79.Extendit palmites ſuos vſq; ad mare,& vſq; ad flumen propagi-
nes eius.In amaritudine quoq; cõſtitutos lætificat,& defluentes delitijs tenet & ſiſtit. Minimi flo
ris eſt tamen odoriferi,ita ꝙ dubitat apud philoſophos,vtrum floreat,eo ꝙ flos infixus viti non
inuenitur,ſed tanq̃ puluis circũpoſitus,quia in mundo in paucis floret,q̃uis odorem virtutis lon
ge lateq; diffundat.Cantico.2. Vineæ florentes odorem dederunt.In fructu autem gaudium &
lætitiam generat.Iudicum.11.dixit vitis,Nunquid non poſſum deſerere vinum meum quod læti-
ficat deum & homines?⌊Memoriale eius⌋ apud poſteros.ſ.in quorum recordatiõe ſemp ſunt.
Eccl.44.Hi viri miſericordiæ ſunt quorum pietates non defuerunt,ſicut & nos memoriam ſan-
ctorum habemus in laudibus.Eſa.26.Nomẽ tuum & memoriale tuum in deſiderio animæ.⌊Si-
cut vinũ lybani⌋ Gloſſa Hieronymi, Lybanus apud Græcos & Hebræos mons dicitur & thus,
hic autem pro thure ponitur,vnde vinum lybani gaudiũ ſpũale eſt,thure deuotionis conditum.
Cantic.7.Dabo tibi vinum conditum dignum dilecto meo ad potandum, labijsq; & dentibus
eius ad ruminandum.Eccl.49. Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta eſt opus pigmẽ-
tarij in om̃i ore indulcorabitur quaſi mel memoria eius.Et ſubdit de propitiatu, ⌊Ephraim,q̃d
mihi vltra idola⌋ ſupple opponis? Deum enim non debes eligere præter me, cum ego in omni-
bus ſufficiam.1.ad Corinth.10.quæ communicatio templo dei cum idolis.1.ad Corinth.9.Et ſi
B ſunt qui dicantur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra,nobis tamen eſt vnus deus,pater, per quem om̃ia
& nos per ipſum.Indignũ em̃ deo eſt,ꝙ aliud idolũ ſecũ colatur.Et ſubdit,q̃ paratus eſt in pro-
pitiatu,⌊ego exaudiam⌋ in oratione.ſ.Hiere.33.Clama ad me & ego exaudiam te, & annuntia-
bo tibi grandia,⌊& dirigam eum⌋ in proſperis.ſ. & omni rectitudine virtutis. Pſal.39. Statuit
ſupra petram pedes meos & direxit greſſus meos.Tobiæ.4.Pete ab eo vt vias tuas dirigat,& om̃i
tempore conſilia tua in ipſo permaneant.⌊Ego vt abietem virentem,⌋ ponam eum.Iſidorus:
Abies ab abeundo dicitur,quia in altiſſimum abit,& ſignat intentionẽ cœleſtium.Philip.3.No- Abies
ſtra conuerſatio in cœlis eſt.Virentem autem dicit propter virorẽ mentis ſemper recentem.Hie
rem.17.Erit folium eius viride.Et ſubdit de multiplicatione fructus,⌊ex me fructus tuus inuen-
tus eſt⌋ & propter hoc multiplex eſt,quia ex deo eſt.Ezech.47. Nõ defluet folium ex eo,& nõ
deficiet fructus eius.¶⌊Quis ſapiens⌋ Tangit hic propheta inuitationem ad intelligẽtiam iſto-
rum ſermonum.⌊Quis ſapiens⌋ Sapiens proprie dicitur, qui ſapore diuinorum & experimen Sapiens
C to diuinæ ſapientiæ,virtutis & bonitatis accepit notitiã.Eſa.11. Requieſcet ſup eũ ſpũs dñi, ſpũs
ſapientiæ,&c.⌊& intelliget iſta⌋ quæ.ſ.de deo dicta ſunt,& quis notat raritatem talium & com
mendabilitatẽ.Pſal.106.Quis ſapiens & cuſtodiet hæc & intelliget miſericordias domini? Pro-
uerb.1.Audiens ſapiens ſapientior erit,& intelligens gubernacula poſſidebit,⌊intelligens & ſciet
hæc⌋ Gregorius:Intellectum dat dum de intellectis mentẽ illuminat. Vnde intellectus eſt illu-
minatio de ſcripturis,ille enim hæc ſcire poterit & intus legere,hoc eſt,intelligere.Pſal.31.Intel-
lectum tibi dabo & inſtruam te.Eccl.17.Diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcien-
tiam ſpiritus & ſenſu impleuit cor illoꝝ & mala & bona oſtendit eis. Quid aũt intelligant, ſub-
dit,⌊quia recte viæ domini⌋ hoc eſt,mandata & iudicia ipſius.Ezech.18. Nunquid via mea nõ
eſt æqua? & nõ magis viæ veſtræ prauæ ſunt? Pſal.18.Iuſtitiæ dñi rectę, ⌊& iuſti ambulabũt in
eis⌋ hoc eſt,proficient.Eſa.26.Semita iuſti recta eſt,rectus callis iuſti ad ambulandum,⌊præua-
ricatores vero⌋ præuaricator eſt, vt dicitur Galath.1. qui deſtruit ea quæ fecit, ſic qui ore dicunt
& opere negant,præuaricatores ſunt.2.Reg.23.Præuaricatores quaſi ſpinæ euellẽ-
tur,⌊corruent in eis⌋ vijs domini, ſcilicet,quod tamen non eſt ex vijs,
ſed ex prauitate pedis ambulantis,ſicut equus ceſpitans plus
ceſpitat in via plana q̃ in aſpera. Gloſſa adducit
hoc,quod habet Luc.2. Ecce hic
poſitus eſt in ruinã,
& in reſurrectionem multo
rum in Iſrael.

¶Oſee,Finis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# D. ALBERTI MAGNI EPISCOPI RATISPOnenſis, in Iohelem prophetam, Enarratio. D

## PROLOGVS.

Spūs ſctūs oſtiarius eſt ſacræ ſcripturæ.

APerite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas, cōfitebor domino. Fatuel aperiens deus interpretatur, & ſignat ſpiritum ſanctum, qui oſtiarius eſt, ſicut dicitur Iohan.10. Huic oſtiarius aperit, qui niſi aperiat diuina virtute, nemo ad intelligendum & docendum diuina intrare poterit, eo ꝙ conſilium dei ſcire nemo poteſt. Roma.11. Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Eſaiæ.40. Quis adiuuit ſpiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit & oſtendit illi? Iohel autem interpretatur humilis deſcenſus, quia prophetico ſpiritu docet deſcendere ad humilitatem pœnitentiæ. Interpretatur etiam incipiēs deus, eo ꝙ nihil præſumpſit incipere, cuius deus non eſſet author. Eccleſiaſtici.18. Cum conſummauerit homo, tunc incipiet. Hic ergo, aperiente ſibi oſtium ſpiritu ſancto, ſpiritualia præcepta de pœnitentia docet.1. Corinth.2. Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt, vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur. Et per hanc portam ingreſſus ad veritatem & virtutem, confitetur domino in laude & E
prædicatione veritatis & virtutis. Roma.10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Et ideo ſecundus in ordine ponitur, vt populus qui ſecundum prædicationem Oſee fornicatus eſt à domino, per prædicatam pœnitentiam Iohelis ad dominum reuertatur. Hiere.3 Fornicata es cū amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te.

Iohel inter xij. prophetas ſecundus eſt.

## PROLOGI DIVI HIERONYMI IN IOHElem prophetam explanatio.

SAnctus Iohel.⌋ Huic prophetæ Hieronymus præmittit prologum & argumentum. In prologo quinqꝫ continentur. Ordo ſcilicet ad quos prophetat, & tempus prophetiæ, & qualiter accepit inſpirationem, & qualiter audienda eſt enuntiatio prophetica. Sanctum dicit, vt ad prophetandum ſit idoneus. Pſal.49. Peccatori dixit deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? Ecci.15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Iohel incipiens deus dicitur, vt omne quod dicit, à deo incipere credatur. Roma.15. Non audeo aliquid loqui eoꝝ quæ per me nō efficit Chriſtus, ⌊apud Hebræos, ⌋ apud quos eſt primus fons doctrinæ fidei. Prouer.5. Deriuētur fontes tui foras & in plateis aquas tuas diuide, ⌊poſt Oſee, ⌋ hoc eſt, poſt librum Oſee ⌊ponitur, ⌋ quia poſtquam fornicatus eſt populus, conſequens eſt, vt per pœnitentiam reuertatur. Pœnitentia enim ſupponit peccatum eſſe factum.2. Paralip. vlt. in oratione Manaſſes: Non poſuiſti pœnitētiam iuſtis qui tibi non peccauerunt. Et ſubdit de materia. i. ad quos prophetat. ⌊Et ſicut ibi, ⌋ hoc eſt, in Oſee, ⌊ſub nomine Ephraim, ⌋ quod ſignat regnum decem tribuum, ⌊ad decem tribus confertur, ⌋ hoc eſt, componitur ⌊vaticiniū, ⌋ quæ. ſ. decē tribus, ⌊vel Samaria, ⌋ à metropoli, ⌊vel Iſrael, ⌋ à primo patre ⌊ſæpe memorātur, ⌋ hoc eſt, nominātur. ⌊Sic in hunc prophetā omne quod dicitur, ⌋ ſic ordinatur litera, Sic omne ꝙ̄d dicitur in hunc prophetā ad eos. ſ. Pſal.84. Audiam quid F
loquaꝛ in me dn̄s deus.2. ad Corin.13. An experimentū quæritis eius q in me loquiꝛ deus, ⌊principaliter ad tribū Iuda, ⌋ hoc eſt, ad regnū Iuda, quod fuit ſuper duas tribus, ⌊& ad Hieruſalē ⌋ metropolim. ſ. vbi ſedes regni fuit ⌊pertinere credendū eſt, ⌋ principaliter dicit, quia literalis ſenſus ad duas tribus eſt, tropologicus aūt ad omnes extenditur, ⌊& nullā omnino, ⌋ quo ad ſenſum literalem, ⌊Iſraelis. i. decē tribuum in hoc ⌋ libro Iohelis ⌊fieri mentionem ⌋ principaliter ſupple. Et ſubdit de tempore. ⌊Tempora quoqꝫ quibus prophetauit ⌋ Iohel, ⌊eadē debemus accipere ⌋ ſecundū regulā Hebræoꝝ, ꝙ prophetas in quoꝝ titulis tēpora & reges non ponuntur, intelligere debemus temporibus eorundē regū prophetaſſe, qui ponunꝛ in titulo immediate præcedentis prophetæ, ⌊quæ in Oſee legimus, ⌋ qui immediate iſtū præcedit. Et ſubdit de nominibus illorū. ⌊In diebus Oziæ, ⌋ de quo.4. Reg.15. ⌊Ioathan, ⌋ de quo ibidē, ⌊& Achas, ⌋ de quo.4. Reg.16 ⌊& Ezechiæ, ⌋ de quo.4. Reg.17. &.18. ⌊regum Iuda, ⌋ Iſti enim quatuor reges fuerunt duarū tribuum. ⌊In diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael, ⌋ de quorum vtroqꝫ habetur.4. Regū.13, Et ſubdit qualiter per inſpirationem ſermo dei factus eſt ad ipſum. ⌊Porro factum eſſe ſermonem domini, ⌋ ſermo domini in ſe factus non eſt. Dicit enim Auguſtinus & Chryſoſtomus, quòd id, per quod omnia ſunt facta, factum eſſe non poteſt, ſequeretur enim ꝙ eſſet factum per ſeipſum, Sunt aūt oīa facta ꝑ verbū dei, Iohan.1. Oīa ꝑ ipſum facta ſunt & ſine ipſo factū eſt nihil ⌊ad meritum eius cui fit, refertur ⌋ vt ſcilicet cognotatum verbi in propheta factū eſſe credatur, hoc

Quo tēpore Iohel ꝓphetauerit

Sermo dn̄i in ſe factus non eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A hoc eſt, inſpiratio verbi ad prophetandum, ⌊non⌋ hoc eſt, non refertur factio, ⌊ad conditionē
illius⌋ ſcilicet ſermonis, ⌊qui fieri⌋ vel condi, ⌊dicitur⌋ & hoc eſt ꝙ factio quæ importatur per
participium factus non ponatur circa rem ſubſtantiui ſui quod eſt ſermo, ſed in re accuſatiui vel
datiui, cum dicitur: Factus eſt ad Iohelem vel Ioheli, illi eñ vel ad illum aliquid factum eſt quod
eſt inſpiratio. Et hoc probat, ſubdens, ⌊vt alibi legimus⌋ in pſal. 117. ⌊Dominus factus eſt mihi
in ſalutem⌋ Alia trāslatio, ſaluatorē, vbi factio non ponitur circa rem accuſatiui, ſaluator eñ
factus non eſt, ſed ponitur circa rem datiui, hoc eſt circa eū qui ſaluatur & cui ſalus datur. Et ſub-
dit de auditu enuntiationis propheticæ. ⌊Auditus autem⌋ quo. ſ. audiuntur diuina, ⌊in ſcriptu-
ris ſanctis⌋ quæ ſpiritualiter loquuntur, ⌊non eſt ille⌋ exterior. ſ. ⌊qui in aure⌋ exteriori, ⌊ſo-
nat⌋ in aere. De illo enim dicitur. Eſa. 6. Audite audientes & nolite intelligere, & videte viſionē
& nolite cognoſcere, ⌊ſed qui in corde percipitur⌋ ad intellectum. ſ. qui quaſi locus eſt audito-
rum & vas, ⌊iuxta illud quod dominus loquitur⌋ Matth. 13. ⌊Qui habet aures audiēdi, audiat⌋
interius percipiendo. Aliter enim dicitur, non audiuit populus meus vocem meam & Iſrael me
non intellexit. Dicit enim aures audiendi, eo ꝙ via eſt ad auditum interiorem. Apoc. tertio: Qui
habet aures audiendi, audiat, quid ſpiritus dicat eccleſiis. Et hoc probat ex proprietate Græci ſer-
monis, ſubdēs, ⌊ꝙ autem dicitur Hebraice haazenu, Græce ἐνωτίσασθαι, & latine ſonat, auribus Matth. 11 & 13.
percipite⌋ & arguit ex hoc ſubdens, ⌊proprie non aure⌋ quæ via. ſ. eſt & non vas vel locus, ⌊ſed
corde percipitur⌋ Percipitur enim quod capitur, nō enim capitur aliquid in quo eſt ſicut in trā-
B ſitu, aure ergo non percipitur, quia non capitur. Subdit diſtinguens qui audiant & qui percipiāt,
⌊qui ſenes ſunt⌋ mentis. ſ. canicie, de qua Sapientiæ. 4. Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſene-
ctutis vita immaculata, ⌊& cœleſtes⌋ ſenſu. ſ. & merito. Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cœlis ē,
⌊audiunt ſpiritualiter⌋ Illi enim ſpiritū habent interius reuelantem. Iohannis decimoſexto: Cū
venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, ⌊qui aūt habitant in terra⌋ hoc ē,
in terreno corpore quod ab auditu ſpirituali impedit animam. Sapientiæ nono: Corpus q̊d cor-
rumpitur, aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitātem, ⌊appel-
lanturq́ꝫ terreni, auribus percipiunt⌋ quaſi ab alio loquente. Iohan. 3. Qui de terra eſt, de terra lo-
quitur, & ſubiungit documentum generale, ⌊vbicūqꝫ autem hæc duo verba⌋ audite. ſ. & auribus
percipite, ⌊coniuncta ponūtur⌋ in prophetis ſcilicet, ⌊non ad ſimplicem tantum verborum ſo-
num referuntur, qui ſimplex ſonus eſt in ſenſu literali, ⌊ſed ad reconditam quoque⌋ ſpiritua-
lem ſcilicet in literali, ⌊dictorum⌋ hoc eſt, eorum quæ dicuntur, ⌊intelligentiam pertinent,⌋
hoc autem probat, ſubdens, ⌊in Geneſi (. quarto.) Lamech⌋ qui à Cain deſcendit.
⌊Loqtur ad vxores ſuas Ada & Sella,⌋ primus enim bigamiam introduxit, ⌊Audite verba mea Lamech primus bigamiam inuexit.
vxores Lamech⌋ & hoc refertur ad auditum interiorē, ⌊auribus percipite ſermones meos⌋ q̊d
C refertur ad auditum exteriorē, ⌊quia occidi virum in vulnus meum,⌋ hoc eſt Cain, qui propter
fratricidium profugus habitauit inter beſtias, quem Lamech ad feram proijciens ſagittam occi-
dit, & quod dicitur, in vulnus meum. Senſus eſt, hoc eſt, in vulnus à me inflictum, ⌊& iuuenem
in liuore meo.⌋ Dicitur enim ꝙ Lamech cæcus à iuuene dirigebatur ad venationē, & qa Cain
occidit vulnere ſagittæ, & hoc iuuenis non prohibuit, iratus in iuuenem, inſurrexit & liuentibus
ictibus per arcum iuuenē occidit, Et hoc eſt quod dicitur in liuore meo. ⌊Et Eſaiæ primo: Au-
dite cœli,⌋ hoc eſt cœleſtes, quorum eſt intus auditus, ⌊& auribus percipe terra⌋ hoc eſt, terre-
ni, qui tantum exterius audiunt.

## ¶ARGVMENTI DIVI HIERONYMI IN IOHE-
## lem prophetā, explanatio.

POſt hunc prologum præmittit Hieronymus argumētum, in quo mentem aperit
de contentis in prophetia. Accipitur autem iſtud de verbis Hieronymi in prolo-
go galeato. Et ſicut tria cōtinentur in prophetia, ita & tria in argumento. ſ. clades
euertēs, pœnitētia & ſanctificatio. ⌊Iohel Phatuel filius⌋ hoc eſt, propheta pro-
phetæ filius. Pſal. 23. Hæc eſt gn̄atio quærētiū dn̄m, ⌊deſcribit terrā duaꝝ tribuū⌋
Iudæ. ſ. & Beniamin, qbus immixti erāt ſacerdotes, & tribus leuitica, ⌊eruca⌋ quę Eruca.
eſt vermis oleribus adhærēs, & viride & molle quod eſt in folio conſumens, ſed nō tangens ſti-
pitem folij vel venas quæ de ſtipite in viridi folij diſpergūtur, eo ꝙ ille dure ſunt, ⌊bruco⌋ hoc Brucꝰ locuſtæ pullus.
eſt, pullo locuſtæ, quando de ſemine primo egreditur, & nec ſaltū habet nec volatū. Sub quo e-
tiam intelligitur attalagus, qui eſt brucus aliquantulū grandiuſculus, quādo. ſ. ſaltum paruum ha-
bet, ſed non volatum, ⌊locuſta⌋ quod idem quidē animal eſt, ſed perfectum. Vnde cōponitur à Locuſta.
longo & haſta, eo ꝙ retro lōga crura habet ꝑ modū haſtæ qbus nititur & impingit ſe ad ſaltū, ha-
bet etiā alas, qbus vtitur ad volatū, ⌊rubigine⌋ Rubigo dicit ros incēſus ab aere deſcēdēs, & vi- Rubigo.
ridia magis incēdēs, & primo ad minij colorē, poſtea aūt in fuliginē cōuertēs, & hoc mō adhęrē-
tia erucę nociua eſt dura tamen dimittit, brucus autē immobilitate, quia late & in diuerſis paſtum
quærere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quærere non poteſt,id q̊d remanſit erucæ,totũ medullitus exugit. Locuſta autem quæ altius vo D
lat,etiam ad arborum,flores,fructus, & frondes extollitur , quæ erucæ & bruco ſuperfuerunt.
Rubigo aũt quæ cum rore omnia tegit,nihil relinquit. Et ſic in principio ſui à quadruplici plaga,
⌊vaſtante conſumptam⌋ deſcribit terram duaꝝ tribuum. In ſecũda aũt parte ⌊&⌋ id eſt,etiam,
⌊poſt euerſionem prioris populi⌋ quæ euerſio facta eſt per plagas,vel ꝑ pœnitentiam quam in
ſecundo deſcribit capitulo,ſupple deſcribit etiam tertio capitulo,⌊effuſum iri ſpiritũ ſanctum,⌋
in dei prꝗordinatione,⌊ſuper ſeruos dei & ancillas⌋ apoſtolos.ſ.& mulieres,quæ cũ eis erant,ſi-
cut dicitur Acto.1.& hoc explanat,ſubdens,⌊id eſt, ſuper centum viginti credentium nomina⌋
Nomina dicuntur nominati inter credentes & perfecti,ꝙ adaptat vlterius, ſubdens, ⌊&⌋ id eſt,
quia,⌊fuerunt viri in cœnaculo montis Sion,⌋ Apoſtoli.ſ.& diſcipuli,centum viginti. Acto.1.
Erat turba hominũ fere centum viginti, cuius numeri ſubiungit myſterium. ⌊Qui⌋.ſ.centum
viginti,⌊ab vno vſqꝫ ad quindecim,⌋ progreſſione.ſ.continua, ⌊paulatim⌋ vt.ſ.quilibet nume
rus ſecundũ ſe ſigillatim accipiatur,⌊& per incrementa⌋ vt.ſ.ſequens numerus præcedenti ſem
per adiungatur,⌊ſurgentes⌋ numeri, ⌊quindecim graduum numeꝝ efficiunt,⌋ propter hoc ꝙ
Pſalmi quindecim graduum. progreſſio ſtat in quindecim. Gradus aũt quindecim in pſal.119. Sunt qui dicuntur canticum gra
duum,eo ꝙ ſignat profectus aſcendentis per gradus virtutũ,& ſunt, Ad dñm cum tribularer, in-
cluſiue,vſqꝫ ad quatuordecim ſequentes continue. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊qui⌋.ſ.numerus,
⌊in pſalterio myſtice continet⌋ progreſſio aũt continua vocatur numerus ab vno vſqꝫ ad quin-
decim numeratus,ita ꝙ quilibet numerus contentus inter quindecim omnibus præcedentibus ſe
continue ſupponat. Sic.ſ. duo vni addita faciũt tria, tria autem duobus & vni addita faciũt ſex,
quatuor autem tribus & duobus & vni addita,faciunt decem, Et hoc modo progrediendo vſque
quindecim,ſurgit numerus centum viginti,nec plus nec minus. Et hucuſqꝫ completum eſt argu-
mentum mentem aperiens de oĩbus q̃ in prophetia cõtinent. Quod autem ſequitur, Gloſſa eſt
de originali ſumpta,in quo oſtẽdit modũ principij in prophetia,& quare in titulo reges non po E
nuntur,& qualiter ſibi nomen congruit & genus,⌊ex tribus generibus rhetoꝝ⌋ hoc eſt,rhetori-
corum locorum,⌊hæc ſumuntur principia⌋.ſ.iſtius prophetiæ,q̊d explanans,ſubdit,⌊&⌋ id ẽ,
⌊tres ſunt argumentoꝝ partes⌋ quibus.ſ.aduocatus mentẽ admonens iudicis & aſſiſtentiũ, pri-
mo prohemialiter proponit,⌊ex quibus ſolet omnis orator incipere,⌋ & enumerat locos illos,
⌊aut eñ dociles⌋ iuribus.ſ.& rõnibus propoſitoꝝ allegatis,⌊aut beniuolos,⌋ fauorabilitate cau
ſæ præpoſita,⌊aut attentos⌋ difficultate dicendorum oſtenſa,⌊debet efficere⌋ orator.ſ. Et hoc
adaptat iſti authori,ſubdẽs,⌊hic igitur propheta⌋ Iohel.ſ.recte ſecundũ artẽ rhetoricã, ⌊à ma
gnitudine⌋ futuræ.ſ.⌊cladis⌋ ſuæ.ſ.prophetiæ,⌊ſumens initium⌋ prophetandi.ſ.⌊eoſqꝫ q au-
dituri erãt⌋ prophetiam,⌊volens ad pœnitentiã prouocare⌋ Eſa. 50. Dominus dedit mihi lin-
guam eruditam,vt ſciam ſuſtentare eum q lapſus eſt verbo,⌊reddit attentos. Eſa.50. Dominus
apparuit mihi aurem vt audiam eum quaſi magiſtrũ. Per quid aũt reddit attentos,ſubdit, ⌊admi
rans⌋ hoc eſt,in admirationem ponens,⌊futurum malum⌋ quod ſcilicet terræ & habitatoribus
prophetat imminere. Et ſubdit intentionis ſuæ in hoc finem , ⌊vt conſiderantes⌋ auditores.ſ.
⌊venturæ cladis aſperitatem⌋ oculis,magis cordis quàm corporis,⌊ocyus arriperent pœnitẽ-
tiam,⌋ territi.ſ.de malo futuro. Et ſubiungit quare reges & tpa in titulo non ponũtur. ⌊In hoc
propheta idcirco,nec reges,nec tempora ſunt prænotata⌋ in titulo.ſ. ⌊quia⌋ ſecundum regulã
Hebræorum,⌊iiſdem temporibus ac regibus quibus Oſee⌋ ſupple prophetauit, ⌊prophetauit⌋
& iſte,& ideo poſt Oſee immediate ordinatur. Et ſubdit de nominis congruentia. ⌊Iohel inter-
pretatur incipiens,aut domini deſcenſus⌋ Ptolomęus in prouerbijs. Qui inter ſapientes eſt hu- F
milior,inter ſapientes eſt ſapientior,ſicut profundiores lacunæ , plures continent aquas. Ecci.3.
Quanto magnus es,humilia te in omnibus. Luc.14. Recumbe in nouiſſimo loco. Et ſubdit my-
ſterium dicens,⌊Tropologice,hoc eſt⌋ ſignificatum ſcilicet,⌊quod qui oſtium,&⌋ id eſt,⌊ſci-
entiam dei⌋ hoc eſt,ſciẽtiam de diuinis, ⌊habuerit aptam⌋ hoc eſt,reuelatã quod Phatuel huius
prophetæ pater interpretatur , ⌊recte incipit prophetare⌋ & hoc in præhabitis oſtenſum eſt.
Deinde ſubdit de genere & ſepultura. ⌊Iohel de tribu Ruben natus⌋ ſupple fuit,& hoc compe
tit,quia Ruben viſio interpretatur,⌊& iſte de videntibus,⌋ hoc eſt, de prophetis,⌊vnus fuit.⌋
primo Regum nono. Qui nunc propheta olim dicebatur videns,& ſubdit de patria,⌊in agro⌋
hoc eſt,villa agreſti, ⌊Bethoron⌋ quod interpretatur domus magiſtri,vel domus aſcenſus hu-
milium,quod etiam competit,quia ibi ſpiritum ſanctum vt magiſtrum audiuit, & ibi ab humili-
tate idiothe ad ſublimitatem prophetiæ aſcendit,⌊vbi etiã⌋ in agro.ſ. Bethoron,⌊in pace⌋ an-
te captiuitatem & gladium ſupple,⌊mortuus eſt⌋ Pſal.75. In pace factus eſt locus eius,⌊atqꝫ ſe-
pultus,⌋ Eſa.11. Erit ſepulchrum eius glorioſum.

¶In ca-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ¶In capitulum primum Iohelis prophetæ, enarratio.

VErbum domini.⌋ Prophetia hæc primo in tres partes diuidit̃.ſ.in titulum, excitationem ad auditũ, & prophetiæ contextũ. Titulus eſt iſte, ⌊Verbũ domini,⌋ quod ideo dicitur verbũ ſingulariter, quia cũ ſit vnicum & increatũ, ſecundum ꝙ in deo eſt, tamen ratio & cauſa & forma multoꝝ eſt verboꝝ, quibus.ſ. ſecundũ diuerſos effectus exprimitur, de qua vnitate dicit̃ Iob.33. Semel loquitur deus & ſecũdo idipſum non repetit, ⌊quod factũ eſt,⌋ Gloſſa, nõ quantum ad ſe, ſicut in p̄cedentibus dictũ eſt, eo ꝙ factio nõ ponit̃ circa verbũ, & ideo addit, ⌊ad Iohel,⌋ vt in anima prophetę factio per inſpirationẽ eſſe intelligatur. Et ſubdit de parente, ⌊filiũ Fatuel,⌋ vt ſicut carnaliter, ita ſpũaliter à tanto patre deſcendiſſe ſciatur. Ecci.44. Cum ſemine ipſoꝝ permanent bona. ¶⌊Audite hæc ſenes,⌋ excitat hic ad attentionẽ ex admiratiatione dicendoꝝ, proponens à quibus & qualiter audiat̃, & iterum dicendoꝝ oſtendens magnitudinẽ, & qualiter hæc doctrina in poſteros eſt deriuanda. ⌊Audite hæc ſenes,⌋ non tam canicie corporis q̃ mẽtis, tales em̃ patulum habent auditũ. Sap.4 Senectus venerabilis eſt, nõ diuturna nec numero annoꝝ computata. Cani em̃ ſunt ſenſus hominis & ætas ſenectutis vita immaculata. Et hoꝝ (ſicut iam in p̄cedentibus dictũ eſt) audire eſt, ⌊& auribus percipite⌋ corporis.ſ. ⌊omnes habitatores terræ,⌋ hoꝝ em̃ audire exteriori audire eſt, quia ſpm̃ loquentem ad aurem interiorẽ non habẽt. Deute.32. Audite cœli quæ loquar & audiat

B terra verba oris mei. Cœli.i. cœleſtes ſunt qui hic ſenes, Terra vero.i. terreſtres, qui hic habitatores terræ appellant̃. Eſa.1. Audite cœli & auribus percipe terra, qm̃ dominus loquutus eſt. Et ſubdit de raritate facti. ⌊Si factũ eſt in diebus veſtris⌋ præſentiũ.ſ. ⌊aut in diebus patrũ veſtrorũ,⌋ p̄teritoꝝ.ſ. quoꝝ extat memoria. Et ſicut dicit Hieronymus, patres vocat, patres, auos, proauos & attauos & ſubauos. Danie.12. Veniet tẽpus quale nõ fuit ex quo gentes eſſe cœperũt ſup terram vſq; ad tẽpus illud. Matth.24. Erit em̃ tunc tribulatio magna qualis nunq̃ fuit ab initio mũdi vſq; modo nec fiet. Et ſubiungit de deriuatione huius prophetiæ ad poſteros, ⌊ſuper hoc filijs veſtris narrate,⌋ Gloſſa, om̃i futuræ ſoboli. Pſal.70. Donec annuntiẽ brachiũ tuũ, generationi omni q̃ ventura eſt, ⌊& filij veſtri⌋ ſupple narrent ⌊filijs ſuis,⌋ vt (ſicut dicit Auguſtinus) cum propagatione ſeminis fiat propagatio doctrinæ religionis, ⌊& filij eoꝝ⌋ narrent ſupple ⌊generationi alteræ,⌋ in ſucceſſiones perpetuas. Deut.32. Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. Hoc ſignatur Eſa.6. vbi dicit̃, ꝙ Seraphin clamabãt alter ad alterum. Marci.11. Qui præibant & qui ſequebant̃, clamabãt dicẽtes: Oſanna. Et hoc eſt q̃d dicit̃ Ecci.24 Enarrabo prophetiã vſq; in longinquũ. Et poſt pauca: Doctrinã quaſi prophetiam effundam, & relinquã illam quærẽtibus ſapientiã, & nõ deſinam in progenies eoꝝ vſq; in æuum ſanctum.

Parẽtes filijs ſuis annuntiẽt dei magnalia.

¶⌊Reſiduũ erucæ.⌋ Hic incipit prophetia, & habet tres partes. In quaꝝ prima per terrorẽ concutit corda ad pœnitẽtiam. In ſecunda docet pœnitẽtiam verã, infra.2.ibi, Canite tuba. In tertia pœnitentibus vere ſpũs ſancti promittit abundantiã & ſuper hoſtes victoriam, infra.3.ibi, Quia ecce in diebus illis. Prima haꝝ diuiditur in duas. Primo em̃ deſcribit pœnę magnitudinẽ, & quia metaphorice loquutus eſt. Secũdo deſcribit metaphoræ explanationẽ, ibi, Gens em̃ aſcendit. In primo duo paragraphi ſunt. Primo em̃ deſcribit futuꝝ malum. Secũdo, ex hoc excitat ad pœnitẽtiæ fletũ. ⌊Reſiduum erucæ⌋.ſ. quod eruca nõ comedit, ⌊comedit locuſta⌋. Eſa.14. Subter te

C ſternetur tinea & operimentũ tuum erunt vermes. Exo.10. Ecce ego inducam cras locuſtas in fines tuos, q̃ operient ſuperficiem terrę ne quicquã eius appareat. Et poſt pauca: Corrodet omnia ligna q̃ germinant in agris, & implebũt domus tuas & ſeruoꝝ tuoꝝ & omniũ Aegyptioꝝ, quãtam nõ viderunt patres tui & aui, ex quo orti ſunt ſup terram vſq; in p̄ſentem diẽ. ⌊Reſiduum locuſtæ comedit brucus.⌋ Pſal.104. Venit locuſta & brucus, cuius nõ erat numerus, ⌊& reſiduum bruci comedit rubigo.⌋ Pſal.77. Dedit erugini fructus eoꝝ & labores eoꝝ locuſtæ. Erugo & rubigo pro eodẽ hic ſumuntur. Iacobi.5. Diuitiæ veſtræ eruginauerũt & erugo eaꝝ erit vobis in teſtimonium & mãducabit carnes veſtras ſicut ignis. Hæc quatuor exponẽs Hieronymus literaliter, dicit ſic: Per erucam Aſſyrij, Chaldæi & Babylonij ſignificant̃, qui decem tribus tẽpore Ezechiæ (4.Reg.18) & duas tribus cũ tribu ſacerdotali tẽpore Ioachim nepotis Ioſiæ (4.Reg.24) captiuauerũt. Per locuſtã, Mœdi & Perſæ ſignant̃. Per brucũ, Macedones, & omnes Alexandri ſucceſſores, maxime Antiochus, cognomẽto Epiphanes, qui more bruci ſedit in Iudæa, & om̃es reliquias prioꝝ regum deuorauit. Per rubiginẽ ſignantur Romani, qui penitus omnẽ Iudæã vaſtauerunt. Dicit etiam Hieronymus, ꝙ Hebræi dicũt, ꝙ ante captiuitatem his quatuor plagis ad literã Iudæa vaſtata fuerit. Gregorius explanat moraliter, ſic dicens: Per erucã nota libidinem, q̃ ſicut eruca corruptæ naturæ adhæret. Iob.17. Putredini dixi, pater meus es, mater mea & ſoror mea vermibus. Per locuſtam, inanẽ gloriam, q̃ circũuolat & alta requirit. Apoca.9. De fumo putei exierunt locuſtæ in terrã & data eſt illis poteſtas ſicut habẽt ſcorpiones terræ poteſtatem. Per brucũ, ingluuiem ventris, q̃ quaſi immobilis eſt & immũda & rodit quęcunq; ſunt viridia. Eſa.33



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Congregabuntur ſpolia veſtra ſicut colligitur brucus, cũ foſſæ plenæ fuerint de eo. Per rubiginẽ D
iram, multi eñ domant libidinem, ſed inde eriguntur in ſuperbiam, de ſuperbia ruunt in inglu-
uiem, de nimia comeſtione & ebrietate in iram & furorem. Prouerb. 25. Aufer rubiginem de ar-
gento & egredietur vas puriſſimum. Qui his perturbationibus obuoluuntur, lumen ſapientiæ
intueri non poſſunt. Hieronymus moraliter ſic exponit: Per hæc quatuor ſignificantur quatuor
animi paſſiones, quæ ſi vltra modũ dominantur, auferunt ſalutem animæ. Duæ harũ ſunt de pre
ſenti, triſtitia. ſ. de præſenti aduerſitate, gaudiũ de præſenti proſperitate. De triſtitia dicitur. 2. ad
Corinth. 7. Triſtitia ſeculi mortẽ operatur. De gaudio, Sap. 14. Dum lætantur, inſaniunt. Duæ
vero ſunt de futuro, timor. ſ. de futuro malo, ſpes de futuro bono. De timore dicit̃ in pſal. 13. Tre-
pidauerũt timore vbi non fuit timor. De ſpe, Sapiæ. 5. Spes impij quaſi lanugo quæ à vento tol-
litur. De his quatuor paſſionibus ſimul dicit philoſophia ad Boetiũ: Gaudia ſperne, pelle timorẽ,
nec dolor adſit, ſpemq́ue fugato, nubila mens eſt vinctaq́ue frenis, hæc vbi regnant. Adhuc Grego
rius aliam ponit expoſitionem ſic dicens: Ego reor erucam eſſe incipientem in animo paſſionẽ,
quæ tarda eſt, & diſcurrere non poteſt. Vnde vult quod moroſa cogitatio ſit eruca. Locuſta aũt quę
auolat & deuorat quicquid attingit, ſignificat opus inſtabile. Brucus autem qui inſidet, conſuetu
dinem ſignificat. Rubigo vero quæ omnia conſumit, deſperationem. Ex his excitat ad fletũ ſub-
dens. ⌊Expergiſcimini ebrij,⌋ ſomno depreſſos vocat, qui delectatione peccati in obſequijs
dei immobiles facti ſunt, quibus dicitur, Ionæ. 1. Quid tu ſopore deprimeris, ſurge, inuoca deum

Peccatum ebrietas eſt ac ſomnus.

tuum. Ephe. 5. Surge qui dormis & exurge à mortuis. Roma. 13. Hora eſt iam nos de ſomno ſur E
gere. Hos etiam vocat ebrios, quia peccato rationem habent ligatam & maxime libidine. 1. Re. 1.
Vſquequo ebria eris? Digere paulisper vinum quo mades. Eſa. 28. Væ coronæ ſuperbiæ ebrijs
Ephraim. His dicit expergiſcimini. 1. ad Corinth. 15. Euigilate iuſti & nolite peccare, ⌊& flete,⌋
ſicut dicit Ambroſius: Lachrymæ lauant delictũ, quod voce pudor eſt confiteri. Pſal. 6. Lauabo
per ſingulas noctes lectũ meum lachrymis meis. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam & ocu-
lis meis fontẽ lachrymarũ? Et plorabo die ac nocte. Thre. 3. Diuiſiões aquarũ deduxit oculus me

Vlulatus pœnitentium eſt.

us in contritione filiæ populi mei. ⌊Et vlulate,⌋ Vlulatus proprie luporum eſt, quando infauſta
voce quærulas & triſtitiæ plenas, voces emittunt, & hoc modo vlulare dicitur pœnitens, quan-
do tales emittit voces. Hiere. 6. Accingere cilicio & conſpergere cinere, luctum vnigeniti fac ti-
bi planctum amarum. Quibus autem talem vlulatum indicat, ſubdit, ⌊omnes qui bibitis vinum⌋
temporalis. ſ. gaudij & delectationis, ⌊in dulcedine,⌋ hoc eſt, pro dulcedine, quibus ſcilicet bibẽ-
di cauſa dulcedo vel voluptas eſt & non neceſſitas. Prouerb. 23. Ne intuearis vinum quando fla-
ueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blande, & in nouiſſimo mordebit vt colu-
ber. Et ſubiungit cauſam fletus & luctus, dicens, ⌊quoniam perijt ab ore veſtro,⌋ quia aut vini ſa
por perit ab ore, quando aufertur, aut os perit à vini ſapore quando ſeneſcit & infirmatur. Pſal.
145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. ¶ ⌊Gens enim.⌋ Hic explanat ea quæ me-
taphorice dixerat, & diuiditur hæc pars in duas. In quarum prima explanat terribilitatem eorum
quæ dixerat. In ſecunda ad pœnitentiam inuitat, ibi, Sanctificate ieiunium. In prima harum tria
ſunt. Primum eſt ferocitas hoſtium. Secundum, defectus ſecerdotum, ibi, Perijt ſacrificium. Ter
tium, luctus omnium, ibi, Luxit humus. Dicit ergo, ⌊Gens enim.⌋ Gens dicitur quæ generatio
ne corrupta nihil amplius habet, Sapiæ. 12. Erat eñ ſemen maledictum ab initio, & naturalis ma F
litia ipſorum, quoniam mutari non poterat cogitatio illorum in perpetuum, ⌊aſcendet,⌋ viri-
bus. ſ. tentationis & oppreſſionis. Deutero. 28. Inimicus tuus erit in caput & tu eris in caudam,
⌊ſuper terram meam,⌋ per methonomiam terreni ſignantur per terram, ſuper quos aſcendit tri
bulatio. Eſaiæ. 32. Super humum populi mei, ſpinæ & vepres aſcenderunt, ⌊fortis,⌋ hoc eſt, in
fortitudine propria confidens. Eſaiæ. 19. Rex fortis dominabitur eorum, ⌊& innumerabilis.⌋ Sa
pientiæ. 4. Multigena impiorũ multitudo non erit vtilis. Eccles. 1. Stultorum infinitus eſt nume-
rus. Et ſubdens deſcribit hoſtium ferocitatem, ⌊dentes eius,⌋ quibus. ſ. ſcindunt pauperes, ⌊vt
dentes leonis.⌋ Secundum naturales dentes anteriores diuiſores ſunt & ſignificãt maiores prin
cipes qui diuidunt & diſcerpunt omne quod bonum eſt in populo. Prouerbiorum. 30. Eſt gene
ratio quæ pro dentibus habet gladios, & commandit molaribus ſuis vt comedat inopes de terra,
& pauperes ex hominibus. Leo autem ferocitatem ſignificat, ſiue in hominibus ſiue in dæmoni-
bus. Eſaiæ. 38. Quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea, ⌊& molares eius vt catuli leonis.⌋ Inciſores
dentes mandant cibum molaribus conterendum. Vnde molares ſignificant inferiores officiates
vel dæmonum vel hominum, quia omnia comminuunt. Iob. 4. Rugitus leonis & vox leænæ &
dentes catulorum leonum contriti ſunt. Catuli etiam leonis quia per ſe venari non poſſunt, quic-
quid à parentibus offertur, totum medullitus exugũt & corrodũt, ſic & faciunt officiati inferio-
res. Pſal. 57. Molas leonũ cõfringet dominus. Et ſubiungit de effectu, ⌊poſuit vineã in deſertũ⌋
Eſaiæ quinto: Vinea domini Sabaoth domus Iſrael eſt. Vnde animæ fideles germinantes ſpiri-
tualia gaudia, vineæ dicuntur, quas exterminant tyranni ſeculares per ſubtractionem tempora-
lium, ſpirituales autem per ſpiritualium omnimodam deſolationem. Pſal. 88. Diripuerunt eam

omnes

A omnes tranſeuntes viam. Abacuc.3. Non erit germen in vineis. Ablatũ eſt enim gaudium ſpiri-
tuale ab eccleſia, & quod plus eſt, in deſertum poſuit, vt iterum non colatur. Vnde Eſaiæ.7. dici
tur, Vbi fuerint mille vites mille argenteis, & in ſpinas & in vepres erunt. In ſolicitudinẽ eñ tem
poralium quæ per ſpinas, & in tenacitatem auaritiæ, quæ per vepres intelligitur, omnia q̄ in mũ-
do ſunt, conuerſa ſunt. Et ſubiungit de deſtructione dulcedinis virtutis. ⌊Et ficum meam decor-
ticauit.⌋ Ficus ſtipitem virtutũ ſignificat, quæ eſt charitas. Iudicũ.9. Dixit ficus, non poſſum de-
ſerere dulcedinem meam qua vtuntur dij & hoïes, fructuſq́ dulciſſimos. Iſta decorticata eſt, qñ
corticem humilitatis amiſit. Mich.3. Abſtraxerũt pellem deſuper carnes eoꝝ, ⌊nudans⌋ à gra-
tuitis. ſ. ⌊ſpoliauit eam⌋ à virtutibus ſupple. Luc.10. Qui etiam ſpoliauerũt eum, ⌊& proiecit⌋
quaſi vilem & inutilem in terram, vt. ſ. terrena concupiſceret & in deo nullam haberet partem.
Threñ.1. Depoſita eſt vehementer nõ habens conſolatorem, ⌊albi facti ſunt rami eius,⌋ albi. i.
aridi, lignum eñ album arẽs albeſcit, & albedo deſtitutionem naturalis ſignificat caloris. Iob.8
Ante omnes herbas areſcit. Rami eius ſignificant ramificatores virtutum in bona opera, qui ari-
di ſunt quãdo fructum bonoꝝ opeꝝ non ferunt. Hiere.17. Erit quaſi miricæ in deſerto, & nõ vi
debit cum venerit bonum. Ex omnibus his concludit propoſitum, ⌊Plange,⌋ hoc eſt, ergo plã
ge, ⌊quaſi virgo accincta ſacco,⌋ ſaccus accingitur propter pœnitẽtię aſperitatẽ. Iob.16. Saccũ
conſui ſuper cutem meã & operui cinere carnẽ meã, facies mea intumuit à fletu, ⌊ſup viꝝ puber-
tatis ſuæ⌋ q̄. ſ. virginitatem amiſit & delicias pubertatis nõ retinuit. Sic duæ tribus cum idolis vir
ginitatem amiſerunt & delicias quas ſperauerunt in idolis, non retinuerunt. Prouerbiorum.14.
Riſus dolore miſcebitur & extrema gaudij luctus occupat. Iob.21. Ducunt in bonis dies ſuos &
B in puncto ad inferna deſcendunt. Et cauſam dicit planctus ſacerdotum, ⌊perijt ſacrificium,⌋ ſa-
crificium eſt de aridis, vt de granis & farina, ⌊& libatio de domo domini⌋ ſupple perijt, de do-
mo domini autem dicitur, quia in domo domini non offertur. Sacrificium autem aridum cõpun
ctionem ſpiritus ſignificat. Pſal.50. Sacrificium deo ſpiritus cõtribulatus. Danie.3. In animo cõ-
trito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Libamẽ autẽ quod à guſtando dicitur, pręguſtationẽ ſi-
gnificat æternoꝝ gaudioꝝ. Iohe.2. Sacrificium & libamen dño deo noſtro. Quæ duo videmus
perijſſe ab eccleſia, ⌊&⌋ ideo ſupple ⌊luxerũt ſacerdotes,⌋ hoc eſt, ſacræ dotes dei & ſacra dan-
tes. Cauſa aũt luctus erat, quia nõ erat qui decimas vel primitias offerret in templũ, quibus ſuſten
tarentur. 2. Mach.3. Iam vero qui videret ſummi ſacerdotis vultũ, mẽte vulnerabatur. Facies eñ
& color immutatus declarabãt internũ animi dolorem. Dolent eñ boni ſacerdotes, ꝓ ſacrificia
ſpiritualia in templo dei non offeruntur. Et ſubiungit, ꝗ irrationabile ſit ꝓ plorãt, ⌊miniſtri do
mini.⌋ Miniſtroꝝ eñ domini eſt lætari & exultare, ſi nõ eſſet culpa in ſubiectis, vel in vita pro-
pria. Eſa.61. Vos aũt ſacerdotes dei vocabimini miniſtri dei noſtri, dicetur vobis. 1. ad Corint.4
Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chri & diſpenſatores miniſterioꝝ dei, hoꝝ eñ lætari eſt.
Pſal.86. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Et ſubiungit de planctu omniũ dicẽs. ⌊De
populata eſt regio,⌋ hoc eſt, populo inimico vaſtata, & hoc in eccleſia eſt, quia populo diuino de
ſtituta eſt. Eſa.1. Regionẽ veſtram corã vobis alieni deuorãt & deſolabitur ſicut in vaſtitate ho-
ſtili. Et explanat hanc cauſam per ptes, triticũ. ſ. & vinum & oleũ & lignum pomifeꝝ, ⌊luxit hu
mus,⌋ Gloſſa, habitatores humi qui mercedẽ de humo ſperabãt. Hiere.9. Quis dabit capiti meo
aquam & oculis meis fontem lachrymaꝝ & plorabo die ac nocte, ⌊qm̃ deuaſtatum eſt triticũ⌋
C literaliter. ſ. Eſa.17. Ablata eſt meſſis in die hæreditatis & dolebit grauiter. Triticum etiam eſt re-
fectio verbi dei, & refectio ſacramenti, quæ vaſtata ſunt, vel ita vt non ſint, vel vt non digne ſint.
Iudicũ.6. Sicut erant in herbis cuncta vaſtabant, nihilq́ oïno ad vitã pertinẽs relinquebant in Iſ-
rael, ⌊confuſum eſt vinum,⌋ & literaliter & vinum etiam ſpiritualium gaudiorum. Eſa.5. Expe
ctaui vt faceret vuas & fecit labruſcas. Eſaiæ.16. Vinum in torculari non calcabit qui calcare con-
ſueuerat, ⌊elanguit oleum,⌋ literaliter ſcilicet, & oleum pietatis quod ab eccleſia defecit. De his
dicitur Deute.28. Sementem multam iacies in terram & modicum congregabis, quia locuſtæ de
uorabunt omnia, vineam plantabis & fodies & vinum non bibes nec colliges ex ea quippiam, q̄-
niam vaſtabitur vermibus, Oliuas habebis in omnibus terminis tuis & non vngeris oleo, quia de
fluent & peribunt. His autem ablatis, ſubdit de confuſione laborãtium, ⌊confuſi ſunt agricolæ⌋
fructum laboris. ſ. non inuenientes. Iacobi.5. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ
patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Agricolæ autem ſunt prælati & prę
dicatores. 1. ad Corinth.3. Dei agricultura eſtis, hi confuſi ſunt quando in populo fructum debitũ
non inueniunt. Hiere.14. Confuſi ſunt agricolæ, operuerũt capita ſua, ⌊vlulauerũt vinitores,⌋
fructũ. ſ. vini non inueniẽtes, eo ꝓ deſtructa eſt vinea. Pſal.88. Dirupuerũt eam omnes tranſeun
tes viam. Hoc autem ſpiritualiter eſt, quando cœleſtia gaudia non profert populus, ſed amaritu-
dines peccatorum & ſecularium negotiorum. Hiere.2. Quomodo conuerſa es in amaritudinem
vinea aliena? Super quo ſic confuſi ſunt, ſubdit, ⌊ſuper frumento⌋ ſcilicet ablato, quod eſt refe-
ctio hominum, ⌊& hordeo⌋ ablato, quod eſt cibus iumentorum. Eſaiæ triceſimoſecundo. Ac-
cingite lumbos veſtros ſuper vbera & plangite ſuper regione deſiderabili & ſuper vinea fertili.

Sacerdotes lugeãt diui ni cultus ne glectũ, non ſua damna

Prælati ſunt eccleſiæ agricolæ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Eſaiæ.15.Aruit herba,defecit germen, viror omnis interijt.Frumentum autem eſt refectio ſpi- D
ritualis,quæ clericis & religioſis præponenda eſt.Hordeum autem quod groſſum & aſperum eſt
groſſam ſignat doctrinā corporalibus ſimilitudinibus propoſitā,quæ laicis exhibēda eſt ſicut iu-
mentis.In ſignum huius panibus hodeaceis pauit dominus turbas,Iohan.6 .Et cum laica pete-
ret panem delicatum,reſpondit dominus:Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere ca
nibus,Matth.15.Et ſubiungit de ſterilitate in generali,⌊qa perijt meſſis agri,⌋hoc eſt,omnis fru
ctus bonorum operum.Eſaiæ.16.Super vindemiam tuam & ſuper meſſem tuam vox calcanti-
um irruit,omnia ſcilicet auferentium.Eſaiæ.17.Ablata eſt meſſis in die hæreditatis & dolebit gra
uiter.Et hoc oſtendit per partes,⌊vinea confuſa eſt,⌋ & corporalis & ſpiritualis.Abacuc.3.Fi-
cus enim non florebit & non erit germen in vineis.Et hoc eſt quod ſequit.⌊Et ficus elanguit.⌋
per peccatum ſcilicet,ne dulcem fructum virtutis proferre poſſet.Lucæ.13.Ecce tres anni ſunt q
venio quærens fructum in ficulnea,& non inuenio,ſuccidi ergo eam,⌊malogranatum,⌋ ſupple
elanguit & literaliter & ſpiritualiter.Malogranatum ſignificat collegiatas eccleſias,in qbus mul
ti ſub vno tecto viuunt,mundiſſimo panno albo inuoluti per votum caſtitatis,& vno cortice te-
guntur per obſeruantiam regiminis & emunitates priuilegiorum.Vnde tintinnabula aurea &
mala punica præcepit dominus affigi tunicæ ſummi ſacerdotis in inferiori ora.Exodi.28.Vt tin
tinnabulum ſonum doctrinæ daret, malum punicum de cuſtodia ſubditorum moneret.Vnde
Canticorum.6.Deſcendi in hortum meum vt viderem poma conuallium,vt inſpicerem ſi flo-
ruiſſent vineæ & germinaſſent mala punica,⌊& palma⌋ ſupple elanguit.Palma autem,quia ex
multis creſcit,& non ex vno & creſcit ex multis ſibi inuicem implexis,prælatos dignitatis ſuperi-
oris ſignificat.Hebræorum.5.Omnis nanq; pontifex ex homibus aſſumptus,pro hominibus cō E
ſtituitur.Hæc palma rectitudine ſtipitis rectitudinem vitæ ſignat, implexione multorum ſignat
connexionem virtutum,vnde ſpatulis erectis & viridibus,virorem & rectitudinem ſignat virtu
tis.Vnde Leuit.23.præcepit dominus vt tollant ramos ligni denſarum frondium,ſpatulasq; pal-
marum & lætentur coram domino deo ſuo.Elatæ autem,in quibus pendet fructus dactilorum
vtiles miniſtros ſignificant & officiatos dulcem fructum conſolationis procurantes.Cantico-
rum.5.Comæ eius ſicut elatæ palmarum,ſicut enim coma capiti,ita officiati adhærent prælato.
Pſalmo.91.Iuſtus vt palma florebit.Iob.29.Dixi in nidulo meo,moriar,& ſicut palma multipli
cabo dies,⌊& malum,⌋ arbor ſcilicet mala ferens,quæ ſalubris eſt in vmbra,pulcherrima in flo-
re,& ſuauiſſima in fructu,& ſignat eccleſiaſticos viros in inferioribus dignitatibus conſtitutos,
ſalubrem vmbram defenſionis,florem honeſtatis & fructum operis multum exhibentes.Can-
ticorum.2.Sicut malus inter ligna ſyluarum,ſic dilectus meus inter filias,ſub vmbra illius quam
deſideraueram ſedi & fructus eius dulcis gutturi meo.Et ſubinfert generaliter de omnibus.⌊Et
omnia ligna agri aruerunt,⌋pomifera ſcilicet.In epiſtola Iudæ:Arbores autumnales infructuo-
ſæ bis mortuæ eradicatæ,tales enim hodie ſunt qui videntur in eccleſijs.Ex omnibus his ſubinfert
concluſionem intentam,⌊quoniam confuſum eſt gaudium à filijs hominum,⌋ hoc eſt,gaudij
materia.Prouerb.14.Riſus dolore miſcebitur,& extrema gaudij luctus occupat.Thren.4.Ce-
cidit corona capitis noſtri.Et præmittit,defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctū cho-
rus noſter.Et dicit,à filijs hominum qui rationales ſunt,Gaudere enim in defectu boni beſtialiū
hominum eſt.Prouerb.2.Lætantur cum malefecerint & exultant in rebus peſſimis. F

¶⌊Accingite vos.⌋Dicit quatuor,qui ſcilicet plangant & qualiter & qua de cauſa & ad quē con
uerti debeant.⌊Accingite vos,⌋armis.ſ.pœnitētium,vt tentatori reſiſtere valeatis.Prouer.vlt.
Accinxit fortitudine lumbos ſuos & roborauit brachium ſuum.Lumbos quidem,ne in libidinē
pœnitentem titillarent,brachium,vt virtutum operibus hoſtem proſterneret.Ephe.6.Accipite
armaturam dei vt poſſitis reſiſtere in die malo & in omnibus perfecti ſtare,⌊& plangite ſacerdo
tes,⌋qui cauſam ſcilicet aliorum ſuſcepiſtis.Vnde de domino ſummo noſtro ſacerdote dicitur
Hebræorum.5.Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesq; cum clamore valido & lachry-
mis offerens,in omnibus exauditus eſt pro ſua reuerentia.Iob.16.Facies mea intumuit à fletu &
palpebræ caligauerunt,⌊vlulate miniſtri altaris,⌋peccatoribus ſcilicet compatientes.Hierem.3.
Vox in rama audita eſt,ploratus & vlulatus multus.⌊Ingredimini⌋in templum ſcilicet vel in ec
cleſiam per pœnitentiam.Extra eccleſiam enim oratio non auditur.Pſalmo.99.Introite portas
eius in confeſſione.Gene.24.Ingredere benedicte domini,cur foris ſtas?⌊cubate in ſacco⌋vt ſci
licet delicias in aſperitatem conuertatis.Iob.16.Saccum conſui ſuper cutem meam & operui ci-
nere carnem meam,⌊miniſtri dei mei,⌋illi eīm magis tenentur & facilius exaudiuntur.1.ad Co
rinth.4.Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorū dei.Et ſub-
dit cauſam,⌊quoniam interijt de domo dei noſtri,⌋de templo ſcilicet vel eccleſia,⌊ſacrificiū,⌋
de aridis ſcilicet,⌊& libatio⌋de liquidis ſupple.Sacrificium autem ſignificat id quod eſt in con-
tritione ſpiritus oblatum,libatio vero quod in dulcedine charitatis & deuotionis,quorū vtrunq;
defecit ab eccleſia.Danie.3.Non eſt in tpe hoc holocauſtū, nec ſacrificiū, nec oblatio, nec incen-
ſum,nec locus primitiarum coram te.Et ſubdit qualiter plangendum ſit.⌊Sanctificate ieiunium.⌋

Ecclæ collegiatæ malogranatis ſunt ſimiles.

Prælati inferiores palmæ comparantur.

Sacerdotū eſt orare p̄ alijs.

A Ieiunium ſanctificatur,quãdo à peccatis homo mundatur & oratione & eleemoſyna conforta-
tur,ſanctũ em̃ & mundũ eſt & forte. Eſa.58. Nonne hoc eſt maius ieiunium quod elegi. Diſſol-
ue colligationes impietatis,ſolue faſciculos deprimentes,hoc eſt,peccata. De ſecundo,Tobiæ.12
« Bona eſt orõ cũ ieiunio & eleemoſyna magis q̃ theſauros auri recondere,⌞vocate cœtũ⌟vt oẽs
.ſ.ſimul clament. Dicit em̃ Auguſtinus,ꝙ impoſſibile eſt multoꝝ preces nõ exaudiri. Iacobi.5.
« Multũ valet oratio iuſti aſſidua,⌞congregate ſenes,⌟canicie mentis.ſ.vt pro vobis intercedant
« Pſal.49. Congregate illi ſanctos eius,qui ordinant teſtamentũ ſuper ſacrificia,⌞& omnes habi-
« tatores terræ,⌟hoc eſt,eos qui terrena dilexerunt,& modo pœnitent. Pſal.48. Quiq; terrigenæ
& filij hominũ ſimul in vnum diues & pauper. Roma.3. Omnes em̃ peccauerunt & egent gloria
« dei.⌞In domum dei veſtri⌟ſupple congregate eos,⌟vt ex veneratione loci citius exaudiamini.
Exodi.3. Locus in quo ſtas,terra ſancta eſt.2. Macha.3. Congregati gregatim de domibus con
fluebant,publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo ꝙ in contemptum locus eſſet venturus.⌞Et
clamate ad dominũ,⌟vt intentio vocis magnitudinem doloris pœnitentium ſignificet. Ionæ.3.
Operiantut ſaccis homines & iumenta & clament ad dominũ in fortitudine. Baruch.3. Anima
« in anguſtijs & ſpiritus anxius clamat ad te domine. Quid autẽ clament,ſubdit.⌞Ah,ah,ah,diei⌟
A hic non eſt litera,ſed interiectio dolentis pro triplici vaſtitate,regni.ſ.ſacerdotij & populi,vel
pro peccato omiſſionis,commiſſionis & conſuetudinis,vel pro peccato proprio,proximi & in-
colatu miſeriæ,vel pro tribus plagis,famæ.ſ.peſte & gladio. Hiere.1. Ah,ah,ah,dñe deus. Hiere.
14. Ah,ah,ah,dñe deus. Ezech.4. Ah,ah,ah,dñe deus. Septuaginta, Heu,heu,heu diei. Diei autẽ
B dicit,quia luce viſitationis diuinæ,peccata manifeſtantur ad pœnã. Eſa.63. Dies vltionis in corde
meo,annus retributionis meæ venit. Et quia nõ timentur mala niſi ſint propinqua,Ideo ſubdit,
« ⌞quia prope eſt dies domini,⌟vltionis.ſ.diuinæ. Amos.5. Dies dñi tenebræ & non lux. Eſaię.12
« Quid facietis in die viſitationis domini,⌞& quaſi vaſtitas veniet à potente,⌟à potente dicit,vt
nullus valeat reſiſtere. Iob.21. In die vltionis ſeruatut malus & ad occiſionem ducetur. Iob.9. Si
fortitudo quæritur,robuſtiſſimus eſt: ſi æquitas iudicij,nemo audet pro me teſtimonium redde-
« re. Pſal.88. Potens es domine & veritas tua in circuitu tuo. Et ſubdit de cauſa.⌞Nunqd non corã
« oculis veſtris,⌟conuincens eos proprio teſtimonio. Nunquid nõ coram oculis veſtris,vobis
« ſcilicet teſtificantibus,⌞alimenta perierunt⌟& ſupple ex veſtra culpa, hoc maxime poteſt dici
prælatis noſtris qui videntes,ꝙ pabula ſpũalia perierunt ex inutilitate perſonaꝝ,tamen bonos
nõ vocant ad præbendas,ſed malos. Abacuc.3. Arua nõ afferent cibũ. Eſaiæ.3. Non ſum medi-
« cus & in domo mea nõ eſt panis neq; veſtimẽtum,⌞de domo dei veſtri,⌟ſupple perijt⌞lætitia
« & exultatio,⌟hoc eſt,cauſa lætitiæ & exultationis propter hoc ꝙ & temporalia & ſpũalia ablata
ſunt. Eſaiæ.14. Luxit vindemia,infirmata eſt vitis,ingemuerũt omnes qui lætabantur corde,ceſ
ſauit gaudiũ tympanoꝝ,quieuit ſonitus lætãtium,conticuit dulcedo citharæ. Et hęc quidem de
« hominibus,& ſubdit de iumẽtis,⌞computruerunt iumẽta in ſtercore ſuo,⌟literaliter quidem,qa
paſcua nõ habentia iumẽta,in ſtabulo,loco ſcilicet ſtercoꝝ,contabuerunt,ſicut etiam propter de
fectũ ſpiritualis pabuli,iumẽta,hoc eſt laici,in ſtercore temporalium & vitioꝝ computreſcunt.
« Threñ.4. Qui nutriebantur in croceis,amplexati ſunt ſtercora,⌞demolita ſunt horrea,⌟Septua
ginta,diſſipati ſunt theſauri,propter quod patet ꝙ demolita eſt correpta penultima. Moliri em̃
ex inſidijs eſt malum parare,demolitũ autem eſſe mola tribulationis ad minima cõfractum. Hor
C rea autem iſta grana eccleſiæ reſeruantia, animæ ſunt doctoꝝ,de quibus dicitur in pſalmo.143.
Promptuaria eoꝝ plena eructantia ex hoc in illud,quæ nũc demolita ſunt,quia nõ eſt quod inue
niatur in eis niſi vanitas,quæ per zizaniam ſignificatur,cũ tamen dicat dominus Malach.3. Infer
« te omnem decimationẽ in horreum meum,vt ſit cibus in domo mea,⌞diſſipatæ ſunt apothe-
« cæ,⌟Apotheca dicitur reſeruatorium alimẽtorum ad cibum ſufficienter paratorum,quæ in ec-
cleſia nec tẽporaliter nec ſpũaliter deeſſe deberet,aliter em̃ deſtituitur miniſtris domus dñi. Vnde
Rebecca inuitãs ſeruum Abrahæ,dixit: Paleaꝝ & fœni plurimũ eſt apud nos & locus ſpatioſus
ad manẽdum,Gene.24. Gene.6. Tolles tecum ex oĩbus eſcis quæ mãdi poſſunt & comportabis
« apud te & erũt tam tibi q̃ illis in cibũ. Et ſubiungit cauſam,⌞qm̃ cõfuſum eſt triticũ,⌟confuſum
dicitur triticũ,quãdo cõfuſi ſunt ſperãtes in tritico,eo ꝙ in eo nihil inueniũt. Threñ.3. Matribus
ſuis dixerũt,vbi eſt triticũ & vinũ,cum deficerẽt quaſi vulnerati in plateis ciuitatis cũ exalarẽt ani
mas ſuas in ſinu matrum ſuaꝝ,hoc eſt,eccleſiaꝝ in quibus nutritæ ſunt. Et ab eis quærit teſtimo-
« niũ,ſubdẽs.⌞Quid ingemuit animal,⌟alia tranſlatio,cur,& animal dicitur,vel literaliter,vel ani
malis homo qui in theſauris eccleſiæ nõ inuenit pabulũ. Vnde trãſlatio Septuaginta,Quid repo-
« nemus nobis? Hiere.14. Gladio & famæ & peſte cõſumã eos,⌞mugierũt greges armẽti⌟ſimpli
ces.ſ.de populo,mugiendo em̃ petũt cibũ & nõ habẽt nec datur eis,quia nõ eſt.1. Regũ.6. Ibant
vaccæ in directũ per viam q̃ ducit Bethſames,hoc eſt,ad domũ ſolis per viã gradiebãtur,pergen
« tes & mugiẽtes. Nullo aũt reſpondẽte,ipſemet reſpõdet,⌞quia nõ eſt paſcua eis,⌟propter hoc.ſ.
& animal ingemuit & greges mugierũt. Dicitur aũt paſcua paſcuæ,& paſcua paſcuoꝝ,quia he-
« teroclitũ eſt. Hiere.14. Cerua in agro peperit,& reliquit,quia nõ erat herba,⌞ſed & greges peco

Sanctifica-re ieiuniũ.

Orõ multorũ facilius exauditur.

Bñficia ec-cleſiaſtica nõ ſunt indignis confe-renda.

rum diſperierũt,⌋famæ.ſ.conſumpti,quia paſtores pabulum nõ habebant.Ezech.34. Diſperſi D
ſunt greges noſtri,eo ꝙ nõ eſſet paſtor qui paſceret eos,propter hoc Petro dixit Chrũs,Iohã.21
Paſce oues meas,& ter dixit vt paſceret,verbo.ſ.& exemplo & temporali ſubſidio. Et ſubdit ad
quẽ debeant cõuerti.⌊Ad te dñe clamabo.⌋Nullus eñ poteſt auxiliari niſi tu.2.Paralip.20.Cũ
ignoramus quid agere debeamus,hoc ſolũ habemus reſidui,vt oculos dirigamus ad te. Et cau-
ſam clamoris ſubiungit,⌊quia ignis⌋hoc eſt,vaſtatio hoſtis,⌊comedit ſpecioſa deſerti,⌋gloſſa,
plana campoꝝ aut prata vel quælibet loca herbis virẽtia quæ paſcua dabãt iumẽtis. Et hic ignis
ignem libidinis ſignificat,qui comedit deſertũ à gratia & omnẽ conſumit virtutis virorẽ. Iob.21
Ignis eſt vſq; ad perditionem deuorãs,& omnia eradicans genimina,⌊& flamma,⌋quæ lucens
eſt,& malũ opus ſignificat in propatulo factum,⌊ſuccendit omnia ligna regionis,⌋eos.ſ.qui in
ſeculo videbãtur virentes. Iudicũ.vlt. Dabit ignem & vermes in carnes eoꝝ,vt vrantur & ſen-
tiant vſq; in ſempiternum,⌊ſed & beſtiæ agri,⌋hoc eſt,agreſtes,qui ſignant laicos,⌊quaſi area
ſitiens imbrem,⌋ſupple ſanæ doctrinæ & gratiæ. Hiere.14. Maiores miſerũt minores ad aquam
& venerunt ad hauriendum & nõ inuenerunt aquam,reportauerunt vaſa ſua vacua,confuſi ſunt
& afflicti,⌊ſuſpexerunt ad te,⌋petentes.ſ.gratiam. Eſaiæ.37. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpitien
tes in excelſum. Pſal.41. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquaꝝ,ita deſiderat anima mea ad te de-
us,⌊quoniam exiccati ſunt fontes aquaꝝ,⌋literalis ſenſus planus eſt,ſpiritualiter autem fon-
tes aquarum ſunt doctores ſcripturarum,qui licet habeant officium,tamẽ doctrina non fluit ab
*Doctores eccſiæ fontibus conferuntur* eis.3.Regum.17. Poſt dies aliquãtulos ſiccatus eſt torrẽs,nõ eñ pluerat ſuper terrã,⌊& ignis de
uorauit ſpecioſa deſerti,⌋ignis.ſ.incentiuum vitioꝝ deuorauit viridia & ſpecioſa eorum qui de-
ſerti ſunt à gratia & cultura ſanctoꝝ & angelorum. Pſal.49. Ignis in cõſpectu eius exardeſcet & E
deuorabit in circuitu eius inimicos eius.

¶In capitulum ſecundum enarratio.

CAnite tuba.⌋Hic vocat ad pœnitẽtiam. Et diuiditur in tria. Primo eñ ponit ter
rorem hoſtiũ,vt concutiantur corda. Secũdo docet pœnitẽtiæ modũ pro impe-
tranda venia,ibi,Nunc ergo dicit deus,cõuertimini. Tertio reſpondet pœniten
tibus verba conſolatoria,ibi,Zelatus eſt dñs terram ſuam. In primo duo ſunt.ſ.
propoſitio terroris,& cõcluſio ex hoc,ꝙ magna & terribilis erit iudicij dies,ibi,
Magnus eñ dies. In primo ex duodecim ſumit terrorẽ,quæ per ordinẽ dicentur
in litera. Dicit ergo,ex quo tot mala ventura ſunt per erucam & brucũ,locuſtã & rubiginẽ,ergo
ſupple ⌊Canite tuba,⌋vel ꝑdicatores vel angeli vocantes ad iudiciũ. Oſee.8. In gutture tuo ſit
tuba. Eſaiæ.58. Quaſi tuba exalta vocem tuam,⌊in Sion,⌋vt.ſ.in Sion cõgregentur ad plangẽ-
dum. Pſal.136. Sedimus & fleuimus,dum recordaremur tui Sion. Threñ.1. Viæ Sion lugent. In
eccleſia eñ plangendum eſt,& extra Sion planctus non exauditur,⌊Vlulate in monte ſancto
meo,⌋templo.ſ.pro amiſſo regno & ſacerdotio. Eſaiæ.2. Dies domini ſuper omnes montes ex
celſos,& ſuper omnes colles eleuatos. Threñ.vlt. Propter montẽ Sion quia diſperijt,vulpes am
bulauerũt in eo,ſicut & in eccleſia ſublimitas ſpeculationis & altitudo ſanctitatis diſperierũt,⌊cõ-
turbentur⌋ad pœnitẽtiam.ſ.⌊omnes habitatores terræ⌋.i.terræ dilectores.2.ad Corint.7. Et
ſi ad horam cõtriſtaui, nũc gaudeo,nõ quia contriſtati eſtis,ſed quia contriſtati eſtis ad pœniten
tiam. Eſaiæ.24. Commotione cõmouebitur terra,agitatione agitabitur terra,cõfractione con
fringetur terra. Pſal.59. Commouiſti terram & cõturbaſti eam,ſana cõtritiones eius, quia com- F
mota eſt. Eſaiæ.24. Formido & fouea & laqueus ſuper te,qui habitator es terræ. Et ſubdit ſecun-
dum paragraphũ,in quo huius fletus dicit cauſam,⌊quia venit dies dñi,⌋iudicij.ſ.quod triplici-
*Iudicium dei tripliciter exercet* ter exercet,tẽporaliter.ſ.per hominẽ hoſtẽ,æternaliter in anima,in morte cuiuſlibet,per hoſtem
dæmonẽ,& vniuerſaliter in die iudicij per exercitũ dæmonũ & angeloꝝ. Abacuc.2. Veniẽs ve
niet & nõ tardabit. Prouer.6. Zelus & furor viri nõ parcet in die vindictę,⌊qa prope eſt,⌋gloſ-
ſa,nõ differtur. Eſaiæ.14. Prope eſt vt veniat tempus eius & dies eius nõ elongabũtur. Iacobi.5
Iudex ante ianuam aſſiſtit. Et deſcribit mala diei,⌊dies tenebraꝝ,⌋priuans.ſ.luce gaudij. Hiere.
4. Aſpexi cœlos & nõ erat lux in eis,hoc eſt,qui in ſublimitate cœleſti ambulabant & in mundo
fulgebant,⌊& caliginis,⌋caligo dicitur obſcuritas denſa aeris,quæ fit ex puluere terreſtri incenſo
per modũ nubis eleuato,& ſignificat fumũ peccatoꝝ qui tũc eleuatur ante iudicẽ. Iob.3. Obſcu-
rent eum tenebræ & vmbra mortis, occupet eũ caligo & inuoluatur amaritudine. Sap.17. Vna
cathena tenebraꝝ omnes concluſi erant. Exodi.10. Sint tenebræ tam denſæ vt palpari queant.
Dicitur etiam tenebraꝝ propter ignorãtiam,quia pręuideri nõ poteſt. Iob.3. Viro cuius abſcon
dita eſt via,& circumdedit eum deus tenebris. Caliginis autem dicitur,quia neſcit homo quam
ſentẽtiam reportabit. Eccles.9. Neſcit homo vtrũ odio vel amore dignus ſit,⌊dies nubis.⌋Nu-
bes hic dicitur obſcuritas irati iudicis,ex qua in peccatores tonitrua cõminationũ, grandines ma
ledictionũ & fulgura ſentẽtiarum procedũt. Sapiæ.5. Ibunt directæ emiſſiones fulguꝝ & tanquã
habenæ curuato arcu nubium exterminabũtur,& ad certum locũ inſilient,& à petroſa ira plene
mittẽtur grandines,⌊& turbinis,⌋turbo hic dicitur ſentẽtia inuoluens & rapiens & in pœnã tra-
hens.

A hens. Naum. 1. Dominus in tempeſtate & turbine viæ eius. In tempeſtate, quantũ ad iram, In tur-
bine, quantũ ad ſentẽtię inuolutionẽ. Et ſubdit qualiter om̃es operiet, ⌊quaſi mane expanſum ſu
per montes⌋ quod dicit, exponitur à Hieronymo ſic: Radius matutinus citius tangit montes, &
paulatim creſcens etiam campos illuſtrat, & ſic claritas iudicij domini à ſublimibus incipit. Sapię
ſexto: Potentes potẽter tormẽta patient, & ſic vſq; ad plana ſubditorũ deſcendit. Hiere. 4. Vidi
montes & ecce mouebant, & omnes colles conturbati ſunt. Alia expoſitio eſt, ꝙ mane dicat ma
tutina nebula, quæ cacumina montiũ operit, & tenebris inuoluit. Sic em̃ tunc tenebris triſtitiæ in-
uoluentur peccatores. Oſee quinto: Quaſi rhete expanſum ſuper Thabor. Vnde Eſaię. 13. Super
montem caliginoſum leuate ſignum, mons caliginoſus dicitur caligine oppreſſus. Et in tertio pa
ragrapho ſubdit eorũ quæ de die dixit explanationẽ, ⌊populus multus⌋ exercitus. ſ. Chaldæo-
rum, vel dæmonũ, vel etiã angelorũ bonorũ, qui miniſtrabũt in iudicio. Abacuc. 1. Ecce ego ſuſ-
citabo Chaldæos gẽtẽ amarã & velocẽ ambulãtẽ ſup latitudinẽ terræ, ⌊& fortis⌋ cui nullus reſi
ſtat. Abacuc. 1. Dñe in iudiciũ poſuiſti eũ & fortẽ, vt corripes fundaſti eũ, hoc ẽ, tu poſuiſti vt iudi
ciũ tuũ p eũ exerceres, & fortẽ fundaſti eũ vt pctõres p eũ corripes, ⌊ſimilis ei nõ fuit à principio⌋
in fortitudine. ſ. ante Chaldæos em̃ & Aſſyrios nulla fuit ſimilis fortitudo. Silr dæmonũ fortitu Dæmonis
dini nihil cõparat in inferioribus. Iob. 41. Nõ eſt poteſtas ſup terrã quę poſſit ei cõparari, q factus magna eſt
eſt vt nullũ timeret. Eſa. 19. Tradã Aegyptũ, hoc eſt, pctõres in manu dñorũ crudeliũ & rex for- fortitudo
tis dominabit eorũ, ⌊& poſt eũ nõ erit⌋ nõ ſimpliciter, ⌊ſed vſq; in annos gñationis⌋ Mœdorũ
. ſ. & Macedonũ, ⌊& gñationis⌋ ſupple Romanorũ, p quos oẽs dæmones ſignant. Matth. 12. Ge
B neratio mala & adultera. Prouer. 30. Gñatio q̃ pro dẽtibus habet gladios & cõmandit molaribus
ſuis vt comedat inopes de terra & pauperes ex hoĩbus. Et in quarto paragrapho oſtendit de effe-
ctu, ⌊ante faciẽ eius⌋ hoc eſt, ante pſentiã eius iudicis. ſ. & exercitus, ⌊ignis vorãs⌋ Hieronym⁹
quia quicq̃d attigerit quaſi vorax flãma cõſumit. Pſal. 69. Ignis ante ipſum pcedet & inflãmabit
in circuitu inimicos eius. Eſa. 30. Ardẽs furor eius, & grauis ad portandũ, ⌊& poſt eũ exurens flã
ma⌋ Ribaldorũ em̃ & nebulonũ multitudo ſequi cõſueuit, quæ quæq; vilia tollit, q̃ exercitus di-
miſit. Eſa. 33. Erũt populi quaſi de incẽdio cinis, ſpinæ cõgregatæ igni cõburentur. Matth. 13. Col
ligite primũ zizania per faſciculos ad cõburendum. Pſal. 105. Flamma cõbuſſit pctõres, ⌊quaſi
ortus voluptatis⌋. ſ. in amęnitate viridium, pulchritudine florũ, & vbertate fructuũ, ⌊terra⌋ ſup
ple fuit diſpoſita, ⌊coram eo⌋ hoc eſt, anteq̃ exercitus veniret, ita ꝙ nullius rei indigẽtia fuit in
terra. Gene. 3. Vniuerſa irrigabat ſicut paradiſus. Cantic. 5. Emiſſiones tuę paradiſus. Ortus enim
voluptatis paradiſus eſt. Vnde Gene. 2. ſecundum tranſlationẽ ſeptuaginta, plantauerat domi-
nus deus paradiſum in eden, eden delitiæ interpretat, ⌊& poſt eum,⌋ exercitũ. ſ. Chaldæorũ vel
dæmonum, ⌊ſolitudo deſerti⌋ ſupple eſt om̃ibus depopulatis. Hiere. 4. Aſpexi terrã, & ecce va-
cua erat & nihili. Pſal. 106. Terrã fructiferã in ſalſuginẽ à malitia inhabitantiũ in ea. Eſa. 6. Ter-
ra relinquet deſerta, & longe faciet dñs hoĩes, ⌊neq; eſt q effugiat eum⌋ iudicẽ. ſ. & exercitum. Iudiciũ dei
Amos. 1. Peribit fuga à veloce, & fortis nõ obtinebit virtutẽ ſuã. Et ſubdit quintũ paragraphum nullus effu
de fremitu, ⌊quaſi aſpectus eq̃rũ⌋ ſupple erit. Proue. 19. Sicut fremitus leonis, ita & ira regis. Hie- giet.
remiæ octauo: A Dan auditus eſt fremitus equorũ eius, à voce hinnituum pugnatoris eius com-
mota eſt omnis terra. Abacuc. 3. In fremitu cõculcabis terrã, in furore obſtupefacies gẽtes. Frẽ-
C dentes em̃ & frementes & Chaldæi & dæmones irruunt in peccatores. Eſa. 5. Et frendet & te-
nebit prædã, & amplexabit & non erit qui eruat. ⌊& quaſi equites⌋ ſupple ſuper veloces equos
aſcendentes, ⌊ſic current⌋ de loco. ſ. ad locum, vt omnia capiant. Abacuc primo: Diffundentur
equites eius. Equites nanq; eius de longe venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendũ.
Et ſubdit ſextum paragraphum de tumultu quadrigarum portantium cibos & arma. ⌊Sicut ſo
nitus quadrigarum⌋ ſupple ſonat, ita. ſ. ſonabant, ⌊ſuper capita montium⌋ quia etiam altiſſima
& munitiſſima loca operient, nec locus eſt quem non capiant, vnde glorians dicit, Eſaiæ triceſi-
moſeptimo: In multitudine quadrigarum mearum ego aſcendi altitudinem montium iuga ly-
bani. Hoc etiam competit diabolo, cuius quadriga eſt peccatum, cordis, oris, operis & conſuetu-
dinis, qua capita montium, hoc eſt, ſuperborum aſcendit. Eſaiæ quinto: Qui trahitis iniquita-
tem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. De montibus autem dicitur Iob
viceſimooctauo: Subuertit à radicibus montes, ⌊exilient,⌋ de loco ſuo, ſcilicet ad locum more
locuſtarum, vt dicit Hieronymus: Saliet quaſi ceruus claudus, ⌊ſicut ſonitus flammæ ignis⌋ qui Eſa. 35
ſimilis eſt tonitruo, quando enim ex re combuſta vapor terreſtris egreditur cum impetu flam-
mam percutit, & tumultũ ad modum tonitrui facit, & ita in tumultu venit ille exercitus, ſiue ho
minum, ſiue dæmonum. Eſaiæ quinto: Sonabit ſuper eum in die illa, ſicut ſonitus maris. Eccle-
ſiaſtici quadrageſimotertio: Vox tonitrui eius verberauit terram, ⌊deuorantis ſtipulam⌋ ſtipu-
la dicuntur peccatores, quia apti ſunt igni. Eſaiæ capite primo. Erit fortitudo veſtra, vt fauilla
ſtuppe, & opus veſtrum quaſi ſcintilla & ſuccendetur vtrumq; ſimul, & non erit qui extinguat.
Et ſeptimo ſubiungit de inſtructione ad bellum.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⌞velut populus fortis⌟ fortitudine.ſ.vtens pro iure.Sapiæ.2. Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ, D
quod enim infirmum eſt inutile inuenitur,⌞præparatus ad prælıū⌟ hoc eſt,omnibus armis & ꝓ-
paramentis inſtructus,ſicut eſt ars bellica & exercitiū & huiuſmodi.Iob.39.Procul odorat bellū,
exhortationem ducū & vlulatum exercitus.1.Reg.17.Hic vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.Et
ſubdit octauo paragrapho de cruciatu,⌞à facie eius⌟ hoc eſt,à præſentia eius, ⌞cruciabuntur po
puli,⌟ vnde de locuſtis.Apoca.9.dicitur:Cruciatus eoꝝ vt cruciatus ſcorpionum cum percutit
hominem,& in diebus illis quærent mortem & non inuenient eam, & deſiderabunt mori & fu-
giet mors ab eis, ⌞omnes vultus redigentur in ollam⌟ Loquitur hoc ad modum locuſtarum,
vt dicit Hieronymus, quæ quando eleuantur, irruunt in facies hominū & dimordentes vultum,
luridam nigredinem inducunt,ac ſi facies lepra combuſta ſit.Eſaiæ decimotertio. Facies cōbu-
ſtæ vultus eorum. Quod ſpiritualiter dæmones in anima faciunt, imaginem dei deformantes.
Threñ.quarto:Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.Et ibidem:Filij Sion inclyti amicti
auro primo,quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli. Et ſubiungit nono de
impetu,⌞ſicut fortes current⌟ Fortes dicit,qui non laſſantur.Eſaiæ quinto:Ecce feſtinus velo-
citer veniet,non eſt deficiens nec laborans in eo,neq; dormitabit neq; dormiet.Dæmonem ſem
per diſcurrit ad nocendum,ſicut & tyrannus,⌞quaſi viri bellatores,⌟ hoc eſt, ſcientes bellum &
audaces,⌞aſcendent murum⌟ hoc eſt,munitiones ſpirituales & corporales. Eſaiæ viceſimoſe-
cundo:Dies interfectionis & cōculcationis & fletuum à domino deo exercituum in valle viſio-
nis ſcrutans muris,& magnificus ſuper mōtem.Hieremiæ vltimo:Totum murum per circuitū
Hieruſalem deſtruxit cunctus exercitus Chaldæorum.Et ſubiungit decimo de ordine pugnan- E
tium,⌞viri⌟ viriles.ſ.⌞in vijs ſuis gradientur⌟ ordinate.ſ. vt quilibet locum ſuum cuſtodiat,ne
exercitus diuidi poſſit.Iob quadrageſimoprimo:Corpus ſuum quaſi ſcuta fuſilia ſquamis ſeſe ꝓ-
mentibus vna vni coniungitur,& ne ſpiraculum quidem incedit per eas.⌞Et non declinabunt à
ſemitis ſuis⌟ Semitę dicuntur officia militum in exercitu.ſ.vt ſagittarius ſuum cuſtodiat officiū
ſatelles ſuum,dux ſuum,& miles ſuum.Hieremiæ quadrageſimoſexto:Cum exercitu propera-
bunt,& cum ſecuribus venient ei,⌞vnuſquiſq; fratrem ſuum non coartabit⌟ impediendo.ſ.ſed
promouebit ad bellum,propter quod dicit.Matthæi duodecimo,& Lucæ vndecimo, ꝙ Sata-
nas in Satanam non eſt diuiſus,quia ſicut hic dicit Gloſſa,in hoc ſe promouent, ꝙ ad peccatū in-
ducant.Et hoc eſt quod ſequitur.⌞Singuli in calle ſua ambulabant.⌟ Gloſſa proprium implen-
tes officium,quæ officia non ſunt niſi impugnationis & tentationis.Dicit Hieronymus,ꝙ hæc e-
tiam faciunt locuſtæ ordinate volando,& vias ſuas cuſtodiendo.Prouer.30. Regem locuſta non
habet,& egreditur vniuerſa per turmas.Propter quod dicitur Canticorum ſexto:Terribilis vt
caſtrorum acies ordinata.Et ſubiungit vndecimo auiditatem ad prædam,⌞ſed & per feneſtras
cadent⌟ non expectantes.ſ.oſtij apertionem,⌞& non demolientur,⌟ paſſiue.ſ.hoc eſt,demoli-
tionem ex caſu non ſentient auiditate rapiendi.In ſpirituali autem impugnatione,feneſtræ ſunt
apertiones ſenſuum.Hieremiæ nono:Intrauit mors per feneſtras noſtras,ingreſſa eſt domos no
ſtras,⌞vrbem⌟ ſupple munitā,⌞ingredientur⌟ quaſi ſine obſtaculo.Hieremiæ quarto:Ingreſſi
ſunt ardua & aſcenderunt rupes,vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt,munimenta enim huiuſmodi ca-
pit diabolus,quando etiā verticem rationis expugnat.Eccl'es.9.Eſt ciuitas parua & pauci in ea vi F
ri,venit contra eam rex fortis & obſedit eam.⌞In muro currēt⌟ ad murū.ſ.diſſipandū, qui mu-
rus ſignificat munimenta ſanctorum patrū & præceptoꝝ.Threñ.2. Præcipitauit oīa mœnia
eius diſſipauit munitiones eius, ⌞per feneſtras intrabūt quaſi fur⌟ Hieronymus,ſicut fur intrās
per feneſtras ſolet occulte rapere,ſic illi clauſis ianuis nō timore,ſed præcipitati audacia, ꝑ fene-
ſtras auiditate diripiendi intrāt.Iohan.10.Qui nō intrat ꝑ oſtiū,ſed qui aſcendit aliunde,ille fur
eſt & latro.Iſtū modū,vt dicit Hieronymus,etiā locuſtæ tenēt,ſicut dicit Exod.10. Et ſubiūgit
duodecimo:De multitudine q̃.ſ.terrā mouet & cœlū claudit, ac ſi nube ſpiſſiſſima obuolutū ſit,
⌞à facie eius⌟ hoc eſt,à pręſentia eius,⌞cōtremuit terra⌟ hoc ē,terreni,⌞moti ſunt cœli⌟ hoc ē,
cęleſtes.i.ſancti.Eſa.13.Sup hoc cœlū turbabo & mouebit terra de loco ſuo.Hiere.2.Obſtupeſ-
cite cœli ſup hoc,⌞ſol & luna obtenebrati ſunt⌟ nō luminis amiſſione,vt dicit Hieronymus,ſed
quādo locuſtæ de loco ad locū tranſeunt ſua multitudine ſolent radios ſolis à terra excludere,&
terram quaſi nubes obumbrare,& ita vult ꝙ tantus fuerit exercitus,ꝙ puluis eleuatus, quaſi nu-
bes impedit ſolē & lunā lucere ſuper terrā.Vel, ſol & luna tegitur,qñ nulla claritas gaudij in ma
ioribus vel minoribus inuenit.Eſa.34. Cōplicabunt ſicut liber cœli, & oīs militia eoꝝ defluet,ſi-
cut defluit foliū de vinea.Apoca.9.Obſcuratus eſt ſol & aer,de fumo putei exierūt locuſtæ in ter
ram,⌞& ſtellæ retraxerūt ſplendorē ſuū⌟ ex ſimili cauſa.Stellæ aūt dicūtur ſingulares pſonæ cla
ritatem dignitatis in populo habētes q̃ ſplēdorē hūc retraxerūt,vel tētatione diaboli, vel angu-
ſtia hoſtis & tyranni.Eſaiæ decimotertio:Stellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen
ſuum obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo,& luna non ſplendebit in lumine ſuo.Apocalypſis ſexto:
Sol factus eſt niger tanq̃ ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis, & ſtellæ de cœlo
ceciderunt ſuper terram.His omnibus adiungit adiutorium diuinum,quia etiam deus cū inimicis
pugna-

Imago dei deformatᷓ in homine per pctm̄.

Dæmones cōmuni cō ſpiratiōe inſidiātur hominibus.

A pugnabit contra eos,⌞& dominus dabit vocem ſuam⌟ præcepti.ſ.comminationis & terroris.
Amos.1.Dominus de Sion rugiet,& de Sion dabit vocem ſuam. Pſal.17.Intonuit de cœlo do-
minus,& altiſſimus dedit vocem ſuam. Terribilis enim vox eſt,quando præcipit hoſti ꝙ impu-
gnet,& miſer peccator terretur,ne reſpicere audeat. Et hoc eſt quod ſequitur,⌞ante faciem exer Creatura
citus ſui,⌟ Gloſſa,dæmonū qui ſunt caſtra dei,quia etiā ei nolentes militant. Iob.37. tonat deus oīs armat
voce ſua mirabiliter,⌞quia multa ſunt nimis caſtra eius,⌟ dei.ſ.ad ſubuertendos peccatores. Sa- ad vindictā
pientiæ.5.Accipiet armaturam zelus illius,& armabit creaturam ad vltionem inimicoꝝ. Et ibi- peccatoꝝ.
dem:Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos,⌞quia fortia,⌟ ex ſententia diuina cō-
fortata.Et ideo dicuntur nimis fortia,quia omnibus præualentia. Luc.11. Dum fortis armatus cu
ſtodit atrium ſuum,in pace ſunt oīa quæ poſſidet. Threñ.1.Facti ſunt filij mei perditi, quoniā
inualuit inimicus,⌞& facientia verbum eius⌟ hoc eſt domini,non enim ſine obedientia etiā dæ
mones ſuper homines habent poteſtatē,ſicut patet Iob.1.&.2. Pſal.102. Benedicite domino oēs
angeli eius potētes virtute ad faciendā vocē ſermonum eius. Ex omnibus his concludit. ⌞Ma-
gnus eñ dies dñi⌟ iudicij.ſ. Magnus autem dicitur virtute conſtringēdi inimicos. Naum.1. Dies
magna & amara valde. Et hoc eſt quod ſequitur. ⌞Et terribilis valde⌟ propter ſententiā condē-
nationis. Heb.12. Ita terribile erat quod videbat, ꝙ Moyſes dixit: Exterritus ſum & tremebun-
dus,⌞& quis ſuſtinebit eum.⌟ Malach.3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius,& quis ſta-
bit ad videndum eum:de proprijs.ſ.meritis habens fiduciā. ¶⌞Nunc ergo dicit dominus⌟ Inui-
B tat hic ad pœnitentiam,& dicit,duo.ſ.quare & qualiter conuertendi ſint & ad quem. Secūdo,q̄
generaliter & quàm inſtanter ſit petenda venia,ibi,Canite tuba. In primo dicit quinqꝫ, primo
& ſecundo adiungit cauſam,quare ad deum conuertendi ſint. ⌞Nunc ergo in toto corde veſtro
conuertimini⌟ Conuertimini dicit,quia nō vult mortem pctōris. Ecci.12. Altiſſimus odio habet
peccatores. Et miſericors eſt pœnitentibus. Ezech.33. Quare moriemini domus Iſrael,quia nolo
mortem peccatoris,ſed vt conuertatur & viuat,⌞ad me⌟ miſericordem.ſ. Hiere.15. Si conuerte
ris Iſrael ad me,conuertere,ait dominus: Peruerſus eſt enim qui ad dominū non eſt conuerſus.
Ezech.3. Ipſi conuertentur ad te & tu non conuerteris ad eos. ⌞In toto corde veſtro,⌟ vt cor Conuerſio
veſtrū ſit totū,idqꝫ quadrupliciter.ſ.vt ſit indiuiſum,integrū,perfectum,& omnia ſua intra ſe cō peccatoris
tinens,indiuiſum ad deū adunatum Oſee decimo: Diuiſum eſt cor eorum,nunc interibunt. In- ad deū ſit
tegrum in nulla parte per peccatum confractum. Et hoc intendit apoſtolus. Philip.vlt. vt inte- ex toto cor
ger veſter ſpiritus & anima & corpus ſeruetur,perfectū perfectione charitatis & virtutis.2. Ma- de.
chab.1.Faciatis eius voluntatem corde magno & animo volēti,omnia intra ſe habēs,motum.ſ.&
ſenſum,& vitæ principiū & totū ordinē corporis. Matth.22. Diliges dñm deum tuū ex toto cor-
de tuo. Corde autem dicit,vt de profundis viſceribus fiat conuerſio,profundiſſimum eñ eſt cor
Vnde etiā in pſal.129. dicit: De profundis clamaui,quādo ex profundis pœnitēs nō cōuertitur
inanis ac ficta reputat pœnitentia. Cor etiā ex fortiſſima carne eſt, & multis neruis ligatum. In
C quo notatur,ꝙ fortiſſime teneat conceptā conuerſionē, & fortiſſime ſit alligatus deo, quaſi im
poſſibilis ad ſeparationem,de primo, Ecci.21. Cor fatui quaſi vas confractū,omnem ſapientiam
non tenebit. De ſecūdo, Acto.20. Alligatus ſpiritu vado in Hieruſalē. Eſa.8. Liga teſtimonium,
ſigna legem in diſcipulis meis. Veſtro aūt dicit,nō alieno,ſicut hi qui ore conuertuntur, & corda
eorum vagant circa diuerſa,vel veſtro dicit,vt faciamus quod in nobis eſt. Prouer.23. Præbe fili
cor tuum mihi,⌞in ieiunio⌟ Gloſſa,vt in futuro ſaturemini. Bernardus: Nō magnū eſt vt vēter
ieiunet vſqꝫ ad rugitū, qui ſæpe repletus eſt vſqꝫ ad vomitū.2.ad Corinth.11. In ieiunijs multis. Ieiuniū pœ
Ieiunio eñ mortificant peſtes corpis,vt dicit Beda. Pſal.34. Ego aūt cū mihi moleſti eēnt,indue nitēti & vti
bar cilicio, & in ieiunio humiliaui animā meā, hoc ē,animalitatē meā. Matt.17. Hoc genus dæ le eſt & ne
monioꝝ nō eijcit,niſi in ieiunio & orone. Vnde Niniuitæ ieiunio propitiationē inuenerūt. Ionæ ceſſarium.
tertio.& Leuitic.16. dicitur: Affligetis animas veſtras ieiunio. Et illa dies vocabat propitiatiōis,
quia in ieiunio propitiatio dei inueniebat,⌞& fletu⌟ Gloſſa,vt in futuro rideatis. Iohan.16. plo-
rabitis & flebitis vos. Matth.5. Beati qui lugent. Luc.6. Beati q nunc fletis,qa ridebitis. Threñ.1.
Lachrymæ eius in maxillis eius,⌞& in planctu⌟ Gloſſa,vt in futuro conſolemini. Planctus aūt
eſt compoſitū lamentū ex vocibus querulis,ſignificantibus cauſas doloris. Hiere.6. Luctū vnige
niti fac tibi planctū amarꝫ. ⌞Et ſcindite corda veſtra⌟ ſcinditur q̄d violēter & difficulter ſeparat,
& ita vult,ꝙ violētiā faciamus nobis, vt cor ſeparetur à delectabilibꝰ pctōꝝ pteritoꝝ. Et hoc
eſt idē ꝙ contritio cordis,qñ.ſ.in minima ſcindit cor, & vbiqꝫ ſeparatur à peccato. Hiere.quar-
to: Ventrem meum,ventrem meum doleo,ſenſus cordis mei turbati ſunt in me. Venter cordis
dicitur memoria peccatorum quæ dolore plena debet eſſe & ſciſſionibus,& cor debet eſſe turba-
tum in omni ſenſu vitæ. Vnde Gloſſa: Scindite,hoc eſt,aperite corda veſtra per confeſſionem.
Corda enim quaſi vtres ſunt plena peccatis,& niſi ſciſſa fuerint ſponte rumpentur,⌞& nō ve-
ſtimenta veſtra⌟ Mos Iudæorum erat tēpore triſtitiæ ſcindere veſtimēta, & hoc hic interdicit,
ne in exteriori apparatu tantū pœnitere videātur q̄d hypocritaꝝ eſt. Matth.6. Extermināt eñ
facies ſuas vt videant hominibus ieiunantes. Quidam dicunt, ꝙ veſtimēta virtutū nō ſunt ſcin-
denda,

dẽda. Eccl'es. 9. Omni tpe veſtimẽta tua ſint candida. Et hæc expoſitio non eſt ad propoſitũ. Et D
ſubdit ad quem conuertantur. ⌊Et conuertimini⌋ ſic ſupple ⌊ad dominum deum veſtrũ,⌋ ad
dñm remuneratorẽ. ſ. quia diues eſt. Romañ. 10. idem dñs omniũ diues in omnes, qui inuocãt il-
lum, deum propitiatorẽ. Micheæ. 7. Quis deus ſimilis tui qui aufers iniquitatẽ, noſtrũ aũt bene-
factorem. Heb. 11. Non confunditur deus, vocari eoꝝ deus. Et ſubdit cauſam quare ad dñm cõ-
uerti debeant, ⌊quia benignus⌋ Ariſtoteles in magnis moralibus dicit, quod bonitas & benigni-
tas non ſunt virtutes, ſed diſpoſitiones ad virtutẽ, bonitas enim eſt cordis diffuſio in omni placẽ-
tia boni, benignitas autem eſt quando per ignem amoris bonũ eius largefluit in alia. Vnde dici-
tur benignitas quaſi bona igneitas. Deuter. 4. Deus noſter ignis conſumẽs eſt. Roma. 2. An igno
ras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Bonus enim & benignus eſt in ſeipſo. Et
ſubiungit qualis ſit ad nos, ⌊& miſericors eſt⌋ effectu. ſ. in miſerie ablatione, ſtatim enim aufert
miſeriam ab afflictis. Iacobi. 2. Superexaltat miſericordia iudicium & in ira non obliuiſcitur mi-
ſericordiæ. Pſal. 76. Aut obliuiſcetur miſereri deus, aut continebit in ira miſericordias ſuas. Aba-
cuc. 3. In ira miſericordiæ recordaberis, ⌊patiens⌋ diſſimulãdo. ſ. peccata hominum & expectã-
do ad pœnitentiam. Eccleſiaſtici quinto: Altiſſimus eſt patiens redditor. Auguſtinus, quid faciet
de illo deſuper inſpectore quem latere nihil poteſt, qui tanto videt patientius, quanto ſapiẽtius?
Nec dicitur patiens, ꝙ paſſio cadat in ipſum, ſed ꝙ exhibet patientis effectum, ⌊& multæ miſeri-
cordiæ⌋ hoc eſt, multiplicis, quæcũq; enim peccata ſint, dimittit, & non vno bono, ſed multipli
cibus exornat. Eſa. 55. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas & reuer-
tatur ad dominum, & miſerebitur eius, & ad deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendũ. E
Ionæ quarto: Scio, quia tu deus clemens & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis & ignoſ-
cens ſuper malitia. Et hoc eſt quod hic ſequitur, ⌊& pręſtabilis ſuper malitia⌋ hoc eſt, facile prę-
ſtans veniam ſuper malitia præterita, ei qui vere eſt pœnitens. Lucæ ſeptimo: Dimiſſa ſunt ei
peccata multa, quoniam dilexit multum. Mich. ſeptimo: Deponet omnes iniquitates noſtras, &
proĳciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Hieremiæ triceſimoprimo: Propitiabor
iniquitatibus eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. Et ſubdit de ſolicitudine tardæ
conuerſionis, & eſt ac ſi dicat illud Eſa. 55. Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum
dum prope eſt. Et illud Eccleſiaſtici quinto: Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de
die in diem. Si enim tardaueris & deum quæſieris, quando longe eſt quis ſcit ſi cõuertatur ab ira,
ſcilicet ad miſericordiam. Licet enim verum ſit quod dicitur, Ezech. decimooctauo, ꝙ quacũq;
die peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor, tamen valde incertum eſt,
vtrum ei qui pœnitentiam differt vſq; ad vltimam ætatem, vel infirmitatem, deus gratiam ge-
mendi dare velit. In tali enim caſu dicit Gregorius, ꝙ qui non vult cum poterit, iuſtum eſt vt in-
fligatur ei non poſſe cum voluerit. Prouerb. 1. Quia vocaui & rennuiſtis, extendi manum meam
& non fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſilium meum & increpationes meas neglexiſtis,
ego quoq; in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo, cum vobis ꝙ timebatis aduenerit, ⌊& ignoſ-
cat deus⌋ hoc eſt, quis ſcit ſi ignoſcere velit, quia quàmuis certum ſit, ꝙ contrito ignoſcat, tamẽ
incertum eſt, vtrum aliquis vere contritus ſit. Eccleſiaſtici ſeptimo: Videbit ꝙ corrigi non poſ- F
ſit quem ille deſpexit. 2. Machabæorum. 9. Orabat ſceleſtus dominũ, à quo non erat miſericor-
diam conſecuturus. Vnde Geneſis quarto: Cain quidem obtulit, ſed deus ad munera ſua nõ reſ-
pexit. Et Numer. 16. Moyſes de quibuſdam dixit, ne reſpicias ad ſacrificia eorum, ⌊& relinquat
poſt ſe benedictionem⌋ hoc eſt, quis ſcit ſi deus poſt tardationem pœnitẽtiæ relinquat benedi-
ctionem & non maledictionem. Indignus enim benedictione videt, qui motioni diuinæ nõ ſta-
tim obtemperat. Prouerbiorum primo: Tunc inuocabunt & non exaudiam, mane conſurgẽt &
non inuenient me. ⌊Sacrificium & libamen domino deo noſtro⌋ hoc eſt, quis ſcit ſi talem dabit
benedictionem, per quam efficiamur ſacrificium & libamen domino deo noſtro. Sacrificiũ per
contribulatum cor, libamen autem per dulciſſimũ guſtum virtutis. Quibuſdam enim dicit Ma-
lach. 1. Non eſt mihi voluntas in vobis, & munus nõ ſuſcipiam de manu veſtra. Iob vlt. Iratus eſt
furor meus in te & in duos amicos tuos. Et poſt pauca dicit, ꝙ non recipiet ſacrificium ab eis.

¶ ⌊Canite tuba in Sion⌋ Poſtquam dixit, qualiter pœnitendum eſt, ſubiungit de generalitate
pœnitentium, & qualiter à delitĳs abſtinendum ſit, & qualiter plangendum, & quid in planctu
dicendum. Et iſta ſunt quæ hic dicuntur per ordinem. ⌊Canite tuba in Sion⌋ accuſatiui caſus,
hoc eſt, in Sionem, vocando. ſ. vt ante dominum plangant, in Sion eñi ſiue in eccleſia planctus
auditur & nõ extra. Pſal. 86. Diligit dominus portas Sion, ſuper omĩa tabernacula Iacob. ⌊San-
ctificate ieiunium.⌋ In præhabitis dictum eſt, quomodo ieiunium ſanctificatur confortatione
& munditia, & ibi dictum eſt, qualiter tuba canitur. Ionæ tertio: Prædicauerunt ieiunium & in-
duti ſunt ſaccis à maiore vſq; ad minorẽ. ⌊Vocate cœtũ⌋ Cœtus hic vocatur congregatio ma-
iorum, qui regebant populum, vt qui primi fuerunt in peccatis, primi etiam ſint in pœna. Gene.
49. Cõgregamini filĳ Iſrael, cõgregamini & audite Iſrael patrẽ veſtrũ. ⌊Cõgregate populũ⌋ nõ
tã in vnũ locum q̃ in vnum cor, vnde gloſſa, vt q diſperſus errauit à deo, congregatus in vnum

deo pla

Cõuerti ad deũ quãlis bet ſceleſt⁹ non dubitet.

Deus miſericors ẽ & patiens.

Conuerſio ad deũ per pœnitẽtiã nõ eſt differenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A deo placeat. Pſal. 49. Congregate illi ſanctos eius. Ambroſius ſuper Luc. 11. ſuper illud: Qui non
colligit mecum, diſpergit, Opus dei, congregare eſt: opus autem diaboli, diſpergere. ⌊Sanctifi-
cate eccleſiam,⌋ vt merito ſanctitatis eccleſiæ facilius impetretis. Ecci. 24. In plenitudine ſancto
rum detentio mea. Et ibidem: In plenitudine ſancta admirabitur, & in multitudine electorũ
habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. ⌊coadunate ſenes,⌋ Gloſſa, non tam ætate q̃
ſapientia, quorum. ſ. conſilio ſanctificationem ordinetis. Alia gloſſa, ſenes ætate iubentur aduna-
ri, vt ſaltem in extremo vitæ termino pœniteant, Maledicti eñ ſunt qui nec in extrema ſenectu
te reuertuntur. Eſaiæ. 65. Peccator centum annorum maledictus erit. 2. Paralip. 16. de Aza dici-
tur, ꝙ nec in infirmitate quæſiuit dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. Et poſt
pauca dicitur, quòd mortuus eſt in vnguentis meretricijs. ⌊Congregate paruulos,⌋ vel ætate
vel humilitate. Matth. 19. Sinite paruulos venire ad me, talium eſt enim regnũ cœlorum, ⌊& ſu-
gentes vbera⌋ vt ſcilicet merito innocentiũ vobis parcatur, vel eos dicit ſugentes, qui in contem
platione ſugunt vbera ſapientiæ. Gloſſa inducit hoc. 1. Petri. 2. Quaſi modo geniti infantes ſine
dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis. Et illud Pſal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeci-
ſti laudem. ⌊Egrediatur ſponſus.⌋ Hic oſtendit, ꝙ tempore pœnitentiæ abſtrahantur à delitijs Pœnitentibus etiã licita ſunt vitanda.
etiam licitis, vt facilius gratia impetretur. ⌊Egrediatur ſponſus de cubili ſuo,⌋ cubile à cubando
dicitur, eo ꝙ in eo ad amplexus cubatur. 1. ad Corinth. 7. Qui habent vxores, tanquam non ha-
bentes ſint. 1. Macha. 1. Omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebat in thoro maritali lu-
gebat, ⌊& ſponſa de thalamo ſuo,⌋ deliciæ enim in triſtitiam conuertendæ ſunt. Eccleſiaſtes. 3.
Tempus amplexandi & tempus longe fieri ab amplexibus. 2. Machabæorum. 3. Accinctæ mu-
B lieres cilicijs pectus per plateas confluebant, ſed & virgines quæ concluſæ erant procurrebant ad
Oniã. Et ſubdit de ſacerdotibus ſupplicantibus pro populo. In neceſſitate enim recurrẽdum eſt
ad patres, maxime ſpirituales. ⌊Inter veſtibulum & altare.⌋ Veſtibulum ante portã templi fuit,
in quo ſacerdotes ſacris veſtibus induti ad altare accedebant, vel veſtibulum eſt porticus veſtiẽs
murum, vt dicit Hieronymus. Altare autem duplex erat, altare interius quod erat altare incenſi,
& aliud extra templum quod erat altare holocauſtorum, & inter interius & exterius iacebant ſa-
cerdotes deprecantes pro populo, ⌊miniſtri domini,⌋ inferiores ſcilicet leuitæ, horum enim eſt
pro populo deprecari, quia ſuſcipiunt curam populi. Vnde Sapientiæ. 18. dicitur, ꝙ properans
homo ſine quærela, ſacerdos ſcilicet ſummus deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcu
tum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit irę, & finem impoſuit neceſſita
ti, propter quod etiam quidam ſacerdotes & miniſtri reprehenduntur. Ezech. 13. Non aſcendi-
ſtis ex aduerſo nec oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael. De bonis aũt ecõtrario dicitur. 2.
Machabæorum. 15. Hic eſt fratrum amator, hic eſt qui multum orat pro populo & pro ciuitate
ſancta Hieruſalem. Quid autem orantes dicant, ſubdit. ⌊Et dicent, Parce domine,⌋ fragilitati ſci
licet peccantium, ⌊& parce populo tuo,⌋ hoc eſt, deuotioni pœnitentium qui iam populus tuus
ſunt. Hieronymus tamen allegorice exponens hunc locum, dicit, ꝙ altare eſt crux, in quo Chri-
ſtus obtulit ſeipſum, veſtibulum autem reſurrectio, qua reſurgens indutus eſt lumine ſicut veſti-
mento. Et inter hæc duo plorandum eſt, vt ſcilicet per mortem, noſtrum deſtruat peccatum &
per reſurrectionem induat nos iuſtitia ſicut lumine. Roma. 6. Mortuus eſt propter noſtra deli-
cta & reſurrexit propter noſtram iuſtificationem. Exodi. 32. Quieſcat ira tua & eſto placabilis ſu
per malitia populi tui, ⌊& ne des hæreditatem tuam in opprobrium,⌋ hæreditas ab hærendo di
C citur, quia immobiliter ex iure adhæret poſſeſſori. Eſaiæ. 19. Hæreditas mea Iſrael. In opprobriũ
autem datur, quãdo ab inimicis vel dæmonibus opprobrium patitur. Pſalm̃. 43. Poſuiſti nos op
probrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt, ita dico, ne
des in opprobriũ, ⌊vt dominentur eis nationes⌋ Nationes dominantur quando nationum mo
res dominantur, vt ſcilicet ſanctus gentiles mores aſſumat. Threñ. vlt. Serui dominati ſunt noſtri
non fuit qui redimeret de manu eorum. Oſtendit etiam vlterius blaſphemiam quæ conſurgit in
deum. ⌊Quare dicunt in populis, vbi eſt deus eorum?⌋ Pſal. 3. Multi dicunt animæ meæ, nõ eſt
ſalus ipſi in deo eius. ⌊Zelatus eſt dominus.⌋ Hic tangitur conſolatio pœnitentiũ, primo in tem
poralibus, ſecundo in ſpiritualibus, ibi, Et erit poſt hoc, effundam. Tertio, in vltione inimicorũ,
ibi, Quia ecce in diebus illis. In primo duo ſunt, ſcilicet gratia, ad quam recipiuntur pœnitentes,
& reſtitutio in præterito perditorum vt efficiantur abundantes, ibi, Et reddam vobis domos. In
prima duo ſunt, pœnitentium receptio, & receptorum in bonis omnibus fructificatio, ibi, Noli
timere terra. In prima adhuc tria ſunt, ſcilicet mouẽs ad reconciliationem, receptio reconciliato
rum, & ablatio inimicorum reconciliationem impedientium.

⌊Zelatus eſt dominus terram ſuam,⌋ per methonomiam, hoc eſt, homines terræ ſuæ, huius
enim meritum noſtrum non fuit cauſa, ſed zelus diuini amoris. Eſaiæ nono: Zelus domini ex
ercituũ faciet hoc. Pſal. 68. Zelus domus tuæ comedit me. Eſa. 59. Opertus eſt quaſi pallio zeli ſi
cut ah vindictã quaſi ad retributionẽ indignationis. Et eſt idẽ quod dicit Oſee. vlt. Diligam eos
ſpontanee, qm̃ auerſus eſt furor meus ab eis. Et hoc eſt quod ſequit, ⌊& pepercit populo ſuo,⌋
hoc

Interceſſio ſacerdotũ neceſſitatis tẽpore eſt requirenda.

hoc eſt, indulſit peccatum. Luc.1. In terra pax hominibus bonæ volūtatis. Exod.32. Quieſcat ira D
tua & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Parcit aūt dupliciter. ſ. culpam dimittendo & rea-
tum pœnæ æternæ in pœnam temporalem commutando, & etiam pœnę expiatiuę magnā par
tem dimittendo, quia pœnas dignas pro peccatis nullus ſoluere poſſit. Iob.11. Intelligeres ꝙ mul
to minora exigaris ab eo q̄ meretur iniquitas tua. Ad q̄d aūt recipiat, ſubdit. ⌊Et reſpondit do-
minus⌋ oranti. ſ. populo & pœnitenti. Deſiderio enim ſanctoꝝ reſpondet dominus per gratiæ
appoſitionem. Pſal.101. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ. ⌊Et dixit populo ſuo⌋ Pſal.84. Loque
tur pacē in populo ſuo, & in eos qui conuertuntur ad cor. Et ſpecificat ſubdens, ⌊ecce ego mittā
vobis frumentū⌋ quod ſignificat ſtabilimētum virtutis, ⌊vinū⌋ quod ſignat ſpirituale gaudiū,
⌊& oleum⌋ quod miniſtrat lumen veritatis in intellectu, & condimētum pinguedinis deuotio-
nis in affectu, & vnctionem ſuauitatis in conſcientia. Gene.27. Frumento, vino & oleo ſtabiliui
eum, ⌊& replebimini in eis⌋ frumento. ſ. vino & oleo, ita ꝙ diuiſim referatur ad hæc omnia. Re-
pletio aūt ſaturitatem prçmentē ſonat, ita ꝙ inducit nauſeam & vomitum, quod in bonis accipit
in eructatione verboꝝ, & maxime in productione opeꝝ. Hiere.31. Populus meus adimplebitur
bonis. Pſal.89. Repleti ſum⁹ mane miſericordia tua, & exultauimus & delectati ſumus. Et ſubdit
de ablatione maloꝝ, primo in communi, & poſtea in ſpeciali, ⌊& non dabo vos vltra opprobriū
in gentibus⌋ Eſt reſponſio ad id quod antę dictum eſt, ne des hæreditatē tuam in opprobriū, vt
vt dominent eis nationes. Iniqui em̄ dominatores & captiuatores multa ſanctis inferunt oppro
bria. Pſal.43. Poſuiſti nos opprobriū vicinis noſtris, ſubſannationē & deriſum his q in circuitu
noſtro ſunt. Eſa.4. Aufer opprobrium noſtrū. Hoc em̄ dominus aufert, quando aufert dominiū E
inimicoꝝ. Pſal.118. Aufer à me opprobrium & cōtemptum, quia teſtimonia tua exquiſiui. Et hic
habetur, ꝙ etiā dæmones faciūt opprobria conſentiētibus ſibi. Et in ſpeciali ſubdit, ⌊& eum⌋. ſ.
inimicum, ⌊qui ab aquilone eſt⌋ hoc eſt, ab Aſſyria & Chaldæa, ⌊procul faciam à vobis⌋ hoc
accidit quando ante Hieruſalem cum Sennacherib rege Aſſyrioꝝ percuſſa ſunt centū octogin-
taquinq; milia. 4. Reg.20. & Eſa.37. Et dicitur quod incinerati fuerint igne infernali & inuiſibili
Pſal.90. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, tibi autem non appropinquabit.
Et hoc eſt quod ſequitur. ⌊Et expellam eum in terram inuiam & deſertam⌋ Intelligitur de fuga
regis qui fugit cum decem, & timens vias publicas tenere auſus non fuit, ſed latenter per deſerta
& inuia fugit. Eſaię.10. Erit terrore profugus, & reliquię ſaltus ligni eius præ paucitate numera-
buntur. Qualiter aūt expellet, ſubdit, ⌊faciem eius⌋ hoc eſt, primā partem exercitus eius, ⌊cōtra
mare orientale⌋ ſupple diffuſam expellam. Mare orientale, mare mortuum eſt, & fuit initiū ter-
ræ promiſſionis ad orientem. In qua parte prima pars exercitus diffuſa eſt, ⌊& extremum eius,⌋
hoc eſt, extremū exercitus diffuſum ſupple, ⌊ad mare nouiſſimum⌋ ſupple etiam inde expellam,
vt tota. ſ. terra tua ab hoſtibus liberetur. Eſa.52. Non adĳciet vltra vt pertranſeat per te incircū-
ciſus & immundus. Mich.5. Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & om̄es inimici peribūt.
Deuter.33. Eĳciet à facie inimicum tuum, dicet'q; conterere, ⌊& aſcendet fętor eius & aſcendet
putredo eius⌋ Senſus eſt, aſcendet fętor ex putredine. Et hoc ad putredinē exercitus referri non
poteſt literaliter, q̄a incineratus fuit, ſed refertur ad cadauer regis Aſſyrioꝝ, quem interfecerunt
filĳ ſui Nabuchodonoſor, quem filius eiectum de ſepulchro dedit vulturibus. Eſa.14. Tu proie- F
ctus es de ſepulchro tuo, q̄ſi ſtirps inutilis, ſicut ſanie pollutus & obuolutus. Et ꝙ exercitus vtiq;
diffuſus ſit ad orientem & occidentē in terra promiſſionis, dicitur Eſa.8. Adducet dn̄s ſuper eos
aquas fluminis, fortes & multas, regem Aſſyriorum & omnem gloriam eius, & aſcendet ſup oēs
riuos tuos, & ſuper omnes ripas tuas, & ibit per Iudam mundans & tranſiens vſq; ad collum ve-
niet. Subiungit aūt cauſam quare ſic percuſſit hoſtem, ⌊quia ſuperbe egit⌋ hoc eſt, quod ego per-
miſi & ordinaui fieri peccatoribus in pœnitentiam, ille perfecit in ſuperbia, vt ex hoc magnifi-
caretur & dilataretur regnū eius. Eſa.10. Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, &
ſuper gloriam altitudinis oculoꝝ eius. Dixit em̄ In fortitudine manus meæ ego feci, & in ſapiē-
tia intellexi & abſtuli terminos populoꝝ. Partem iſtius expoſitiōis Hieronymus refert ad locu-
ſtas dicens, ꝙ ſicut factum eſt locuſtis, ita fiet Aſſyrĳs. Dicit etiam ꝙ locuſtæ terram promiſſio-
nis repleuerant à mari orientali vſq; ad mare occidentale, ſed ventū occidentalem ſuſcitauit do-
minus, qui flans verſus orientem partem exercitus locuſtarum orientalem proiecit in mare mor
tuum & producens ventū orientalem, qui flans ad occidentē aliam partem locuſtarum proiecit
in mare magnū, & ſic terra liberata eſt, locuſtæ autem ſubmerſę in littoribus marium iacentes pu
trefactæ, fœtore ex cadaueribus peſtilentiam in hominibus & animalibus effecerūt. Et hoc dicit
velle dicere prophetam in loco iſto. Spiritualiter aūt hæc ad diabolum referunt, qui ab aquilone
plaga nebuloſa & frigida, hoc eſt habitatione peccatoris venit. Hierem̄.1. Ab aquilone pandetur
omne malum ſuper omnes habitatores terræ, qui procul ſit à vobis quando peccatum & vis dæ-
monis à nobis aufertur, ita ꝙ etiā tentatio prouenit nobis ad profectum. Romā.16. Dominus
conteret Satan ſub pedibus veſtris velociter, expellitur in terram inuiam, hoc eſt, in peccatores,
& deſertam, q̄a peccatores inuĳ ſunt angelis, & deſerti à cultura virtutis. Matth.12. Cum im-
mundus

Pœnā peccatis debitam nemo per ſe poteſt exoluere.

Nabuchodonoſor a filĳs occiditur.

A mundus ſpũs exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa. Facies diaboli, vna ad orientem eſt
in his qui ſemper quærũt oriri in dignitatibus ſeculi. Eſa. 14. Quomodo cecidiſti lucifer qui mane
oriebaris? Facies alia in auaris ad occidentem eſt, qui in fine ſuo auariores ſunt, q̃ à principio. Pro Auaritia æ
uerbioꝝ. 30. Infernus & ignis nunq̃ dicunt ſufficit, & quo plus ponitur in lignis, eo magis æſtuat. tatis acceſſũ
Eſa. 30. Nutrimẽta eius ignis & ligna multa, flatus dñi ſicut torrẽs ſulphuris ſuccẽdẽs eam. Vtra- creſcit.
q; facies ad mare eſt, hoc eſt, ad ſeculi amaritudinem. Ambitio em̃ amara eſt, ſimiliter & auaritia.
Eſa. 57. Cor impij quaſi mare feruens quod quieſcere nõ poteſt. Vtriuſq; putredo in fœtore pec
cati & infamia aſcendit & inficit. Amos. 4. Aſcendere feci fœtorem caſtroꝝ veſtroꝝ in nares ve
ſtras, & nõ rediſtis ad me, dicit dñs. Poſt repreſſionem populi terræ tangit recõciliationem po-
puli ſui. ⌊Noli timere terra, ⌋ & eſt reſpõſio ad hoc ꝙ dixit ſupra primo, Ignis comedit ſpecioſa
deſerti, ſed modo cõfortatur, quia virtutem accipiet germinãdi. Noli timere. ſ. mala ꝑterita, quia
indulta ſunt. Eſa. 40. Completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit de manu eius
duplicia pro oĩbus peccatis ſuis, ⌊exulta & lætare, ⌋ terra exultat, quãdo de intimis exiliẽs, viret,
floret & fructificat, Lætatur, quãdo hãc amœnitam vbiq; dilatat, & literaliter & ſpũaliter. Eſa. 35
Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, germinãs germinabit, &
exultabit lætabũda & gaudẽs, ⌊quia magnificauit dñs vt faceret, ⌋ hoc eſt, magnificus dñs magni
fice & in magnis effluentiam ſuæ largitatis exhibuit, & ideo dicit vt faceret ſimpliciter, & non di
cit hoc vel illud, quia hoc paꝝ eſſet. Pſal. 125. Magnificauit dñs facere nobiſcum, facti ſumus lætã
tes. Deut. 32. Date magnificẽtiam deo noſtro, dei perfecta ſunt opera. ⌊Nolite timere animalia re
gionis. ⌋ Reſpondet ad hoc quod in principio dictũ eſt, Quid ingemuit animal, & ideo cõſolatur
B animalia & ſylueſtria & domeſtica, & cõſolatur animalia, hoc eſt, animales homines, ⌊quia ger-
minauerũt ſpecioſa deſerti, ⌋ deſerta dicuntur derelicta à cultu, vt ferãt paſtũ animalibus, & ſpe-
cioſa deſerti, ſunt gramina in paſtũ animalium, quæ germinat deſertum. Ezech. 37. Vos aũt mõ-
tes Iſrael ramos veſtros expandite & florete & fructũ facite populo meo Iſrael. Et hoc lignum ſi
gnificat fideles animas fructum virtutis producẽtes. Hiere. 17. Erit tanq̃ lignum viride quod ad
humorem mittit radices ſuas & in tẽpore ſiccitatis nõ erit ſolicitum, nec aliquãdo deſinet facere
fructum, ⌊Ficus & vinea dederũt virtutem ſuam, ⌋ in germinãdo. ſ. ficus in dulcedine virtutis, &
vinea in iucunditate cœleſtis gaudij. Cant. 2. Vineæ florẽtes odorem dederũt, ficus protulit groſ
ſos ſuos, ⌊filiæ Sion, ⌋ hoc eſt, totus populus ad Sion pertinẽs, ſecũdum fidei ſpeculationẽ. Pſal.
86. Sicut lætantium omniũ habitatio eſt in te, ⌊exultate ⌋ corpore, ⌊& lætamini ⌋ corde ⌊in dño
deo veſtro, ⌋ & non in aliquo alio bono. Abacuc. 3. Ego in dño gaudebo & exultabo in deo Ieſu
meo. Eſaiæ. 64. Gaudẽs gaudebo in dño & exultauit anima mea in deo meo, ⌊quia dedit vobis
doctorem iuſtitiæ, ⌋ cœtum. ſ. prophetaꝝ & maxime Chriſtũ, qui dicit Eſa. 63. Ego qui loquor
iuſtitiam & propugnator ſum ad ſaluãdum. Eſa. 30. Non faciet vltra auolare à te præceptorẽ tu-
um, & audies verba poſt tergum monẽtis, hæc via, ambulate in ea, nec declinetis ad dextrã, nec
ad ſiniſtram. Eſa. 48. Ego deus tuus docẽs te vtilia & gubernãs in via qua ambulas, ⌊& deſcende
re faciet ⌋ dñs de cœleſti. ſ. beneficio, ⌊ad vos, ⌋ hoc eſt, ad vtilitatem veſtrã, ⌊imbrem matuti-
num, ⌋ ad fœcundãda ſemina, ⌊& ſerotinũ, ⌋ ad fructus maturãdos, ⌊ſicut in principio, ⌋ anteq̃
. ſ. terra corrumperetur per peccatũ. Threñ. vlt. Innoua dies noſtros ſicut à principio. Spirituali-
C ter aũt, imber matutinus eſt doctrina veteris teſtamẽti, ſerotinus vero doctrina noui. Oſee. 6. Imber ma-
Veniet vobis quaſi imber matutinus & ſerotinus terræ. Pſal. 67. Pluuiam volũtariam ſegregabis tutinus, do
deus hæreditati tuæ. Deut. 28. Aperiet dñs theſauꝝ ſuum optimũ, cœlum, vt pluuiam tribuat ter ctrina ẽ ve-
ræ tuæ in tempore ſuo, ⌊& implebũtur areæ, ⌋ hoc eſt, agri, ⌊frumẽto, ⌋ vel etiam animæ fide- teris teſt.
lium frumẽto gratiæ & virtutum, ⌊& torcularia ⌋ . i. ſtudioſi, qui quaſi in torculari ſe premunt
quotidie, ⌊redundabũt vino ⌋ cœleſtis. ſ. doctrinæ, & gaudij cœleſtis. Redundare aũt eſt per do
ctrinam & exempla ad alios effluere. Prouer. 3. Vt impleantur horrea tua ſaturitate & vino torcula
ria tua redundabũt, ⌊& oleo, ⌋ quod ſignificat vnguentũ deuotionis & illuminationem veritatis
& cõdimẽtũ ſaporis ſpũalis. Deut. 28. Abũdare te faciet dñs oĩbus bonis, fructu vteri tui & fructu
iumẽtorum tuoꝝ & fructu terræ tuæ. 1. ad Coꝝ. 9. Multiplicabit ſemẽ veſtrum & augebit incre
menta frugũ iuſtitiæ veſtræ. Oſee. 2. Ego dedi ei frumẽtum, vinũ & oleum & argentũ multipli-
caui ei & auꝝ. ¶ ⌊Et reddam vobis annos. ⌋ Tangit hic reſtitutionẽ præteritoꝝ, ⌊Reddam an-
nos, ⌋ hoc eſt, fructus annoꝝ in præterito ablatoꝝ, & hoc eſt vehemẽs argumẽtum, ꝙ bona ab-
lata per peccatũ, reuiuiſcũt per pœnitentiã. Gene. 31. Ego damnum omne reddebã, Quicquid Bona ope-
furto peribat, à me exigebas, ⌊quos comedit locuſta, ⌋ inanis gloria. ſ. ⌊brucus, ⌋ pigritia, ⌊rubi ra reuiuiſ-
go, ⌋ inuidia, ⌊& eruca, ⌋ carnalis cõcupiſcentia. Hieroñ. Per quot annos famẽ ſuſtinuiſti, ꝑ tot cũt per pœ
annos iteꝝ duplicabo fructus. Iob vlt. Addidit quoq; deus oĩa quęcunq; fuerãt Iob duplicia. Sic nitentiam.
videmus in pœnitẽtibus, qui propter memoriam præteritoꝝ peccatoꝝ feruẽtiores ſunt, & quo
tidie duplicãt fructus opeꝝ. 2. ad Coꝝ. 7. Ecce em̃ hoc ipſum ſecũdũ deum cõtriſtari vos, quan-
tam in vobis operatur ſolicitudinẽ, ſed & defenſionẽ, ſed indignationẽ, ſed deſideriũ, ſed timorẽ,
ſed æmulationẽ, ſed vindictã. In omnib' exhibuiſtis vos incõtaminatos eſſe negotio. Ecce quo-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

modo pro vno bono perdito,ſeptem ſurrexerũt. Hæ ſunt ſeptem ſpicæ quæ pullulabant in cul- D
mo vno plenæ atq; formoſæ. Gene.41.ſic dictum eſt, Rom̃.8.ꝙ diligentibus deũ,omnia coope
rantur in bonum. Et dicit gloſſa,etiam peccatũ,quia per peccatum feruentiores reſurgunt pœni
tẽtes,⌊fortitudo mea magna,⌋ Hieronymus vult,ꝙ hoc non referatur niſi ad erucam,dicit em̃
ſic: Eruca vix mouetur & leui contactu conteritur,in quo fortitudo dei magna & humana fragi-
litas demonſtratur,ſicut per cyniphes in Aegypto, Exodi.8.quæ tam paruæ ſunt vt vix cernant
Deus fortia proſternit per infirma. Poterat quidem deus cuncta diluuio operire vel fulmine cremare, ſed potẽtiam ſuã & noſtram
fragilitatem per huiuſmodi oſtendit. Si em̃ hæc tam parua ſunt homine fortiora,vnde gloriatur
terra & cinis?⌊quam miſi in vos,⌋hoc eſt,contra vos,deſtruendos.ſ.hæc em̃ vim non habuiſ-
ſent ad nocẽdũ,niſi à deo miſſa eſſent. Iob.9.Si fortitudo quæritur,robuſtiſſimus eſt. Deut.28.
Tradat te dominus corruentem ante hoſtes tuos,⌊& comedetis veſcentes,⌋veſcor ab eſca & ve
componitur,quia(ſicut dicit Auguſtinus)nõ niſi pro ve neceſſitatis eſca ſumi debet. Pſalmo.21.
Edent pauperes & ſaturabuntur. Pauperes dicuntur de neceſſitate famis deperditi ſibi nõ ſuffici-
entes,⌊& ſaturabimini.⌋ Prouerb.13.Iuſtus comedit & replet animã ſuam,venter aũt impiorũ
inſaturabilis. Hoc etiam ſpiritualiter intelligitur de eſurientibus iuſtitiam. Matth.5. Beati qui ſi-
tiunt & eſuriunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur,⌊& laudabitis nomẽ domini dei veſtri,⌋
in gratiaꝝ actione.ſ.Pſal.21. Laudabunt dominum qui requirũt eum. Ecci.51. Laudabo nomen
tuum aſſidue & collaudabo illud in confeſſione,⌊qui fecit mirabilia vobiſcum,⌋reſuſcitãdo ſcili
cet antiquum miraculum quo turbas pauit in deſerto, Exodi.16.&.17. Pſal.110. Memoriam fecit E
mirabilium ſuorum miſericors & miſerator dñs,eſcam dedit timentibus ſe,⌊& non confunde-
tur populus meus in ſempiternum,⌋ Gloſſa, ſi permanſerit incepto opere pœnitentiæ. Eſaiæ.50
Dominus deus auxiliator meus,& ideo non ſum confuſus: ideo poſui faciem meam vt petrã du-
riſſimam,& ſcio quoniam nõ confundar. Pſal.24. Vniuerſi qui ſuſtinent te,non cõfundentur. Et
ſcietis per experimẽtum.ſ.gratiæ,⌊quia in medio Iſrael ego ſum,⌋ ſine perſonarum acceptione
omnibus æqualiter paratus. Ezech.43. Locus ſolij mei & locus veſtigioꝝ pedum meoꝝ vbi ha
bito in medio filioꝝ Iſrael, Iohan.1. Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis, Lucæ.22. Ego in
medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat,⌊& ego dominus deus veſter,⌋ſupple ſum. Pſalm̃.44.
Ipſe eſt dñs deus tuus & adorabũt eum,⌊& non eſt amplius⌋ſupple præter me deus. Eſaiæ.45.
Nunquid nõ ego dñs,& non eſt vltra deus abſq; me? deus iuſtus & ſaluans non eſt præter me,
⌊& non cõfundetur populus meus in æternũ,⌋confuſione.ſ.præteriti peccati. Eſaiæ.54. Confu
ſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſceris,& opprobrij nuditatis tuæ nõ recordaberis amplius. ¶⌊Et
erit poſt hæc.⌋ Tangit cõſolationem in bonoꝝ ſpiritualium collatione,& tria dicit,in commu-
ni.ſ.ſpũs effuſionem,ſpũs oſtenſionem,ibi, Dabo prodigia,& iudicij terrorem,ibi, Sol conuerte-
tur. In primo tria ſunt,largitas.ſ.ſpiritus effuſi,generalitas,& diſtributio per effectus.⌊Et erit,⌋
certitudinis ſignificatiuum eſt,1. Regũ.9. Omne quod loquitur ſine ambiguitate eueniet,⌊poſt
hæc,⌋ordinem notat veritatis ad figuram.1.ad Corint.15. Non prius quod ſpũale eſt,ſed prius
quod animale,⌊effundam,⌋ largitatem doni & muneris ſignificat,& ꝙ ſpũs qui prius fuit in dei
occultis,nũc ad exteriora diffunditur. Titum.3. Per lauachrũ regenerationis & renouationis ſpi
ritus ſancti,quem effudit in nos abunde. Effunditur autem ſpũs ſicut aqua.ſ.mundificãs,refrige-
rans,reficiens & rigãs. Mundificãs à ſorde. Ezech.36. Effundam ſuper vos aquã mundã,& mun F
dabimini ab oĩbus inquinamentis veſtris. Refrigerãs à concupiſcentia. Danie.13. Suſanna voluit
lauari in pomerio,æſtus quippe erat,voluit ergo lauari,hoc eſt,refrigerari ab æſtu. Reficiens ver-
bo dei & ſacramẽto altaris. Pſal.22. Super aquam refectionis educauit me. Rigans interiori con
ſolatione. Ecci.24. Ego quaſi fluuius Dorix,& ſicut aquæductus exiui de paradiſo,dixi,rigabo
hortũ meum plantationum,& inebriabo prati mei fructũ. Dorix medicamentum generationis
interpretatur,aquæductus vero abundantiam fluxus ſignificat. Eſaię vlt. Ego declinabo ſuper
eam ſicut fluuium pacis. Iohan.7. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc aũt dixit de ſpi-
ritu quem accepturi erãt credentes in eum. Ecci.24. Ego ſapientia effudi flumina. Et attende ꝙ
Spũs fluit cũ impetu. cum impetu fluit ſpũs,quem impellit interior ſpũs. Eſaiæ.59. Timebunt qui ab occidente nomẽ
domini,& qui ab ortu ſolis gloriam eius,cum venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpũs domini
cogit. Pietate em̃ charitatis violenter compellitur ad nos. Effuſio autem notat in exteriorib⁹ ma
niſeſtationẽ,vt.ſ.non tantũ in occulto angeloꝝ contineatur. Prouer.5. Deriuentur fontes tui ſo
ras & in plateis aquas tuas diuide,⌊ſpiritum,⌋qui principium vitæ eſt,& principium illuminati-
onis,& principium operis,& ſic operatur vitã in gratia,illuminationẽ in reuelatione,& virtutẽ
in opere. De primo, Iohan.6. Spiritus eſt qui viuificat. De ſecũdo.2.ad Corinth.4. Deus qui di-
xit de tenebris lumen ſplendeſcere illuxit in cordibus noſtris. Propter hoc dicitur,ſpiritus verita
tis, Iohan.16. Cũ venerit ille ſpũs,docebit vos omnem veritatem. De principio operis, quod eſt
Spũs datur perfecte ad tria. virtus, Lucæ vlt. Sedete in ciuitate quoaduſq; induamini virtute ex alto.1.ad Corin.12. Hęc om
nia operatur vnus atq; idem ſpũs. Et attende,ꝙ nõ dicit,de ſpũ,quia quod ex parte eſt,imperfe-
ctum eſt,1.ad Corin.13. Tria ſunt aũt in quibus ſpũs datur perfecte.ſ.ad ſanctificatoris inhabita
tionem,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A tionem,ad ſanctitatis perfectionē,& ad ſanctitatis demonſtrationē. Primū facit ſpūs per ſeipm̄,
ſecundū per gratiam gratū facientē,tertium per gratiā gratis datā. De primo dicitur. 4. Regū. 2.
Requieuit ſpūs Heliæ ſuper Heliſæum. Eſa. 11. Requieſcet ſuper eum ſpūs domini. 1. ad Corint. 3.
Neſcitis qm̄ corpora veſtra templū ſunt ſpūs ſancti. De ſecūdo, Acto. 2. Repleti ſunt oēs ſpiritu
ſancto. Acto. 10. In nationes ſpūs ſancti gratia diffuſa eſt. De tertio. 2. Mach. 3. Spiritus omni-
potentis dei magnā fecit ſuæ oſtenſionis euidentiam. 1. ad Corinh. 12. Vnicuiq; datur manifeſta
tio ſpūs ad vtilitatem. Manifeſtatur em̄ ſpiritus in gratijs gratis datis,quę ſunt, ſermo ſapientiæ,
ſermo ſcientiæ,operatio miraculorum,& alia quæ in duodenario numero enumerat Apoſtolus
1. ad Corinth. 12. Hæc tria ſignificantur per tria quæ dedit Helias Heliſæo. 4. Regum. 2. duplicem
.ſ. ſpiritū & pallium. Duplex em̄ ſpiritus eſt ad inhabitandum & gratum faciendū,pallium autē
operimentum eſt gratiæ gratis datæ, Cui ad hęc tria daſ ſpiritus,ſicut eccleſiæ,datur ſpiritus non
partitus,cui autem ad vltimum tantum, portio ſpiritus datur. Vnde his qui ad prophetiam acce
perunt ſpiritum(quæ eſt gratia gratis data) dicitur Nume. 11. Tollam de ſpū tuo & dabo ſeptua-
ginta viris. Sanctis autem noui teſtamenti non partitus datur ſpūs. Iohan. 20. Inſufflauit & dixit:
Accipite ſpiritum ſanctū,& non,de ſpū ſancto, ⌊meum,⌋ diuinum,ſ. qui vos ad me conuertet,
& reducet. Ad hoc em̄ miſſus replet nos ſpūs(vt dicit Dionyſius) vt conuertat nos ad congregā-
tis patris vnitatem,qui dedit ſpm̄. Eccl'es. 12. Spiritus redeat ad deum qui dedit illū. Eſa. 63. Spiri-
tus ſanctus ductor eius fuit. Eccl'es. 1. Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpūs,& in circulos ſuos
reuertitur. Iob. 34. Si direxerit ad deum cor ſuum,ſpm̄ illius & flatum ad ſe trahet, ⌊ſuper omnē
carnem.⌋ Caro ſecūdum philoſophum ſola ſuſceptibilis eſt ſpūs ad manifeſtam vitam. Plantæ
B em̄ viuunt vita occulta,vnde caro hic per ſynechdochen ponitur pro homine, in quo homine
omni modo manifeſtatur ſpiritus. Gloſſa inducit illud Eſaiæ. 40. Videbit omnis caro ſalutare
dei noſtri. Et ſignificat, ꝙ ſine diſtinctione perſonaꝝ, Iudæi & Græci,omni carni datur ſpiritus.
Acto. 10. Cecidit ſpiritus ſuper omnes qui audierūt verbum. Vnde tūc dixit Petrus: In veritate
comperi,quia non eſt perſonaꝝ acceptor deus,ſed in omni gente qui timet deum & operatur iu
ſtitiam acceptus eſt illi. Sapiē. 1. Spiritus domini repleuit orbem terraꝝ,& hoc quod cōtinet om
nia,hoc eſt,cœlū. Acto. 2. Repleti ſunt omnes ſpū ſancto. Pſal. 18. Nec eſt qui ſe abſcondat à ca
lore eius. Et ſubdit diſtributionem quantum ad omnes diuerſitates hominū, ⌊& prophetabunt
filij veſtri & filiæ veſtræ.⌋ Prophetia eſt(vt dicūt Auguſtinus & Hieronymus) doctrina de diui-
nis,quæ nō niſi ſpū dei cognoſci poſſunt. Ecci. 24. Doctrinam quaſi prophetiam effundā,& re-
linquam illam quærētibus ſapientiam. Sap. 7. Per nationes in animas ſanctas ſe transfert amicos
dei & prophetas cōſtituit. 1. ad Corin. 14. Poteſtis omnes per ſingulos prophetare,vt oēs diſcāt
& omnes exhortentur,filij & filiæ diſcernūt ſexū,& ſicut in veteri teſtamento prophetauerunt fi
liæ Delbora, Iudicū. 4. &. 5. Olda prophetiſſa, 4. Reg. 22. Iudith, Heſter,& aliæ,ita in nouo teſta
mento prophetauerunt filiæ,beata virgo, Eliſabeth, Anna prophetiſſa,& ſicut dicitur Acto. 21.
filiæ Philippi,quæ in Antiochia prophetauerūt. In veteri aūt teſtamento prophetauerūt filij,to
tus cuneus prophetaꝝ,& in nouo cœtus apoſtoloꝝ,& Agabus, Acto. 11. Et ſi obijciaſ illud Mat
thæi. 11. Lex & prophetæ vſq; ad Iohānem. Dicendū, ꝙ prophetia ſtetit in Iohanne quātum ad
nouæ gratiæ ꝑdictionem,ſed quātum ad doctrinam ſpūs nunq̄ ſtabit. Ecci. 24. Nō deſinam in
progenies eoꝝ vſq; in æuum ſanctū. Filij tamē perfectiorē natiuitatē in filijs dei ſignificāt. Ioh. 1.
C Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, Filiæ aūt imperfectiorē & tamē fœcundā. Eſa. 60. Filij tui de
longe venient,& filiæ tuæ de latere ſurgent. Et ſubdit aliā differentiā ætatis. ſ. ⌊ſenes veſtri ſom-
nia ſomniabunt,⌋ Senes dicuntur canicie mentis plus q̄ ætatis,de quibus dicitur Iob. 12. In anti-
quis eſt ſapientia & in multo tempore prudētia,hi ſomnia ſomniabāt,nō ſecūdum ꝙ ſomniū,eſt
paſſio dormientis,ſed ſecūdum ꝙ ſomnium eſt oculoꝝ & ſenſuum clauſio ad exteriora, vt inte-
rius percipiatur reuelans ſpūs. Can. 5. Ego dormio & cor meum vigilat. Pſal. 4. In pace in idipm̄
dormiam & requieſcam. Reuelatio aūt ſomnium dicitur,quia ſicut ſomnium aliquādo viſio in-
tellectualis & aliquādo oſtenſio imaginum corporaliū dicitur,ita ſpūs reuelat ſe quādoq; in in-
tellectuali,aliquādo in imaginaria viſione. Et ſic duobus modis etiam docentur diuina,aliquan-
do em̄ traduntur explicite. Iohan. 16. Ecce nūc palam loqueris,& prouerbiū nullū dicis,aliquādo
per figuras,ſicut in parabolis, Math. 13. Aperiam in parabolis os meū,eructabo abſcondita à cō-
ſtitutione mundi. Sic ſomniauit Iacob, Gene. 28. ſcalam ſe videre,cuius cacumen cœlos tange-
bat. Sic ſomniauit Daniel(Danie. 8) in porta Vlai. Huiuſmodi em̄ ſenes in tali ſomnio nihil ſom-
niant,niſi deum,vt dicit Chryſoſtomus, ⌊& iuuenes veſtri,⌋ qui adhuc. ſ. nō habent perfectum
ſenſum & intellectū, ⌊viſiones videbunt,⌋ viſiones viſas à ſenioribus,videbūt per intellectum ſi
bi expoſitas. Eſaiæ. 32. Non caligabunt oculi videntium,& aures audientium diligenter auſculta
bunt,& cor ſtultorum intelliget ſcientiam,& lingua balborum velociter loquetur & plane. Hæc
(vt dicit Hieronymus) expoſitio literalis eſt,quidam tamen dicunt, ꝙ iuuenes viſiones videbūt,
quia etiam iuuenes ſpiritu dei illuminabuntur. Danie. 13. Suſcitauit deus ſpiritum pueri iunioris.
Et Hiere. 1. Ecce neſcio loqui,quia puer ego ſum. Secundum primam expoſitionem tangitur or-

Spūs ſctūs datur noui teſt. ſanctis nō partit⁹.

Prophetia.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*Iuuenes pacifice audiant ſenes*

dinatio eccleſiæ, qua iuueues pacifice audiunt ſenes. Prouerb.1. Vt detur paruulis aſtutia & ado- D
leſcenti ſcientia & intellectus. Et tollitur confuſio prioris populi, de qua Eſaię.3. Tumultuabitur
puer contra ſenem & ignobilis contra nobilem. Oſee.4. Populus tuus ſicut hi qui contradicunt
ſacerdoti. Quare (Iob.16.) ſuſcitatur falſiloquus contra faciem meam, contradicens mihi? ⌊Sed &
ſuper ſeruos meos,⌋ ſerui ſunt humiles, præcepta dei cuſtodientes. Pſalmo.115. O domine, quia
ego ſeruus tuus, ⌊& ancillas meas,⌋ quæ ſignificant animas infirmas & humiles in obſequijs dei
circumferentes ſe & in alio ſeruire neſcientes, niſi ꝙ in humilitate ſeruiant domino. Lucæ.1. Ec-
ce ancilla domini, fiat mihi ſecũdum verbum tuum. 1. Regum.25. Ecce famula tua ſit in ancillam,
vt lauet pedes ſeruorum domini mei. Et ſuper tales effundit dominus ſpiritum ſuum, ⌊in diebus
illis,⌋ lucentis. ſ. gratiæ, ⌊effundam ſpiritum meum,⌋ Iacobi.4. Deus ſuperbis reſiſtit, & humili-
bus dat gratiam. Et ſubdit de ſignis talis diſtributionis ſpiritus, ⌊Et dabo prodigia in cœlo.⌋
In cœlo dedit prodigia in nouo teſtamento, Matth.27. Sol obſcuratus eſt. Eſaiæ.13. Obtenebra-
tus eſt ſol in ortu ſuo, & luna nõ ſplendebit in lumine ſuo. Iſta eñ ſunt ꝓdigia in cœlo, ⌊& in ter
ra⌋ dabo prodigia, quæ quidem facta ſunt in veteri teſtamento, quando Helias mortuum ſuſcita
uit.3. Regum.17. Et Heliſæus alium.4. Regum.4. ⌊ſanguinem & ignem & vaporem fumi,⌋ In
veteri teſtamento ſanguinem in holocauſtis & victimis pacificis, & ſanguine vitulæ rufæ, Ignem
autem in incendio ſacrificiorum, Vaporem fumi in odoramento thymiamatis. In nouo autem
teſtamento, ſanguinem, qui fluxit de latere ſaluatoris, Iohan.19. Ignem, quo ſpiritus ſanctus inſe
dit ſuper apoſtolos, Actorum.2. Vaporem fumi, qui eſt in deuotione cordium fumantium in
oratione. De quo.3. Regum.18. Deus qui exaudit per ignem, ipſe ſit deus.2. Macha.1. Tempus E
adfuit, ꝙ ſol refulſit qui prius erat in nubilo & accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarẽtur.
Actorum.2. Apparuerunt apoſtolis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditq; ſuper ſingulos eo-
rum ſpiritus ſanctus. Lucæ.12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?
De tertio, Cant.3. Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris.
Qualiter autem hoc fiat, ſubdit, ⌊ſol conuertetur in tenebras,⌋ quod in veteri teſtamento non
legitur eſſe factum, ſed in nouo teſtamento, Iohan.19. Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam ter-
ram, cum. ſ. Chriſtus ſol iuſtitiæ exanimis & exanguis pependit in cruce. Apoca.6. Sol factus eſt
niger ſicut ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis, ⌊& luna in ſanguinẽ,⌋ luna, q̃ mu-
tuat lumen à ſole, eccleſiam ſignat ſanguine Chriſti rubricatam, ſol eñ veſtit lunam lumine ſuo,

*Luna eccleſiam ſignificat.*

& quãdo lumen ſolis ſanguineum eſt, neceſſe eſt lunam ſanguineam eſſe, ita & Chriſto (qui ſol eſt
iuſtitiæ) in paſſione rubricato. Eſaię.63. Quare rubrum eſt indumẽtum tuum? eccleſia etiam ru-
bricata eſt vt ſanguis, quæ & vſq; hodie tota clamat pro ſanguine Chriſti innocenter effuſo. Iob
16. Terra nõ operias ſanguinem meum, nec inueniat in te locum latendi clamor meus. Apoca.6.
Quare non defendis ſanguinem noſtrum ab his qui ſunt in terra? Pſalmo.78. Vindica ſanguinẽ
ſanctorum tuorum qui effuſus eſt, ⌊antequam veniat dies domini,⌋ iudicij ſcilicet. Eſaię.63. Dies
vltionis in corde meo, ⌊magnus,⌋ poteſtate ſcilicet, quia miram tunc magnitudinem potentiæ
deus in condemnatione impiorum & in remuneratione iuſtorum oſtendet. Sophoniæ.1. Dies
magna & amara valde. Idem dicitur Amos.6, ⌊& horribilis,⌋ peccatoribus ſcilicet. Sapien-
tiæ.6. Horrende & cito apparebit vobis. Heb.10. Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis
⌊& erit,⌋ certitudo eſt prophetiæ. Matth.24. Cœlum & terra tranſibunt, verba aũt mea non
tranſibunt, ⌊omnis qui inuocauerit,⌋ hoc eſt, in ſe vocauerit, vt experimentum in ſe accipiat, Io F
næ.2. Clamaui ad dominum de tribulatione mea & exaudiuit me. Pſal.4. Cum inuocarem, ex-
audiuit me deus iuſtitiæ meę, ⌊nomen domini,⌋ hoc eſt, notam diuinitatis eius per effectũ. Hie-
remię.14. Tu autem in nobis es domine, & nomen ſanctũ tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne de-
relinquas nos, ⌊ſaluus erit,⌋ à periculo. ſ. diei illius. Abacuc.3. Exultabo in deo Ieſu meo, hoc eſt,
ſaluatore meo. Et ſubiungit rationem, ⌊quia in monte Sion,⌋ in eminentia ſpeculatiuæ vitę, ⌊&
in Hieruſalẽ,⌋ in pace actiuæ vitę, ⌊erit ſaluatio.⌋ Eſaię.46. Dabo in Sion ſalutem & in Hieruſa
lem gloriam meã. Pſal.75. Factus eſt in pace locus eius & in Sion habitatio eius, ⌊Sicut dixit do
minus,⌋ qui mentiri non poteſt. Tit.1. Quam promiſit qui non mentitur deus, ⌊& in reſiduis,⌋
qui ſcilicet reducti ſunt per pœnitentiam & ſuperſunt gladio diaboli vel hoſtis, ⌊quos dominus
adduxerit⌋ vel vocauerit, ita ſcilicet ꝙ reuocauerit eos à gladio hoſtis. Eſaię.4. Omnis qui reli-
ctus fuerit in Sion & reſiduus in Hieruſalem, ſanctus vocabitur.

¶ In capitulum tertium enarratio.

QVia ecce, in diebus illis.⌋ Tangit hic de iudicio & retributione meritorum, & ha
bet partes duas. Primo enim dicit de retributione malorum & poſtea de retribu-
tione bonorum, ibi, Et erit Hieruſalem ſancta. Prima in duas diuiditur. Primo
oſtendit qualiter ad iudicium congregabuntur. Secundo, qualiter condemnatio
eorum perficietur, ibi, Clamate hęc in gentibus. Adhuc in prima duo ſunt, ſcilicet
iudicium generaliter contra omnes, & ſpecialiter contra finitimos, ibi, Verũ quid
mihi & vobis. In primo quatuor ſunt. Dicit enim primo redemptionem ſanctorum. Secũdo cõ-
grega-

A gregationem malorum. Tertio, diſceptationem iudicis contra peccata eorum. Quarto, propalat
turpitudines eorum, ⌊quia ecce,⌋ iam enim demonſtrabile eſt in mea ordinatione, Simile Hie-
re.23. Ecce dies veniũt, ⌊in diebus illis,⌋ dies dicunt (ſicut ſæpe dictũ eſt) propter iuſtitiæ ſplen-
dorem quæ tũc ſplendebit. Matth.13. Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum, ⌊& in
tempore illo,⌋ quod ad retributionem pertinet. Pſal.74. Cum accepero tempus, ego iuſtitias iu
dicabo. Acto.18. Statuit diem in qua iudicaturus eſt orbem in æquitate, ⌊cum conuertero capti-
uitatem Iuda,⌋ formale pro materiali ponitur, hoc eſt captiuos. Et Iudam dicit, propter regnũ,
⌊& Hieruſalem,⌋ propter populum. Cõuertitur autem captiuitas per reditum ad patriam, quia
ille eſt debitus ordo, auertitur autem per pulſionem in exilium. Iuda autem cofitens deum, Hieru
ſalem viſio pacis interpretatur, confitens deum fide & videns in pace & tranquillitate conſcien-
tiæ, ſeruientes deo ſignificant, quorum captiuitas conuertitur, quãdo à diabolo & ab oppreſſio-
ne malorum liberãtur. Pſal.125. In cõuertendo dominus captiuitatem Sion facti ſumus ſicut con
ſolati. Hiere.30. Conuertam cõuerſionem populi mei Iſrael & Iuda, ait dñs, & conuertam eos ad
terram quã dedi patribus eorum & poſſidebũt eam. Et ſubiungit de cõgregatione peccatorũ ad
iudicium, ⌊& cõgregabo,⌋ corporali. ſ. cõgregatione, nõ in vnum cor & in vnam animã, ⌊om-
nes gentes,⌋ gentiliter viuentes. ſ. Matth.25. *Sedebit ſuper ſedẽ maieſtatis ſuæ & congregabun-
tur ante eum omnes gentes.* Eſaię.24. Congregabuntur congregatione vnius faſcis & mittẽtur
in carcerem, ⌊& deducam eas⌋ .i. de ſtatu priſtino diuitiarũ, delitiarũ, & honorum deponã. Iob
40. Diſperge ſuperbos in furore tuo & cõfunde eos, & reſpiciẽs omnem arrogãtem humilia. ⌊In
vallẽ Ioſaphat,⌋ quod iudicium dñi interpretatur, vallis aũt depreſſionẽ ſignat, q̃ etiam coacti hu
miliabuntur ſub iudicio dñi. Eſaię.2. A facie timoris domini & à gloria maieſtatis eius oculi ſubli
mis hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum, ⌊& diſceptabo ibi cum eis,⌋ Sep- Iudiciũ extremum in valle Ioſaphat pagetẽ
B tuaginta, & iudicabo eos. Diſceptatio aũt iſta quantum ad omiſſionem deſcribitur, Matthæi.25.
Eſuriui & non dediſtis mihi manducare, &c. quantum autem ad iniuriam illatam proximo, de-
ſcribitur Eſaię.3. Stat ad iudicandum dominus & ſtat ad iudicãdos populos, vos depaſti eſtis vi-
neam meam, & rapina pauperis in domo veſtra, ⌊ſuper populo meo,⌋ oppreſſo. ſ. & ſpoliato
vel malo exemplo & mala doctrina ſubuerſo. Eſaię.3. Populũ exactores ſui ſpoliauerũt. Eſa.52.
Ablatus eſt populus meus gratis, ⌊& hæreditate mea Iſrael,⌋ Iſrael rectiſſimus vel videns deum
interpretatur, & ſanctorum congregationem ſignificat qui adhærent deo, Eſaiæ.19. Hæreditas
mea Iſrael. Pſal.15. Hæreditas mea præclara eſt mihi, ⌊quos,⌋ populum. ſ. & hęreditatem, ⌊diſ-
perſerunt,⌋ hoc eſt, malo exemplo & tyrannide diſpergi fecerunt, ⌊in nationibus,⌋ hoc eſt, ad
ritus nationum. Pſal.105. Diſperſi ſunt inter gentes & didicerunt opera eorum & ſeruierunt ſcul
ptilibus eorum, ⌊& terram meam,⌋ à ſanctis. ſ. poſſeſſam ⌊diuiſerunt⌋ inter ſe ſupple, Exod.15.
Dixit inimicus, perſequar & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea, ⌊& ſup po
pulum meum⌋ captiuum ⌊miſerunt ſortem,⌋ quis. ſ. quem captiuũ haberet in ſeruum & ancil-
lam, Prouerb.1. Sortem mitte nobiſcũ, marſupium vnum ſit omnium noſtrum. *Sic videmus* ꝙ
quaſi ſortiunt dæmones de hoĩbus, quis quem ad fornicationẽ vel auaritiam vel ad ſuperbiã poſſi
deat, quod ſignatur Iohan.19. Milites diuiſerũt ſibi veſtimẽta Ieſu, ſortẽ mittentes, quis quid tol-
leret, Pſal.21. Diuiſerũt veſtimenta mea, & ſuper veſtẽ meam miſerũt ſortem. Hoc Iudæi referũt
ad Gog & Magog & alios inimicos eorũ, quos dicunt congregandos eſſe in vallem Ioſaphat,
quæ iuxta Hieruſalem eſt, & ibi à domino iudicandos. Noſtri autem quidã dicunt, in vltimo iu-
dicio, dominum in aere contra vallem Ioſaphat cum ſanctis ſeſſurum, & peccatores in terra ver-
C ſus vallem Ioſaphat congregandos, vt terræ. ſ. adhæreant quam dilexerunt, & ſic peccatores in
depreſſione eſſe quadam reſpectu ſanctorum quæ vallis vocatur. 1. ad Theſſ.4. Nos qui viuimus
qui reſidui ſumus in aduentu domini, ſimul cum illis, ſanctis ſcilicet qui dormierunt, rapiemur in
nubibus obuiã Chriſto in aera, & ſic ſemꝑ cum domino erimus. Et dicunt ꝙ ibi erit diſceptatio
& forma iudicij in quatuor ordinibus. ſ. iudicantium & iudicandorum. Et obijcit turpitudinem
⌊& poſuerũt puerum⌋ maſculum. ſ. captiuum, ⌊in proſtibulo⌋ lupanari, Eupheborum de ig-
nominioſo cõcubitu quęſtũ facientes. 2. Macha.4. Iaſon gymnaſium & euphebiam ſibi petebat
concedi vt conſtitueret. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere & optimos quoſ-
q; Eupheborum in lupanaribus ponere. Roma.1. Exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſ-
culi in maſculos, & fœminæ in fœminas turpitudinem operantes, ⌊& puellam vendiderunt,⌋
proſtituendo ſcilicet, ⌊pro vino vt biberent,⌋ hoc eſt, vt pretio ſcorti vinum emerent quo ſe
inebriarent, Eſaiæ.50. Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis. Terribile verbum dicit Hiero- Prælatorũ execranda diſſimulatia lucri cauſa.
nymus: Hic prælatus puerum in lupanari ponit & puellam vendit pro vino, qui videt implicitos
luxuria & alijs, & non arguit turpis lucri gratia, Eſaię.5. Væ qui iuſtificant impium pro muneri-
bus & iuſtitiam iuſti auferunt ab eo. 2. Petri.2. In ſuperbia vanitatis loquentes pelliciunt in deſi-
derijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt. Et ſubdit de iudicio contra finitimos, ⌊Verum
quid mihi & vobis,⌋ hoc eſt, quid cauſæ habetis ad me & ad meos, ⌊Tyrus & Sydon,⌋ vocati-
ui caſus, ⌊& omnis terminus Paleſtinorum,⌋ hoc eſt, Philiſtinorum, Iſte enim terræ coniunctæ



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

erant Iudæis & cum oĩbus affligentibus eos confœderati, ſemp iuuerũt in malũ, Zacha.1. Ira ma D
gna ego iraſcar ſuper gentes opulentas, quia ego iratus ſum parum, ipſi vero iuuerunt in malum.
Tyrus autem interpretatur anguſtia, & ſignificat ſuperbos & tyrannos proximos anguſtiantes.
Sapiæ.5. Stabant iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Sydon interpreta-
tur venatio, & ſignat auaros qui iniuſtis lucris animas pauperum venantur. Threñ.3. Venatione
cæperunt animã meã quaſi auem. Paleſtini potione cadẽtes, guloſos & luxurioſos ſignant, qui re
bus pauperum ad ſuas concupiſcentias abutuntur. Sapiæ.2. Vino pretioſo & vnguentis opti-
mis nos impleamus. Amos.6. Bibentes in phialis vinum & optimo vnguento delibuti, nihil cõ-
patiebantur ſuper contritione Ioſeph. Hi cum deo nihil habent commune.2. ad Corint.6. Quæ
conuentio Chriſti ad Belial? ⌊Nunquid vltionem vos reddetis mihi?⌋ hoc eſt, eſt ne aliquid in-
iuriæ quod fecerim, quã vſciſcendo ſemper contra me pugnabitis? Ad hanc quæſtionẽ reſpon-
det Pilatus Iohan.19. Ego nullam in eo inuenio cauſam. Mich.6. Popule meus quid feci tibi, aut
quid moleſtus fui? Reſponde mihi, ⌊& ſi vlciſcimini vos cõtra me,⌋ iniuſte ſupple, ſicut facitis,

Deus infert vindictã cito & velociter.

Multi eñ impugnãt deum. Pſal.55. Tota die impugnans tribulauit me, ⌊cito velociter,⌋ cito di
cit, quia breue tempus erit, Velociter, quia hoc ipſum breue continue ſuccedit. Eſaiæ.5. Ecce fe-
ſtinus velociter veniet, ⌊reddam viciſſitudinem vobis,⌋ pœnæ ſcilicet contra culpam, ⌊ſuper
caput veſtrum,⌋ hoc eſt, in pœnam capitis, quæ eſt mors, Eſaiæ.3. Væ impio in malum retribu
tio manuum eius fiet ei. Deut.32. Si arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus
meis, & his qui oderunt me retribuam. Pſal.93. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem
ſuperbis.2. Regum.1. Sanguis tuus ſuper caput tuum, os eñ tuum loquutum eſt contra te. Aba- E
cuc.3. Percuſſiſti caput de domo impij. Et obijcit ſpolium, ſubdens, ⌊Argentum enim meum &
aurum tuliſtis⌋.ſ. expoliando populum & templum, ⌊& deſiderabilia mea,⌋ vaſa.ſ. concupiſci
bilia, ⌊& pulcherrima mea,⌋ ad ornatum.ſ. populi & templi pertinentia, ⌊intuliſtis in delubra
veſtra,⌋ Threñ.1. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Delubrum dicitur à di-
luendo, templum ſcilicet in quo fons eſt de quo diluuntur intrantes. Dijs enim ſuis conſecrabant
quæ à populo dei & templo ſpoliabant. Danie.5. Vaſa domus dei allata ſunt coram te, & tu &
optimates tui & vxores & concubinæ tuæ vinum bibiſtis in eis, deos quoq; argenteos, &c. qui
non vident neq; audiunt neq; ſentiunt, laudaſti. Hoc poteſt dici prælatis & tyrãnis noſtris, qui(ſi

Tyrannis p̃latorum in ſubiectos damnanda

cut dicitur Baruch.3.) aurum & argentum ſibi theſaurizant, in quo confidunt homines, de ſpolio
ſubditorũ & quæq; deſiderabilia à pauperibus abſtrahunt, & deo ventri vel Veneri ſacrificãt, vel
etiam Ioui in ambitione, ſicut miſer populus conquæritur, Hiere.51. Abſorbuit me quaſi draco, re
pleuit ventrem ſuum teneritudine mea, ⌊& filios Iuda,⌋ confitentes.ſ. Chriſtum, ⌊& filios Hie
ruſalem,⌋ in pace conſcientiæ deo ſeruientes, ſimplices ſcilicet, ⌊vendidiſtis filijs Græcorum,⌋
cum immineret captiuitas, quidam hoſtes volentes fugere, fugerunt ad finitimos populos, ſicut
etiam Eſaiæ.16. dicitur: Abſconde fugientes & vagos ne perdas, quos illi captiuantes Græcis ven
diderunt. Et ſubdit malam intentionem huius ſceleris, ⌊vt longe faceretis eos,⌋ hoc eſt, remoue
retis ⌊de finibus ſuis,⌋ hoc eſt, de poſſeſſionibus patrijs vobis eas vſurpantes, Hieremiæ.49. Nũ
quid non filij ſunt Iſrael aut hæres non eſt ei, cur ergo hæreditate poſſidebit Melchon Gad, po-
pulum dei ſupple. Melchon rex eorum interpretatur, & ſignificat eos qui ſpoliati populi dei poſ-
ſeſſiones ſibi vſurpant. Græcis autem vendunt filios Iuda, qui ſimplices & ſpirituales viros ſapien
tiæ ſeculari implicant, quæ in negotiationibus eſt & lucris, Græci eñ talem ſapientiam quærunt, F
2. Macha.4. Patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabãtur, qua-
rum gratia periculoſa habebat eos contentio, Iacobi.3. Non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcen-
dens, ſed terrena, animalis, diabolica. Et ſubdit de conſolatione afflictorum & retributione ma-
lorum, ⌊Ecce ego ſuſcitabo eos,⌋ Loquitur de captiuis tanquam ſopitis, ligatos ſenſus habenti-
bus, ſicut dicitur de Petro, Actorum.10. Erat Petrus dormiens vinctus cathenis duabus, & ange-
lus domini percuſſo latere Petri excitauit eũ, dicẽs: Surge velociter, ⌊in loco in quo vendidiſtis
eos,⌋ captiuitatis.ſ. vel peccati, Eſaię.26. Expergiſcimini & laudate q habitatis in puluere. Eſaię
52. Gratis venundati eſtis & abſq; argento redimemini, ⌊& cõuertam⌋ per pœnam.ſ. ⌊retribu-
tionem veſtram,⌋ hoc eſt, peccatis veſtris dignam, ⌊in caput veſtrum⌋ hoc eſt, ſupplicium capi
tis, Apoca.18. Reddite ei ſicut ipſa reddidit vobis, & duplicate ei duplicia ſecundum opera eius, in
poculo quo miſcuit vobis, miſcete ei duplum, ⌊&⌋ tunc ſupple ⌊vendã filios veſtros & filias ve-
ſtras,⌋ orphanos.ſ. à vobis, ⌊in manibus filiorum Iuda⌋ hoc eſt, per manus filiorum Iuda qui ca
pient eos, ⌊& venundabũt eos⌋ leui.ſ. pretio, ⌊Sabęis,⌋ quaſi diceret illud Satyrici, Vltra Sauro
matas. Sabęa eñ regio eſt vltra Indiam vnde thus & aromata veniunt, quod ſequitur, ⌊genti lõ

Redimitur p̃ctõr ad vitã per Chriſtum.

ginquæ,⌋ vnde.3. Regum.10. Regina Saba quæ venit audire ſapientiam Salomonis, de finibus
terræ dicitur veniſſe. Spiritualiter autem hęc venditio in bono intelligitur, qua ſcilicet filij pecca-
torum ad bonam vitam venduntur. Gene.47. Eme nos in ſeruitutem regiam.1. ad Corinth.6.
Empti eſtis pretio magno.1. Petri.1. Non corruptibilibus auro vel argento redẽpti eſtis à vana
veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine agni tanquam immaculati Chri
ſti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ſti, Hi venduntur Sabęis. Sabęa enim clamor vel conuerſio interpretatur, & regio thuris eſt, vi-
ri enim boni clamant in oratione & laude, qꝗ conuerſi ſunt in ordinem vitæ, thus offerunt in
deuotione. Eſaiæ. 60. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino an
nuntiantes. Hæc gens longinqua eſt, à congregatione peccatorum elongata. Prouerb. vlt. Pro-
cul & de vltimis finibus pretium eius, ⌊quia dominus loquutus eſt,⌋ confirmatio eſt dictorum,
Tobiæ vlt. Non enim excidit verbum dei. Tit. 1. Quam promiſit qui non mentitur deus.
¶⌊Clamate.⌋ Tangit hic qualiter iſta perficientur, & duo dicit, primo iudicium, ſecundo iudicij
terrorem, ibi, Sol & luna. In prima tria dicit. ſ. iudicandorum congregationem, loci in quo iudica
buntur determinationem, & ſententiæ promulgationem. ⌊Clamate hæc in gẽtibus,⌋ verſus, &
eſt quaſi titulus ſequentium & iniunctio officij prophetis & prædicatoribus vt annuntient iudi-
cium domini. Eſaiæ. 40. Vox dicentis, clama. Eſaiæ. 52. Vox ſpeculatorum leuauerunt vocem.
Eſaiæ. 58. Clama, ne ceſſes. Quid autem clament, ſubdit, ⌊Sanctificate bellum,⌋ ſanctificare con
fortare eſt, & hoc fit quando congregantur duces & cohortatores ad prælium magnum domini
contra malos. Sapientiæ. 5. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos. Zacha. 14. Egre
dietur dominus & præliabitur contra gentes illas, ſicut præliatus eſt in die certaminis, ſic eñ præ
liatus eſt in paſſione vincens mortem & peccatum, ſic præliabitur in die iudicij, vincens dæmo-
nes & peccatores. Iudicum. 5. Noua bella elegit dominus. Eſaiæ. 30. In citharis & in tympanis
& in bellis præcipuis expugnabit eos. Citharæ ſunt conſonæ voces ſanctorum, Tympanum au
tem reſonantia eorum qui pellem mortalitatis huius ieiunijs & abſtinentijs areſecerunt, ⌊ſuſcita
te robuſtos,⌋ Robuſti ſunt robore virtutis diuinæ confortati. Eſaiæ. 25. Spiritus robuſtorũ quaſi
B turbo impellens parietem. Propter hoc (Nume. 2. &. 3. &. 4.) robuſta ætas à viginti annis & ſu- *Aetas apta prælijs.*
pra eligitur ad prælium domini, propter hoc etiam in eccleſia in confirmatione, ſpiritus datur ad
robur pugilibus fidei, Ioſue. 1. Confortare & eſto robuſtus, ⌊Aſcendant, accedãt omnes,⌋ de vir
tute ſcilicet in virtutem. Eſaiæ. 40. Qui ſperant in domino, mutabunt fortitudinẽ. Pſal. 83. Ibunt
de virtute in virtutem, ⌊viri bellatores,⌋ hoc eſt, viriles ex arte ſcientes bellum, experientiam. ſ.
rei militaris habentes, quales ſunt ſancti qui ſemper deo militauerunt. Iob. 7. Militia eſt vita ho-
minis ſuper terram. Tales viri ſignificantur. 2. Regũ. 17. Tu noſti patrem tuum & viros qui cum
eo ſunt robuſtiſſimos & amaro animo, velut ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat, ſed & pater tuus
vir bellator eſt. Iſti ſunt (ſicut dicit beatus Gregorius) viri bellatores, de quibus dicitur Iob. 3. Ma
ledicant ei qui maledicunt diei qui parati ſunt ſuſcitare leuiathan. Et ſubdit de inſtructione armo
rum ad bellum, ⌊Concidite aratra veſtra,⌋ Gloſſa, perfecti omne ſtudium quo animas ſuas ex-
colebant ad pugnandum pro alijs præparent. Secundum hoc, aratrum eſt ſtudium verbi dei, per
quod cor excolitur, illud conciditur quando ad impugnandos peccatores aptatur. Et hoc eſt qđ *Studiũ verbi dei, aratrum eſt cordis.*
ſequitur, ⌊in gladios,⌋ Ephe. 6. Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei. 2. Macha. vlt. Accipe
gladium ſanctum munus à deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Pſalm̃. 44. Accin-
gere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime, ⌊& ligones in lanceas⌋ ſupple aptate. Ligones
raſtra ſunt quibus vineæ fodiuntur, Lanceæ autem armatura feriendi longe & pugnandi, vnde li
gones, ſententias comminatorias ſignificant quæ corda terrena confodiunt per timorem, quæ
tunc in lanceas aptantur, quando de vltimo iudicio, quod longe eſt, peccatores expugnãt, & cor
C da eorum compungunt per timorem. Iob. 16. Lanceis ſuis conuulnerauerunt lumbos meos. Sa-
pientiæ. 5. Acuet diram iram in lanceam, Dira eñ ira eſt, quæ in die iudicij oſtendetur. 2. Mach. 11
Cum pariter prompto animo de Hieroſolymis ad bellandum procederent, apparuit præcedens
eos in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans. Et ſubdit de confortatione omnium ſancto-
rum ad bellum illud, ⌊Infirmus dicat, quia ego fortis ſum,⌋ id eſt, ad bellandum conualeſcat, &
infirmus (vt dicit Gloſſa) eſt humilis, mitis & pauper. 2. ad Corinth. 12. Quando enim infirmor,
tunc fortior ſum & potens. Heſter. 11. Lux & ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuoraue-
runt inclytos. Et ſubiungit de vocatione mortuorum ad bellum, ⌊erumpite,⌋ de ſepulchris ſci-
licet, diuina virtute reſurgentes. Ezechielis. 37. Ecce ego aperiam tumulos veſtros & educã vos
de ſepulchris veſtris popule meus. Iudas autem in epiſtola: Prophetauit autẽ de his ſeptimus ab
Adam, Enoch, dicens: Ecce venit dominus in ſanctis nubibus. ſ. facere iudicium contra omnes,
& arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de
omnibus dictis quæ loquuti ſunt contra dominum peccatores impij. Et hoc eſt quod ſequitur.
⌊Et venite omnes gentes de circuitu,⌋ ad iudiciũ. ſ. & bene dicit, gentes, quia ſup corruptam ge-
nerationem nihil habuerũt de lege ordinante vitam, vel de virtute ordinante paſſiones & opera
Et dicit de circuitu, quia nunquam recta via ambulauerunt, Pſalmo vndecimo: In circuitu impij
ambulant. Iob. 1. &. 2. Circumiui terram & perambulaui eam, ⌊& congregamini,⌋ ſicut con-
demnandi congregantur vt ſimul intereant. Eſaiæ viceſimoquarto: Cõgregabunt cõgregatio-
ne vnius faſcis, ⌊ibi,⌋ hoc eſt, in illo iudicio, ⌊occũbere faciet dñs⌋ ꝑ mortẽ. ſ. æternã ⌊robuſtos
tuos⌋ ꝑctõres. ſ. Amos. 2. Fortis nõ obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus nõ ſaluabit animã ſuã.

Et determinat locum quo congregentur,ſubdens, ⌊conſurgant⌋ hoc eſt,ſimul ſurgant boni.ſ. D
1.ad Corint.15.Canet enim tuba,& mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur,⌊& aſ-
cendant gentes⌋ mali.ſ. ſuperbi enim corde ſemper aſcendunt, & aſcenſio illa eſt vt profundius
cadant,⌊in vallem Ioſaphat,⌋ hoc eſt,in iudicij diuini depreſſionem.Ibi enim iudicio diuino in
vallem voraginis æternæ deprimentur. Pſal.72. Deieciſti eos dum alleuarẽtur. Et ſubiungit diſ-
poſitionem iudicis,quia ⌊ibi ſedebo⌋ tranquillus.ſ.& iuſtus, ⌊vt iudicem omnes gentes in cir-
cuitu⌋ Eſaiæ decimoſexto:Sedebit ſuper ſolium ſuum in veritate,in tabernaculo Dauid iudicãs
& quęrens iudicium & velociter reddens quod iuſtum eſt. Et ſubdit de ſententiæ promulgatione
& loquitur ad ſanctos qui ſecum iudicabunt,⌊mittite falces⌋ extremas.ſ.ſententias præciſionis,
⌊quoniam maturauit meſſis⌋ antiqua grãmatica. Dicitur autem matura meſſis, quando iniquitas
germinauit,& increuit ita vt vlterius ſuſtineri non poterit. Ezech.7. Floruit virga, germinauit
ſuperbia,iniquitas ſurrexit in virgam impietatis. Apoc.14. Mitte falcem tuam & mete,quia ve-
nit hora vt metatur,ad quod faciẽdum adhuc vlterius inuitat ſanctos,ſubdens,⌊venite⌋ ò ſan-
cti.ſ.conſenſu animi. Pſal.quinquageſimoſeptimo:Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam,⌊&
deſcendite⌋ peccatorum.ſ.conſideratione & diſcuſſione quid meruerint. Gene.decimooctauo:
Deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me,opere compleuerint,⌊quia plenum eſt
torcular⌋ quo impij.ſ.premi & calcari debent,non enim amplius locum habebit iniquitas. Apo-
calip.14. Miſit angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ,& miſit in E
lacum iræ dei magnum,⌊exuberant torcularia⌋ Exuberare enim torcularia eſt exuberare pecca
ta,vt neceſſe ſit ꝙ per ſententiam comprimantur. Hieremiæ ſexto: Cõuerte manum tuam quaſi
vindemiator ad cartallum. Cartallum eſt calathus ſiue vas,in quo reponũtur vuæ præciſæ,& ſi-
gnat infernum,in quo præciſi reponentur. Eſaiæ ſexageſimotertio: Torcular calcaui ſolus,& de
gentibus non eſt vir mecum,calcaui eos in ira mea,& in furore meo conculcaui eos. Et hunc intel
lectum innuit,cum ſubdit,⌊quia multiplicata eſt malitia eorum,⌋ hoc eſt, intantum increuit,ꝙ
præciſione opus ſit. Geneſis ſexto:Videns ꝙ multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta co
gitatio cordis intenta eſſet ad malum omĩ tempore,pœnituit eum q̃d feciſſet hominẽ. Et pro-
pter hoc citatione peremptoria,ſubdit.⌊Populi populi⌋ hoc eſt,ò populi populi, & propter ge
minationem populi notat diuerſitatem iudicandorum.⌊In valle cõciſionis⌋ congregamini vbi
concidemini gladijs ſententiarum,& concidetis in infernum,⌊quia iuxta eſt dies domini⌋ vin-
dictæ.ſ.⌊in valle conciſionis⌋ omne enim tempus reſpectu æternitatis paruum eſt. Ezech.ſe-
ptimo:Nũc finis ſuper te,& mittam furorem meum in te,& iudicabo te iuxta vias tuas. Et ſub-
dit de iudicij terrore.⌊Sol & luna obtenebrati ſunt⌋ ſolem vocat ſplendorem ſeculi in dignita-
tibus,diuitijs & delitijs ſeculi,lunam vero ſplendorem fortunæ. Iob.triceſimoprimo:Vidi ſolem
cum fulgeret & lunam incedentem clare & lætatum eſt cor meum in abſcondito, quaſi diceret,
male mihi accidat. Eſaiæ decimotertio:Stellæ cœli & ſplendor earum nõ expandẽt lumen ſuũ,
ſol obtenebratus eſt in ortu ſuo,& luna non ſplendebit in lumine ſuo, non enim volunt videre
luminaria cœli iniquitates impiorum,⌊& ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum,⌋ quia etiam in-
feriores dignitates deficient. Apocalypſis ſexto:Stellæ ceciderũt de cœlo in terram, ſplẽdor eñ F
nullus erit,niſi ſplendor dei. Et ſubdit terrorẽ ex parte ſententiæ diuinę,⌊& dñs de Sion rugiet⌋
de,præpoſitio notat cauſam,hoc eſt pro Sion, quia pro iniuria fidelibus facta rugiet in ſpecula-
tione conſtitutus. Amos tertio:Leo rugiet, quis non timebit? Prouerbiorum viceſimo:Sicut ru-
gitus leonis,ita & ira regis, qui prouocat eũ, peccat in animã ſuã.⌊Et de Hieruſalem dabit vo-
cem ſuam⌋ hoc eſt,pro Hieruſalem,ſimplicibus.ſ.qui in pace deo ſeruiunt,qui à tyrannis affli-
cti ſunt,Oſee vndecimo:Leo rugiet & formidabunt filij maris,hoc eſt,filij amaritudinis ſeculi.
Amos primo:Dominus rugiet de Sion, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam,⌊& mouebuntur
cœli & terra⌋ hoc eſt,cœleſtes & terreni. In condemnatione enim impiorum(vt dicit Hierony
mus)etiam ſancti contremiſcent. Iob quadrageſimoprimo: Cum ſublatus fuerit,timebunt an-
geli. Per terram autem terreſtres intelliguntur,qui merito contremiſcent. Pſal.ſeptuageſimo-
quinto:Terra tremuit & quieuit. Dum exurgeret in iudicio deus. Quare autem ſancti non con-
tremiſcant in deſperationem,ſubdit,⌊& dominus ſpes populi ſui,⌋ Romanorum quinto:Spes
nõ cõfundit,⌊& fortitudo⌋ ſupple contra aduerſarios deprimendos,⌊filioꝝ Iſrael,⌋ videntiũ,
ſcilicet deum per fidei deuotionem. Pſal.viceſimoſeptimo: Dominus fortitudo plebis ſuæ,&
protector ſaluationum Chriſti ſui eſt,⌊& ſcietis⌋ tunc ſupple,ò electi,⌊quia ego dominus deus
veſter⌋ experimento,ſcilicet gratiæ & gloriæ. Iohannis viceſimo:Dominus meus & deus meus
⌊habitans in Sion⌋ hoc eſt,in eminentia cõtemplationis ſpeculatiuę,⌊in monte ſancto meo⌋
hoc eſt,in eminentia virtutis actiuę. Pſal.ſeptuageſimoquinto:In Sion habitatio eius. Mons autẽ
eminentia eſt ſanctitatis actiuæ. Pſal.67. Mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo. Hie
miæ.31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitiæ mõs ſanctus. Hæc omĩa Iudæi & noſtri iu-
daizantes exponunt de aurea Hieruſalem, contra quam Gog & Magog,& aliæ gentes veni-
ent tanquam à deo concitatæ,& congregatæ contra pugnam ſanctorum domini vt corruant
corã

Sancti ſimul cũ deo impios iudicabunt.

Iudiciũ extremũ ſemper timẽdũ

A coram autea Hieruſalem in valle Ioſaphat, quæ parum diſtat à Hieruſalem, quæ expoſitio qa fal-
ſa eſt & probari non poteſt per ſcripturam, à nobis refutatur. ¶⌊Et erit Hieruſalẽ ſancta⌋ Tã-
git conſolationem ſanctorum, primo quidem in ſeparatione bonorum à malis. Secundo, in con-
ſolatione bonorum. Tertio, in depreſſione inimicorum. Quarto, in perpetuitate conſolationis
ſanctorum. ⌊Et erit Hieruſalem ſancta⌋ emundatis. ſ. peccatoribus. Eſaiæ primo: Poſt hoc vo
caberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis, ⌊&⌋ id eſt, ⌊alieni⌋ ſupple à deo pctõres, ⌊non tranſibunt per
eam amplius⌋ tranſitus peccato℞ eſt vbi reliquuntur veſtigia peccatorum, teſtante domino, qui
de diabolo ad beatum Iob. 41. loquitur dicens: Poſt eum lucebit ſemita. Et quia tunc nõ habebit
locum peccatum, propter hoc dicitur, ꝙ peccator non tranſibit. Eſa. 52. Non adijciet vt pertrã-
ſeat per te incircũciſus & immundus. Bernardus: Felix anima in qua non reſultat veſtigiũ pecca-
toris. Et ſubdit de conſolatione in bono, ⌊& erit⌋ pro certitudine prophetali dictum eſt. ⌊In
die illa⌋ claritatis. ſ. & gloriæ ſempiternæ, ⌊ſtillabunt montes dulcedinem.⌋ Montes dicuntur
vertices trium perſonarum in ſancta trinitate vel etiam vertices apoſtolorum in gratia. Pſal. 75.
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Hæc enim illuminatio dulcior eſt melle. Ecci. 24.
Spiritus meus ſuper mel dulcis, ⌊& colles⌋ hoc eſt, vertices angelorum & ſanctorum ad angelos
aſſumpto℞, ⌊fluent lacte⌋ in veritate candidę, & puritate dulciſſimę doctrinæ humanitatis Chri
ſti, quàm per illuminationem omnibus ingerunt. Cantic. 5. Comedi fauum meũ cum melle meo,
bibi vinum meum cum lacte meo. Quid autem in planis campis efficiat, ſubdit. Primo, quantum
ad innocentes. Secundo, quantum ad pœnitentes, ⌊& per omnes riuos Iuda⌋ hoc eſt, confiten-
B tium deum, corde, ore & opere, ſicut innocentes faciunt, riui autem Iuda ſunt omnia receptacula
animæ & corporis. ⌊Ibunt aquæ⌋ quibus influuntur aquæ vitæ æternæ. Ezech 47. Omnis ani
ma viuens quę ſerpit quocũqꝫ venerit torrens, viuet, ⌊& fons de domo domini egredietur⌋ hoc
eſt, de theſauris omnipotentis dei. Pſal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente vo
luptatis tuæ potabis eos, ⌊& irrigabit⌋ irrigatione. ſ. voluptatis & felicitatis. Ecci. 24. Dixi, riga
bo hortum plantationum & inebriabo prati mei fructum, ⌊torrentem ſpinarum⌋ hoc eſt, pœ-
nitentium qui compuncti ſunt ſpina peccatorum. Pſal. 31. Conuerſus ſum in ærumna mea dum
configitur ſpina. Aerumna enim cõfigitur ſpina, quando compunctione peccati, ærumna, hoc
eſt, pœnitentia peccator configitur, non tantum enim innocentes, ſed etiam pœnitentes ſalua-
buntur. Iſte eſt fons, de quo dicitur Geneſis ſecundo: Fons aſcendebat de terra irrigãs vniuerſam
ſuperficiem terræ. Iſtæ ſunt aquæ egredientes de templo à latere dextro. Ezech. 47. Parum eñ
eſſet ſi irrigaret tantum lilium innocentium & non ſpinas pœnitentiũ. Et vt eluceſcat magis dã-
natio impiorum ex comparatione bonorum, ſubdit. ⌊Aegyptus in deſolationem erit⌋ Aegy-
ptus, męror vel tenebræ, ſpiritualia peccata ſignat, ſuperbiã. ſ. inuidiam, inanem gloriam, iram &
etiam auaritiam, quæ tunc erunt in deſolationem condemnationis perpetuæ. Eſa. 1. Deſolabitur
C ſicut in vaſtitate hoſtili. Sapiæ. 5. Ad hæremum perducet omnem terrã iniquitas illorum, & ma-
lignitas euertet ſedes potentum, ⌊& Idumæa⌋ quæ ſanguinea interpretatur, & carnalia pecca-
ta ſignificat, ⌊in deſertum perditionis,⌋ ſupple erit, vbi. ſ. nec deus nec ſancti de cætero habita-
bunt. Matth. 23. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Et ſubiungit cauſam, ⌊pro eo ꝙ
inique egerint in filios⌋ hoc eſt, contra filios, ⌊Iuda⌋ confitẽtes. ſ. & glorificãtes deum. Eſa. 26.
In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam dei, ⌊& effuderint ſanguinem innocen-
tem in terra ſua⌋ martyrum. ſ. quos vel malo exemplo, vel gladio, vel ſubtractione neceſſario℞
interimunt. Pſal. 78. Effuderunt ſanguinem ſanctorum tuorum tanquam aquam in circuitu Hie
ruſalem. Eccleſiaſtici. 34. Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum, homo ſangui-
nis eſt. Et ſubiungit per contrarium de conſolatione bonorum, ⌊& Iudæa in æternum habitabi-
tur⌋ Iudæa confeſſio domini interpretatur & ſignificat eccleſiam. Pſal. 113. Facta eſt Iudæa ſan-
ctificatio eius, hoc eſt, habitabitur ab angelis & deo & ſanctis. Eſa. 62. Terra tua inhabitabitur, qa
complacuit domino in te, ⌊& Hieruſalem⌋ ſupple habitabitur, ⌊in generationem⌋ innocen-
tium, ⌊& generationem⌋ pœnitentium. Pſal. 23. Hæc eſt generatio quærentium dominũ. Item
pſal. 86. Sicut lætantium omniũ habitatio eſt in te, ⌊& mundabo⌋ hoc eſt, vindicabo, ⌊ſangui-
nem eorum⌋ ſanctorum, ſcilicet ⌊quos non mundaueram⌋ hoc eſt, vindicaueram vſqꝫ ad diem
iudicij. ſ. Apoca. 6. Quouſqꝫ domine ſanctus & verus, nõ iudicas & vindicas ſangui-
nem noſtrum, ab his qui ſunt in terra. Pſal. 78. Vindica ſanguinem ſan-
ctorum tuorum qui effuſus eſt, ⌊& dñs commorabitur in
Sion⌋ inter ſanctos. ſ. influens eis ſemper bea-
titudinis dulcedinẽ in ſpeculatio-
ne felicitatis æternę.
Ezech. vlt.
Nomen ciuitatis à die illa & deinceps dñs. Pſal. 124.
Dominus in circuitu populi ſui ex hoc
nũc & vſqꝫ in ſeculum.

Illuminatio ſpũs ſancti melle ẽ dulcior.

¶D. Alber-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# D. ALBERTI MAGNI EPISCOPI RATISPONENSIS, in Amos prophetam enarratio. D

## ¶PROLOGVS.

SIcut in pręhabita diuiſione dictum eſt, Amos contra vitia communia prophetat, & onera gentium circa ſe poſitarum deſcribit, propter quod congrue onuſtus interpretatur. 2. Paralip. 10. Pater meus impoſuit vobis onus graue, & ego maius pō dus apponam. Iob. 16. Conſolatores oneroſi vos eſtis. Tres autem prologos pręmittit Hieronymus. In quorum primo cauſam ſuſcepti operis inſinuat, ſecundo modum quem à principio obſeruat, demonſtrat, ibi, & quia idē propheta. In primo horum tria dicit. ſ. quando, quibus & quorum regum temporibus prophetauit.

### ¶Prologi diui Hieronymi in Amos prophetam explanatio.

OZias rex⌋ De quo legitur. 4. Reg. 14. & . 2. Paralip. 16. ⌊cum dei religionē⌋ hoc eſt, ſacerdotium ad dei religionem conſtitutum, ⌊ſolicite⌋ non diſcrete tamen ⌊æmularetur⌋ hoc eſt, æmulando ſacerdotes diligeret. Galatas quarto: Aemulantur vos non bene, ⌊nimio religionis amore prouocatus⌋ Omne quod eſt nimium, vertitur in vitium. Nimis enim fuit, quando ſacerdotale officium ita ampliare voluit, vt dignitatem regalem & ſacerdotalem ſimul habere contenderet, E ⌊contra præceptū legis Moyſi,⌋ hoc eſt, date per Moyſen. Eccleſiaſtici viceſimoquarto: Legem mandauit vobis Moyſes in præceptis iuſtitiarum, maxime Numer. 1. & . 16. vbi virga frondente & florente demonſtratum eſt, quod nō niſi ad ſummum ſacerdotem pertinet ſacerdotale officium, ⌊arrepto thuribulo⌋ aureo. ſ. ⌊vt in hiſtoria ſecundi libri Paralipomenon oſtendit⌋ viceſimoſexto capitulo, ⌊ſacerdotale officiū⌋ incenſum. ſ. ponendo, ⌊præſumere conatus eſt⌋ hoc eſt, vſurpare. Et poſito facto, ꝙ peccatum fuit, oſtendit ſignum per quod deus demonſtrauit peccati enormitatem, ⌊ob eam rem⌋ hoc eſt, propter tale peccatum, ⌊terræmotum in templo dei exortum conſtat⌋ Hoc enim narrat Ioſephus, ꝙ propter peccatum illud ante ciuitatem ſciſſa eſt media pars montis per quatuor ſtadia ad occidentem, ita vt vias clauderet & vrbes regias deſtrueret, ſicut ex Ioſepho narrat Hieronymus, ⌊cuius etiam⌋. ſ. terræmotus. ⌊Zacharias propheta⌋ . 14. ⌊meminit⌋ ſic dicens: Scindetur mons oliuarum ex media parte ſui ad orientem & occidentem interrupta grandi valle. Et poſt pauca. Et fugietis ſicut & fugiſtis à facie terræmotus in die Oziæ regis. Quare autem hoc dixerit, ſubdit. ⌊Ante hunc itaqꝫ terræmotum⌋ qui fuit. ſ. temporibus Oziæ, ⌊Amos propheta⌋ iſte. ſ. ⌊temporibus prædicti regis⌋ Oziæ. ſ. regis Iuda, ⌊& temporibus Hieroboam⌋ qui tempore Oziæ regnauit in decem tribubus, ⌊filij Ioas regis Iſrael⌋ de quibus. 14. & . 15. & . 2. Paralip. 15. Quid autem prophetauit, & propter quod ſubdit, ⌊in eas gentes⌋ hoc eſt, cōtra eas gentes, ⌊quæ lectione⌋ hoc eſt, textu huius prophetiæ, pri- F mo & ſecundo capitulo, ⌊comprehenſæ ſunt⌋ hoc eſt, continentur, ⌊iram dei,⌋ & antequam ſubiungat, qualiter ira dei proceſſerit parenteſim facit de cauſa. ⌊Ob eas cauſas quas memorauit⌋ hoc eſt, in prophetia expreſſit, ⌊affuturam denuntiat iram dei,⌋ Pſal. 29. Ira in indignatione eius. Et ſubiungit ſecundam partem, quæ eſt de modo principij prophetiæ, ⌊& quia idē propheta in ſequentibus⌋. ſ. prophetiæ capitulis, ⌊ait⌋ primo. ſ. & ſecundo capitulo, ⌊ſuper tribus impietatibus⌋ Septuaginta translatio, ⌊& ſuper quatuor non conuertam eum⌋ hoc enim octies dicit, ⌊tertio peccatorum indulgentiam deum dare poſſe ſignificat,⌋ hoc eſt, ſuper peccato conſenſus, operis & conſuetudinis, hoc enim per pœnitentiam remittit deus. Ezech. decimooctauo Quacunqꝫ hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum ſuarum non recordabor, ⌊quem⌋ deum. ſ. ⌊quarto eadem peccata admittentibus,⌋ hoc eſt, per deſperationem adiungentibus, & finali impęnitentia ſic decedentibus, ⌊nec pœnitentiam⌋ hoc eſt, gratiam pœnitendi, ⌊nec indulgentiam⌋ in remiſſionem. ſ. peccatorum, ⌊daturum annūtiat⌋ Ita oportet ꝙ exponatur, vel contrarium erit ei quod dicitur Matth. 18. Non dico tibi Petre, dimitte ſepties, ſed vſqꝫ ſeptuagies ſepties. Titum. 3. Hæreticū hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita, ſciēs quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Quod autē hoc verum ſit, probat, ſubdens. ⌊Nam⌋ id eſt, quia ⌊per ignis ſimilitudinem⌋ hoc eſt, metaphorā, ⌊quem⌋. ſ. ignem, ⌊in prædictas gentes⌋ octo. ſ. ⌊immittendum prædixit⌋ octies. ſ. dicēdo, mittam ignem ⌊grauem⌋. ſ. in afflictione, ⌊atqꝫ irreuocabilem⌋ humana. ſ. poteſtate, ⌊dei irā⌋ Threñ. 2. Effudit quaſi ignem indignationem ſuam, ⌊ad euerſionem earundem ciuitatū⌋ quas. ſ. nominat in primo & ſecundo capitulo, ⌊proceſſuram voluit demonſtrare⌋ Deuter. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſqꝫ ad inſerni nouiſſima.

Ozias lepra percuſſus ob vſurpationē ſacerdotij.

¶Argu-

A ¶Argumenti diui Hieronymi in Amos prophetam,explanatio

POſt hunc præmittitur ſecūdus prologus, in quo velut argumento mētem aperit
de contentis in prophetia,& accipitur de procemio galeato,additur vero aliquid
ex gloſſa,ibi,Non dixit verbum,ſed verba.De octo itaqꝫ mentem arguit,quorum
primū excitat attentionē ex difficultate operis, reliqua ſeptē mentem arguunt de
his quæ in litera continentur.⌊Amos propheta & ruſticus.⌋ In procemio galea-
to continet Amos paſtor & ruſticus,& hoc conuenit,qa paſtoris eſt prophetare. Prophetare paſtoribus conuenit.
Prophetare em̄ docere eſt,quod officium paſtoꝝ eſt.Ruſticus aūt dicitur quaſi rus colens,& cō-
mendatur in hoc ſimplicitas eius,qa.ſ.aſtutijs & dolis ciuitatū non erat inquinatus.Pſal.54.Qm̄
vidi iniquitatem & contradictionē in ciuitate,⌊& ruboꝝ moros diſtringens⌋ In procemio eſt
mora,& commendat in hoc à ſimplicitate victus & parſimonia.Contentus em̄ fuit his quæ ſpōte
gignit deſertum,ſicut moris in rubis deſerti natis,quæ diſtrinxit vt ſuccū in potum & panis con-
dimentum acciperet.Ecci.7.Non oderis laborioſa opera & ruſticationem ab altiſſimo creatam.
Per hoc enim oſtenditur prophetæ authoritas, q̊d.ſ.tam ſimplex fingere non potuit, nec altiſſi-
ma ſapientiæ dei ſcire,niſi per ſpiritum dei.Ecci.27.Sicut ruſticatio,de ligno oſtendit fructū illi-
us,ſic verbum ex cogitatu cordis hominis,ſupple oſtendit. Et ſubdit difficultatem,⌊paucis ver
bis explicari non poteſt⌋ quo ad myſteria contenta.Heb.5.De quo grandis nobis ſermo & in-
terpretabilis ad dicendum.Et hoc probat ſubdens,⌊quis enim digne exprimat⌋ hoc eſt,expri-
mere poſſit,& quis notat difficultatē,ſicut Eſaiæ quinquageſimotertio: Generationē eius quis e-
narrabit?.Et quod dicit digne,intelligit quantum ad myſterium, quod nullus ſufficienter enar-
rare poterit,⌊tria & quatuor ſcelera Damaſci, Gazæ⌋ ſupple tria & quatuor ſcelera, ⌊Tyri,⌋
B ſupple tria & quatuor ſcelera, ⌊Idumeæ,⌋ tria & quatuor ſcelera, ⌊filioꝝ Ammon⌋ ſupple tria
& quatuor ſcelera,⌊& Moab⌋ ſupple tria & quatuor ſcelera.Et hæc dicit ī primo capitulo,⌊&
ſeptimo octauoqꝫ gradu Iudæ⌋ ſcilicet tria & quatuor ſcelera,⌊& Iſrael⌋ ſupple tria & quatuor
ſcelera,quæ in ſecundo dicit capitulo.Iob decimoſeptimo: Digne eum inuenire non poſſumus
fortitudine & iudicio & iuſtitia,& enarrari nō pōt,⌊hic⌋.ſ.Amos,⌊loquit ad vaccas pingues⌋
vaccæ dicuntur propter laſciuiam,pingues propter ingluuiem, ⌊quæ ſunt in montibus Sama-
riæ⌋ hoc eſt,in decem tribuum dignitatibus,& hoc facit capitulo quarto, ⌊& ruituram domum
maiorem,⌋ hoc eſt,familiam regis & principum, ⌊minoremqꝫ⌋ hoc eſt,familiam ciuium & po
pularium,⌊teſtatur⌋.ſ.per captiuitatis euerſionē.ſ.capitulo ſexto.⌊Ipſe⌋.ſ.Amos, ⌊cernit⌋
in viſu prophetali,⌊fictorem locuſtæ⌋ capitulo ſeptimo,hoc eſt,deū fingentem locuſtas ad ter-
ræ vaſtitatem,de quibus locuſtis in Iohele ſatis dictum eſt,⌊& ſtantem dominum⌋ ſupple cer-
nit,⌊ſuper litū murum⌋ Sic habet noſtra tranſlatio: Litus murus per ſyncopen dicitur,murus li
nitus cemento,⌊vel adamantinum⌋ Sic habēt ſeptuaginta,& hoc eſt etiā capitulo ſeptimo,⌊&
vncinum pomorum⌋ ſupple cernit,⌊attrahentem ſupplicia peccatoribus⌋ & hoc facit capitulo
octauo,⌊& famen in terra⌋ ſupple cernit,⌊non famem panis nec ſitim aquæ,⌋ quæ materialis
fames eſt,⌊ſed audiendi verbum domini⌋ capitulo octauo.Quod nunc ſequitur,de gloſſa addi-
tur.⌊Non dixit verbum,ſed verba⌋ Oſee em̄ & Iohel dixerūt verbū & non verba, ſed iſte dicit
C verba & non verbum,eo ꝙ iſte ea quæ dixit,retulit ad audientes, illi autem ea quæ dixerunt re-
tulerunt ad verbum increatum,quod forma eſt omnium verborum.⌊Amos vero interpretatur
onuſtus⌋ onera enim imponenda octo gētibus prophetauit.Pſal.triceſimoſeptimo:Sicut onus
graue grauatæ ſunt ſuper me.Et ſubdit de ſanctitate,⌊hic Amos ſpirituali gratia plenus⌋ vſque
ſcilicet ad redundantiam,ſicut de Stephano,Actorum ſeptimo dicitur: Stephanus plenus gratia
& fortitudine,⌊prophetauit inter cæteros prophetas,⌋ hoc dicit,quia patrem vel auum prophe
tam non habuit,ſed nouæ gratiæ appoſitione prophetis coniunctus eſt.1.Regum.10.Obuiū ha-
bebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium & tympanum &
tybiam & citharam,ipſoſqꝫ prophetantes & inſiliet in te ſpiritus domini, & prophetabis cū eis.
Et hoc eſt quod ſequitur.⌊Nō em̄ ipſe ſolus erat prophetes, ſed etiā alij,⌋ ſicut dicitur.3.Re.18.
ꝙ Abdias tulit centum prophetas, & abſcondit eos quinquagenos in ſpeluncis,& pauit eos pa-
ne & aqua,ne eos interficeret Iezabel,⌊eſſe quippe non potuit⌋ id eſt nō debuit,⌊prophetes niſi
paſtor ante fuiſſet⌋ Diximus enim pauloante, ꝙ paſtorum officium eſt docere ſiue prophetare.
1.ad Corinth.decimoquarto: Poteſtis omnes per ſingulos prophetare,⌊qui etiam tuba ſua clā-
git⌋ intelligit de tuba ſpirituali,quæ eſt ſonus doctrinæ & prædicationis. Oſee nono: In guttu-
re tuo ſit tuba, ⌊per ſingulos dies⌋ hoc eſt,per ſingulas illuminationes, ⌊erudiens⌋ extra rudi-
tatem nos ponens, ⌊& docens⌋ myſteria ſupple, ⌊in eccleſia⌋ Romañ. decimoquinto: Quæ- Vox ꝓphe
cunqꝫ ſcripta ſunt,ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.Et explanat qualiter hoc eſt,ſubdens.⌊In raꝝ tubę ē
veritate enim⌋ hoc eſt,vera ſignificatione,⌊vox omnium prophetarum⌋ ſpiritu dei,ſcilicet lo- ſimilis.
quentium,⌊tanquam tuba ſpiritualis eſt,⌋ Eſaiæ quinquageſimooctauo: Quaſi tuba exalta vo-
cem tuam,⌊prædicans in eccleſia⌋ Chryſoſtomus dicit,q̊d prædicatio eſt de his quæ ſunt fidei,
doctrina autem de his quæ ſunt rationis.Marci,vltimo: Prædicate euangelium omni creaturæ,

⌊ſecūdū

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

⌊ſecundum quod ſcriptũ eſt,⌋ Eſa.40.⌊Aſcende in montẽ excelſum,⌋hoc eſt,vitæ eminentiã D
⌊tu qui euangelizas Sion,⌋hoc eſt,ſpeculator eccleſiæ,⌊& exalta vocẽ tuam qui p̄dicas Hieru-
ſalẽ⌋,vt.ſ.ad corda peccatoꝝ penetret. Eſa.52. Vox ſpeculatoꝝ tuoꝝ leuauerũt vocem.

## ¶Prologi diui Hieronymi in Amos prophetam explanatio.

HIc in hoc tertio prologo tanguntur diſpoſitiones prophetæ in octo,in perſona ſci
licet,in noĩe,in patria,in habitu interiori,in temporibus quibus prophetauit,&
cõtra quos,authoritas & paſſio,& hæc per ordinẽ dicuntur in litera.⌊Hic Amos
propheta⌋.ſ.qui hanc enuntiauit prophetiã,⌊non fuit pater Eſaiæ prophetæ,⌋
de quo dicitur Eſa.1. Viſio Eſaiæ filij Amos,⌊quanq̃,⌋hoc eſt,quamuis⌊& ille⌋
.ſ.pater Eſaiæ,⌊propheta extiterit,⌋ſecũdum illam regulã Hebræoꝝ,ꝙ pater q
ponitur in titulo prophetæ,propheta fuerit. Ecci.44. Qui de illis nati ſunt,reliquerũt nomẽ nar-
randi laudes eoꝝ. Et ſubdit de nomine.⌊Nam alijs literis ille,⌋ pater ſcilicet Eſaiæ, אמוץ,⌊&
alijs iſte,⌋עמוס.ſ.qui ædidit hanc prophetiam,⌊apud Hebræos ſcribitur.⌋Sæpe em̃ voce con-
ueniunt quæ ſignificatione differũt,⌊quæ differẽtia literaꝝ⌋ſcribendi literas diuerſas per eundẽ
ſonum,⌊apud latinos nõ habetur,⌋quia latini nõ vtũtur appunctationibus literaꝝ,per quas idẽ
ſonus elemẽti in diuerſas inflectitur ſignificationes,ſicut etiam apoſtoli(vt quidã dicunt)eodem

Eſaię pater Amos dictus,

ſono loquuti ſunt,ſed diuerſis ſignificationibus auditi. Et hoc probat per nominũ interpretatio-
nes,⌊& ille fortis vel robuſtus⌋.ſ.pater Eſaiæ,⌊hic vero,⌋hoc eſt,cui iſta prophetia inſcribitur
⌊auulſus interpretatur.⌋Et ſubdit rationem nominis,⌊quia loquutus eſt cõtra decem tribus,⌋
cõtra quas etiam Oſee loquutus eſt,⌊quæ per idololatriam⌋vituloꝝ.ſ.& alioꝝ idoloꝝ⌊à cul- E
tura dei⌋.2.ad Corinth.6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial,vel etiam⌊à regno Dauid,⌋à quo
.ſ.in Hieroboam receſſerũt.3.Reg.14.⌊erant auulſæ.⌋Pſal.51. Euellam te de tabernaculo tuo &
radicem tuã de terra viuentiũ. Et ſubdit de patria,⌊Fuit aũt cognatio eius⌋ex patribus & auis.ſ.
⌊ex oppido Thecuæ,⌋quod ad ruſticana & paſtoralia deputatũ fuit,ſicut & Dauid aſſumptus
fuit. Pſal.77. De poſt fœtantes accepit eũ,⌊quod⌋.ſ.oppidum⌊ſex miliaribus diſtat à Bethle-
hem,⌋in tribu Iuda. Decuit em̃ ꝙ propheta dñi ſecũdum patriam vicinus eſſet patrię dñi. Et ſub
dit qualis erat artificio,⌊curam gerens pecoꝝ,⌋quod(ſicut dictũ eſt)competebat officio prophe
tiæ. Gene.46. Paſtores ouium ſumus ſerui tui & nos & patres noſtri,⌊in latitudine camporum⌋
Campi dicũtur inculta prata,⌊qui ſunt proximi oppido Thecuæ,⌋tota em̃ adiacens regio qua-
ſi inculta eſt & alendis gregibus apta. Eſa.7. Erit in paſcua bouis & in cõculcationem pecoris. Et
ſubiungit rationem,⌊in quibus⌋.ſ.campis⌊humi,⌋nominatiuus.ſ.pluralis⌊aridæ,⌋vnde autẽ
aridæ ſint,ſubdit,⌊atq; harenoſæ,⌋hoc eſt,quia harenoſæ,harena em̃ ex ſiccato luto glutinoſo
arida efficitur,& ideo quia humor exiccatus eſt,nihil ex eo generatur. Et hoc eſt q̃d ſequitur,⌊ni
hil omnino frugũ gignitur,⌋fruges dicuntur à fruendo,talia em̃ non gignũtur quibus homo frui
poſſit,⌊ſed vberrimis paſcuis abundãt,⌋gramina em̃ quæ ex putrefactione herbaꝝ generantur
in ſuperficie naſcunt,& quia terra aratro ibi nõ euertit,ideo gramina abundãt,foſſa em̃ terra vſq;
ad harenam & paſcua tolleret & fruges nõ gigneret. Ezechi.34. In paſcuis vberrimis paſcã eos,
⌊& ideo cuncta⌋campeſtria.ſ.Thecuæ,⌊ſunt plena paſtoribus,paſtores em̃ in locis paſcualibꝰ
habitãt,paſtoꝝ em̃ eſt paſcua perquirere. Ezech.34. Paſcam eos in locis virentibus,⌊& ſterilitas F
terræ,⌋Fruges em̃ abundanter locus harenoſus nõ gignit,⌊compenſatur pecoꝝ multitudine,⌋
Dicit em̃ philoſophus in libro de animalibus,ꝙ omne animal abundat ibi,vbi abundat ſuus cibus
& pecora vtiliora ſunt q̃ fruges,quia paucis pecoribus multæ fruges emũtur. Et ſubdit qualis fuit
habitu animi,⌊Ex hoc numero paſtoꝝ,⌋iuxta Thecuam.ſ.habitantium,⌊fuit Amos,⌋ſicut
ipſe dicit.7.cap. Non ſum propheta nec filius prophetæ,ſed armentarius ego ſum vellicans ſyco
moros,⌊imperitus ſermone,⌋hoc eſt,arte rhetorica,⌊ſed plenus ſcientia⌋ſpũali.ſ.& diuinorũ
Et alludit ei quod dicitur.2.ad Corinth.11. Et ſi imperitus ſum ſermone,ſed nõ ſcientia. Ecci.15.
Impleuit eum dñs ſpũ ſapientiæ & intellectus. Et ſubdit de temporibus prophetiæ,⌊Propheta-
uit aũt eiſdem temporibus,⌋hoc eſt,eorundem regũ temporibus,⌊quibus Iohel,⌋qui ante ha-
bitus eſt,⌊Naum,Ionas,Oſee,Eſaias,⌋Iohel em̃ temporibus Oſee prophetauit,ſecũdum regu-
lam Hebræoꝝ,quæ ſæpe dicta eſt,Oſee aũt eoſdem reges habet in titulo quos habet iſte. Abdi-
as aũt & Ionas ad iſtum referuntur,quia ſequuntur eum immediate,ſicut & Naum ad Michęam
(cuius titulus eoſdem cũ Oſee reges habet)eſt referendus,Eſaias aũt eoſdem cum iſto reges ha-
bet in titulo,⌊Sed aliquantulũ exorſus eſt prophetare,⌋hoc eſt,incepit prophetare duobus an-

Amos prophetauit biennio ante Eſaiam.

nis,⌊anteq̃ Eſaias,⌋Eſaias em̃ prophetare incepit temporibus Oziæ,quãdo regnum reliquit fi
lio Ioathan,iſte aũt anteq̃ lepra percuteretur & ante terræ motum. Et ſubdit cõtra quos prophe-
tauit,⌊maxime aũt contra decem tribus loquutus eſt,⌋ſicut.ſ.Oſee & Iohel,vnde etiam hi tres
ſimul iunguntur,⌊pauca de duabus tribubus interſerens,⌋maxime in fine primi cap. vbi dicit,ſu
per tribus ſceleribus Iuda,&c. Et ſubdit de authoritate,dicens,⌊hunc ablatum,⌋hoc eſt,electum

⌊de

A ⌊de numero paſtoꝝ,⌋ Suſtulit eum de gregibus ouiũ & de poſt fœtantes accepit eũ, ⌊miſit dominus,⌋ authoritatem.ſ.dans. Ezech.2. Mitto ego te ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me, ⌊vt in Samaria,⌋ hoc eſt, in decem tribubus quæ à Samaria denominantur, ⌊prophetaret⌋ Hiere.1. Prophetam in gentibus dedi te. Et ſubdit de paſſione & ſepultura eius, ⌊quē Amaſias ſacerdos⌋ idolorum ſcilicet, in Dan & in Bethel poſitoꝝ, ⌊frequenter plagis afflixit,⌋ vt ſcilicet à prophetando ceſſaret, ſicut legitur Amos.7. Sed quia verbũ dei alligari non poteſt, nõ propter hoc ceſſauit, ſed potius inſtantius prædicauit, ⌊tandem filius eius,⌋ Amaſiæ.ſ. ⌊Ozias⌋ nomine ⌊vecte per tẽpora tranſfixit⌋ ſupple prophetam. Vectẽ vocat ſudem, vt.ſ. magis ſude q̃ ferro læderet. Ecci.4. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortẽ certa pro iuſtitia. ⌊Poſt hæc⌋.ſ. vulneratus, ⌊ſemiuiuus,⌋ ex vulnere eñ non ſtatim eſt mortuus, ſed adhuc viuus ⌊in terram ſuã⌋ Thecuam.ſ. ⌊euectus poſt aliquot dies, dolore vulneris expirauit.⌋ Eſaiæ.57. Iuſtus perit & nõ eſt qui recogitet in corde ſuo, ⌊ſepultusq́; eſt cũ patribus ſuis,⌋ patriarchis.ſ. prophetis & amicis, vt dicit Hieroñ. Eſa.11. Erit ſepulchrum eius glorioſum.

Amos vecte trãſfigit per tpa ab Ozia.

¶In capitulum primũ Amos prophetæ enarratio.

VErba Amos.⌋ Hic incipit prophetia, quæ diuiditur in partes duas. Primo eñ comminando prædicit pœnã decẽ tribubus. In ſecundo promittit cõſolationẽ, infra.9. ibi, In die illa reædificabo tabernaculum Dauid. Prior diuiditur in duas, in titulũ.ſ. & prophetiã, ibi, Et dixit, domi- B nus de Sion rugiet. In titulo author deſcribitur à noĩe, ab officio, & à patria, à modo inſpirationis, & ab enuntiatione. Dicit ergo ⌊Verba⌋ cuius ratio in expoſitione prologi aſſignata eſt, multis eñ loquitur, & de multis, & ideo pluraliter dicit, verba. Ezech.2. Loqueris verba mea ad eos, ſi forte audiant & quieſcãt, ⌊Amos,⌋ nomẽ authoris eſt, & interpretatẽ onuſtus vel auulſus: onuſtus, quia ex charitate onus alioꝝ ſuſcepit. Galat. vlt. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti, Auulſus aũt, quia à peccatoribus ſegregatus, nõ eñ bene reprehẽderet peccatores, niſi ſegregatus eſſet. Heb.5. Talis decebat vt eẽt nobis pontifex, ſanctus, innocens, ſegregatus à peccatoribus & excelſior cœlis factus. Et ſubiungit de officio, ⌊qui fuit in paſtoralibus,⌋ vt cura paſtoralis ſignũ eſſet curæ ſeu paſturæ ſpũalis, Iohan.10. Paſtor bonus animã ſuã dat pro ouibus ſuis, Iohan.20. Paſce oues meas. Pſal.77. Suſtulit eũ de gregibus ouium, &c. Et ſubdit de patria, ⌊Thecuæ,⌋ quod etiam prophetiæ cõgruit, quia Thecua clangens tuba interpretatẽ. Apoca.8. Datæ ſunt angelis ſeptẽ tubę, ſeptẽ eñ prædicanda ſunt.ſ. quatuor ſenſus ſcripturæ, primus aduentus ſaluatoris, & duo in ſecundo, retributio.ſ. bonoꝝ & pœna maloꝝ. Pſal.80. Buccinate in neomenia tuba, hoc eſt, in ſingulis illuminationibus quas à deo accipitis, & ſubdit de inſpiratione, ⌊quæ vidit,⌋ hoc eſt, intellectuali viſu per inſpirationem accepit, aliter eñ verba videri nõ poſſunt, ſed audiri. Exo.20. Cũctus populus videbat voces, ſic dicitur Eſaiæ.1. Viſio Eſaiæ quã vidit, Gloſſa inducit illud.1. Reg.9. Qui nunc dicitur propheta, olim dicebatur vidẽs. Danie.10. Intellectu opus eſt in viſione, ⌊ſuper Iſrae,⌋ ſuperlnotat oppreſſionẽ, Iſrael autẽ decem tribus. Threñ.1. Euigilauit iugum iniquitatũ earum in manu dñi, conuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo. Pſal.37. Sicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Iob.16. Nunc aũt oppreſſit me dolor meus & in nihilum redacti ſunt oẽs actus mei. Et ſubdit de tempore & de regibus, ⌊In diebus Oziæ,⌋ de quo.4. Regũ.16. ⌊regis Iuda,⌋ hoc eſt, C duaꝝ tribuum, ⌊& in diebus Hieroboam,⌋ de quo.4. Regũ.14. ⌊filij Ioas,⌋ de quo ibidẽ, ⌊regis Iſrael,⌋ hoc eſt, decem tribuũ. Iſte Ioas nepos fuit Iehu & Hieroboam filius eius pronepos. Promiſerat eñ dñs (4. Regũ.9) ꝙ vſq; ad quartam generationẽ ex ſemine Iehu eſſent reges futuri ſuper Iſrael. Et hoc completũ fuit in Hieroboam, filius eñ Iehu fuit Ioathan, filius vero Ioathan fuit Ioas & filius Ioas Hieroboam, qui quartus fuit, in quo regnũ Iehu defecit. Literalis aũt quęſtio eſt, cum iſti idem reges ponantur in titulo Oſee, qui primus eſt inter duodecim, & in titulo iſtius, qui eſt tertius, quare in medio, hoc eſt, in Iohele nõ ponũtur? Et reſpondet quidã, ꝙ cum iſte nõ ſit filius prophetæ, ſed in prophetia à dño ſegregatus, ſicut & Paulus ad Roma.1. dicit, ſegregatus in euangelium dei, non eſſet prophetia iſta autentica, niſi à regibus autenticaretur. Quæ reſponſio hæreſim ſonat, mali eñ reges de ſcripturis nihil autenticant, quamuis eñ per tẽpora regũ certificatur hiſtoria, tamẽ non certificatur vt prophetia. Adhuc idem poſſet dicere de Oſee & de Eſaia & de alijs. Quãuis eñ genealogia patrũ & auoꝝ ad cõmẽdationẽ faciãt ꝓphetæ, tñ nihil faciunt ad inſpirationis authoritatẽ. In Iohele aũt nõ ponuntur reges, quia nõ ad reges, ſed ad communem populũ prophetauit. Et de tẽpore prophetiæ ſubiungit ⌊Ante duos annos terræ mot⁹⌋ de quo terræ motu in p̃cedentibus ſatis dictũ eſt. Dicit tamẽ Hieroñ. ꝙ terræmotus ꝑ methonomiam eſt motus terrenoꝝ in captiuitatẽ. 4. Regũ.16. quos ante ꝑ duos annos cõmonuit per prophetã, vt ſi vellẽt, pœnitẽtiam agerẽt, & ſic de cætero terræmotũ nõ ſentirẽt. Pſal.95. Commo-

Prædicãda ſunt ſeptẽ.

Mali reges nullã autoritatẽ conferunt prophetiæ.

ueatur terra & omnes qui habitãt in ea. Iob. 24. Dedit illi deus locũ pœnitẽtiæ, at ille abutitur eo D
in ſuperbiam. Iſte eſt ergo titulus. ¶⌊Et dixit.⌋ Hic incipit prophetia, quæ in duas partes diuidi
tur. In quarũ prima deſcribit terrorem iudicis. In ſecũda pœnã iudicandorũ & cauſam, ibi, Hæc
dicit dñs ſuper tribus ſceleribus. Terror iudicis deſcribitur in ſigno & effectu. De terrore iudicis
dicit, ⌊Dñs de Sion rugiet,⌋ rugitus proprie leonis eſt, vt leo ſignificaret fortitudinẽ, rugitus
aũt cõminationẽ terroris. Prouer. 20. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis, qui prouocat eum,
peccat in animã ſuam. Amos. 3. Leo rugiet, quis nõ timebit? dñs loquutus eſt, quis nõ propheta-
bit? Dicitur aũt de Sion rugire, quia in Sion eſt & non in Dan vel Bethel, vbi eſt habitatio idoli.
Eſaiæ. 2. De Sion exibit lex & verbũ domini de Hieruſalem, ⌊& de Hieruſalem dabit vocẽ ſuã,⌋
quia etiam in Hieruſalẽ habitat. Pſal. 75. Factus eſt in pace locus eius, Alia tranſlatio, in Hieruſa-
lem, & habitatio eius in Sion. Propter quod Sion ſpeculatiuos ſignificat, Hieruſalem aũt perfe-
ctos in actione. Hiere. 25. Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocẽ ſuã
rugiẽs, & rugiet ſup decorẽ ſuũ. Et ſubdit de effectu, ⌊& luxerũt ſpecioſa paſtorũ,⌋ Tangit hic
effectũ terroris per metaphorã loquens, per ſpecioſa paſtorũ intelligens ſpecioſitatẽ terræ in ha
bitatione hominũ & cultura, per luctum autem triſtitiam. Dicit enĩ Hieronymus naturale eſſe, ꝙ
Cõparatio ſit p res vſu q̃tidiano cognitas & ceu familiares. omnes qui volunt rem rei comparare, ex eis rebus ſumãt comparationem quas ſunt experti & in
quibus ſunt nutriti: ſic iſte qui fuit paſtor pecorũ, timorem ſuum rugitui leonis aſſimilat, inimicos
aũt vrſos vocat. Specioſa ergo paſtorũ ſunt, planicies camporũ, viriditas pratorũ, loca diuerſis
herbis abundantia. Eſa. 32. Plangite ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea fertili, ſuper humum
populi mei ſpinæ & vepres aſcendũt. Eſaiæ. 15. Aruit herba, defecit germẽ, viror omnis interijt.
Spiritualiter aũt, ſpecioſa paſtorũ ſunt, populus in ſpiritualibus ſpecioſe diſpoſitus, qui luget, quã E
do talis deficit ſpecioſitas. Threñ. 5. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdio-
res ebore antiquo, ſaphiro pulchriores, denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. 1. Machab. 2.
Omnis cõpoſitio eius ablata eſt, quæ erat libera, facta eſt ancilla, & ecce ſancta noſtra & pulchri-
tudo noſtra & claritas noſtra deſolata eſt & coinquinauerũt eam gentes, hoc eſt, gentiliter viuen
tes per malũ exemplũ, ⌊& exiccatus eſt vertex Carmeli.⌋ Hieronymus: Mons qui in Hebræo
Carmelus, duplex. dicitur כרמל, & græce & latine Carmelus dicitur, & eſt duplex, vnus de quo fuit Nabal Carme-
lus. 1. Reg. 25. alius, in quo Helias orauit. 3. Reg. 29. vterq; aũt paſcuis vberrimus eſt, & ideo exicca
tus hic perhibetur. Significat aũt prælatos pabulo verbi & exempli abundantes, ſed talis gradus
modo in eccleſia luget, quia tali ſpecioſitate deſtitutus eſt. In p̄latis enĩ nec eſt verbum doctrinæ,
Contra malos p̄latos. nec exemplũ virtutis. Eſaiæ. 29. Adhuc in modico & in breui Lybanus conuertetur in Chermel
& Chermel in ſaltũ reputabitur, hoc eſt, altitudo ſeculi conuertetur ad eccleſiã, & ex hoc etiã con
uertetur in ſylueſtreitatem, & ſic exiccabitur quod viride eſt in ea. Cant. 8. Caput tuũ vt Carme-
lus, Carmelus aũt ſcientia circuncisionis interpretatur, quam p̄lati maxime ſcire deberent, quid. ſ.
in ſe & quid in alijs circuncidere deberẽt. Hiere. 4. Circuncidimini dño viri Iuda & auferte p̄pu-
tia cordium veſtrorũ. Roma. 2. Non quæ in manifeſto in carne eſt circũciſio, ſed quæ in ſpũ, cu-
ius laus nõ ex hominibus, ſed ex deo eſt. ¶⌊Hæc dicit dñs.⌋ Tangit hic onera in ſpeciali, & diui-
ditur in duas partes. Primo enĩ tangit onera aliarũ gentium, ſecundo, quare magis vlciſcitur in Iu
dam & in decẽ tribus, q̃ in alios, infra. 3. ibi, Audite verbũ quod loquutus eſt dñs. Adhuc prima in
duas. Primo enĩ deſcribit ſex onera vicinarũ gentium. Secũdo deſcribit duo, Iudæ. ſ. & Iſrael, ibi,
Hæc dicit dñs ſuper tribus ſceleribus Iuda. Prima in ſex, onus. ſ. Damaſci ſiue Syriæ, onus Phili-
ſtijm, onus Tyri, onus Edom, onus Ammon & onus Moab, quæ per ordinẽ dicunt in litera. In F
oĩbus his vnus modus diuiſionis eſt. Primo enĩ authoritatem innuit ſermonis. Secũdo circũſtan
tiam ſceleris. Tertio actũ criminis & quarto pœnã. Onera aũt aliarũ gẽtium præmittit tribus de
cauſis. ſ. vt patientius audiat à ſuis quãdo onera hoſtiũ præmittit. Quædã enĩ conſolatio, eſt affli-
ctio inimici. Secũdo, vt minus mirentur Iudæi, ſi ipſi affliguntur qui legem acceperunt & trãſ-
greſſi ſunt, quando etiam qui exleges reputantur, pro peccatis affligũtur. Tertio, vt vidẽtes alias
gentes torqueri ſecũdum prophetiam, magis timeant, ꝙ & ea quæ dicta ſunt, ipſis eueniant. De
primo dicitur Mich. 7. Aſpiciet me inimica mea & operietur confuſione. Et poſt pauca: Erit enĩ
in cõculcationem vt lutũ plateарũ. Sapiæ. 12. Cũ nobis das diſciplinã, inimicos noſtros multiplici
ter flagellas. De ſecũdo dicitur Hiere. 45. Ecce quos ædificaui, ego deſtruo, & quos plantaui, ego
euello, & vniuerſam terrã hanc, & tu quæris tibi grandia, noli quærere. Heb. 2. Si omnis p̄uarica-
Fides peccatorẽ a ſupplicio nõ liberat. tio iuſtã accepit mercedis retributionem, qũo nos effugiemus ſi tantã neglexerimus ſalutem. De
tertio dicitur Ezech. 9. A ſanctuario meo incipite. Amos. 3. Tantummodo vos cognoui ex om-
nibus cognationibus terræ, idcirco viſitabo ſuper vos oẽs iniquitates veſtras, ⌊Hæc dicit dñs de-
us,⌋ authoritas verbi ſequentis eſt. Hiere. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ⌊ſuper tribus ſceleri
bus,⌋ ſcelus eſt crimen accuſatione dignũ. i. ac ſi dicat, Si ſemel vel bis vel ter Damaſcus populũ
affixiſſet, hoc eſt, rapina, mulcta & gladio dare veniam poſſem, ſed quia quartum addidit, obſti
natam. ſ. voluntatem ſemper affligendi populum meum, parcere non poſſum, ⌊Damaſci,⌋ Da-
maſcum ponit, quia caput Syriæ eſt & metropolis. Eſaiæ. 7. Caput Syriæ Damaſcus, ⌊& ſuper
quatuor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A quatuor,⌋ vt quarto deformitas peccato addita intelligat. Iſte eſt quadrãs, de quo dicit Matth. 5 Non exies inde, donec reddes vſq; ad nouiſſimũ quadrantem, ⌊ nõ conuertã eum, ⌋ vt. ſ. peccatũ dimittat & per pœnitentiam reſipiſcat, ſed potius peccatũ peccato addẽdo, peccatũ impleat vſq; ad cõdemnationẽ. Vnde Septuaginta habẽt, nõ auerſabor eum, hoc eſt, nõ impediam eum quin de peccato in peccatũ ruat. 2. ad Timoth. 2. Vt impleant peccata ſua ſemp. Apoca. 3. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Hæc eſt impletio, de qua Gene. 15. Necdũ eñ completæ ſunt iniquitates Amorrꝗoꝝ vſq; in pſens tempus. Et ſubdit actum, ⌊ eo ꝙ triturauerunt, ⌋ ſemel & iterum & tertio obſtinata voluntate, ⌊ in plauſtris ferreis, ⌋ plauſtrũ à plodendo dicitur, eo ꝙ non ad vehẽdum, ſed ad complodendũ factũ ſit, & eſt rota in campis, exterius clauis ferreis dentata & cuſpidibus, quam victores ſuper inimicos in circulo proſtratos circunduxerũt, ſicut & apud nos circũduci ſolet ſuper gaudam & ſandicem, quibus panni colorãtur, vt cuſpidibus viſcera eoꝝ perfoderentur, & pondere rotæ circumductæ, oſſa eoꝝ confringerentur. Hoc etiã modo dicit Gloſſa, in terris vbi fœnũ nõ abundat, arida palea in pabulũ confringitur iumentoꝝ. Et hac crudelitate Syri populũ dei vexauerunt, ⌊ Galaad, ⌋ quæ ciuitas trans Iordanẽ eſt in ſorte Manaſſes vbi Laban comprehendit patriarcham Iacob. Gene. 32. Et quia metropolis erat illius tribus, propter hoc p eam tota ſors illius tribus intelligitur quæ verſus Syriam erat. Eſaiæ. 41. Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouũ, habens roſtra ſerrantia & triturabis montes & cõminues, & colles quaſi in puluerem pones. Et ſubdit de pœna huic peccato debita, ⌊ & mittam ignẽ in domũ Azael, ⌋ qui rex Syriæ erat, ſicut dicitur. 4. Reg. 8. & 10. & 12. Ignis aũt iram dei ſignificat, vt præhabitũ eſt, domus vero ſignificat familiam & genus. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊ Et deuorabit domos Benadab, ⌋ hoc eſt, familias. Benadab eñ fuit filius Azahel, ſicut dicitur. 4. Reg. 13. & Eſaiæ. 17. Ignis

B hoſtes tuos deuoret. Threñ. 2. Effudit quaſi ignẽ indignationẽ ſuam. Et ibidem paꝝ ante: Succẽdit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorãtis in gyro. Et ſubdit de proceſſu iſtius iræ in terrã, ⌊ & conteram vectes Damaſci, ⌋ vectes dicũtur vrbes & munitiones in extremis terraꝝ poſitæ per ſimilitudinem ad vectes quæ ponũtur in loriculis ciuitatum, quia ſicut vectes ante ciuitatẽ ſuſtinent impetus hoſtium, ita munitiones poſitæ in extremitate terraꝝ ne hoſtes poſſint irrumpere in regnũ. Et literaliter tangit hoc quod dicitur. 4. Regum. 13. ꝙ Ioas filius Ioachan tulit vrbes de manu Benadab filij Azahel, quas tulerat de manu Ioachan patris ſui iure prælij, tribus vicibus pcuſſit eum Ioas & reddidit ciuitates Iſraeli. Sic accipiunt vectes, Eſaiæ. 15. vbi de Moab dicit: Vectes eius vſq; ad Segor vitulam conternantem. Et hoc quaſi exponens, ſubdit. ⌊ Et diſperdã habitatorem ⌋ omnẽ. ſ. vniuerſaliter, ⌊ de campo idoli, ⌋ campus dicitur, quia plana terra eſt Syria, & idoli, quia plena idolis. Eſa. 6. Deſolatæ ſunt ciuitates abſq; habitatore & domus ſine homine. Eſa. 2. Repleta eſt terra eius idolis, ⌊ & tenentem ſceptrum, ⌋ diſperdam. ſ. regalem tribũ, ⌊ de domo voluptatis ⌋ reges eñ Syriæ voluptati vacabãt ſicut Sardanopalus, vt dicit Hieroñ. ⌊ & luxuriæ, ⌋ voluptas eñ cauſa luxuriæ eſt & fomentum. Iob. 18. Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Et ſubiungit de populo, ⌊ & tranſferetur populus Syriæ ⌋ per captiuitatem. ſ. ⌊ Cyrenen ⌋ quæ eſt regio vltra Aegyptum, quod factum eſt à Theglatphalaſar. 4. Reg. 16. ⌊ dicit domin9 ⌋ confirmatio præcedentium eſt. Eſaię. 31. Ipſe ſapiens adduxit malum & verba ſua non abſtulit, Septuaginta, vbi nos habemus, in plauſtris ferreis Galaad, habent, eo ꝙ triturauerũt in ſerris ferreis prægnantes Galaad. Spiritualiter autem, tria ſcelera ſunt, peccatũ cogitationis, loquutionis,

C & operis, quibus aliquãdo parcitur, ſed ſi addatur peccatũ deſperationis per finalẽ impœnitentiam nõ parcitur. De primo dicitur Eſa. 1. Auferte malum cogitationum veſtraꝝ ab oculis meis. De ſecũdo, Matt. 12. Ex verbis tuis iuſtificaberis & ex verbis tuis cõdemnaberis. De tertio, Eſa. 1. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, &c. Si fuerint peccata veſtra vt coccinũ, quaſi nix dealbabuntur. De quarto. 1. Iohan. 5. Eſt peccatũ ad mortem, nõ pro eo dico vt oret quis. Damaſcus aũt interpretatur potus ſanguinis, & ſignificat eos qui delectabiliter bibunt corruptionẽ peccati à ſanguine procedentẽ. Apoca. 17. Dediſti ei ſanguinẽ bibere. Plauſtrũ aũt ferreum rota eſt volubilitatis humanę & fortunę & maxime poteſtatis qua mali triturãt & ſerrant bonos. Iaco. 2 Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi pertrahunt vos ad iudicia. Boni eñ ſignificantur per Galaad, quod aceruus teſtimonij interpretatur, quia coaceruant teſtimonia ſcripturarum & ſecũdum ea dirigunt vitam. 1. Paralip. 20. Fecit ſuper eum tribulas & trahas & ferrata carpenta tranſire. Azahel autem interpretatur deſertio, Benadab vero filius ſpontaneus, & ſignificat deſertos à gr̃a & ſpontaneos ad malũ. Prouer. 1. Pedes eoꝝ ad malũ currũt. Vectes fortitudinem ſeculi ſignificant, quam cõterit dñs. Eſa. 8. Auferetur fortitudo Damaſci. Pſal. 106. Contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit. Campus autem idoli latitudinem ſignificat ſimulachroꝝ mundi, in q̃ alius ventrẽ adorat, Philip. 3. Quoꝝ deus venter eſt: alius libidinem venereorum, Pſal. 105. Initiati ſunt Beelphegor, alius vero mammona, hoc eſt, diuitias, Ephe. 5. Auaritia quod eſt idolorum ſeruitus, hos diſperdit dominus, Pſal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Sceptrũ autem tenens in domo voluptatis, gula eſt, Eſa. 9. Sceptrum exactoris eius ſuperaſti. Exactor eñ

H 2 venter

Quadrans euãgelicus nulla vnq̃ pœna ſoluendus.

Peccatũ omne dimittit poſcenti citra deſperationem.

venter eſt, vt dicit Gregorius. Abacuc.3. Maledixiſti ſceptris eius. Populus aũt Syriæ, qui ſubli- D
mis interpretatur, ſuperbos ſignificat, qui in Cyrenen tranſfertur, quia dæmonibus datur in hæ-
reditatẽ. Cyrenen eñ hæres interpretat̃. Nume.23. Hæreditas Seir cedet inimicis ſuis. Eſaiæ.27.
Regnũ ceſſabit à Damaſco & reliquiæ Syriæ ſicut gloria filioꝝ Iſrael, ſupple ceſſabũt. ¶⌊Hæc di
cit dñs.⌋ Poſt onus Syriæ, quę plus afflixit populũ dei, ſubiungit onus Philiſtĳm, quia Philiſtĳm
propinqui inimici fuerũt & omnes iuuerũt qui populũ dei perſequuti ſunt. Diuiditur aũt ſicut p̄ce
dens. Primo itaqꝫ inducit ſermonis authoritatẽ. ⌊Hæc dicit dñs. Roma.5. Quæcũqꝫ promiſit de
us, potens eſt & facere, ⌊ſuper tribus ſceleribus Gazæ.⌋ Gaza metropolis eſt Philiſtinoꝝ, vnde
per Gazam & alias quas inducit Philiſtinoꝝ ciuitates, quæ ſemel & iteꝝ & tertio, hoc eſt, mul-
ćta, fame per terræ vaſtitatẽ, & gladio populũ dei perſequuti ſunt, ⌊& ſuper quatuor,⌋ hoc eſt,
quarto obſtinatã voluntatẽ addiderunt, ⌊nõ cõuertam eum,⌋ vt. ſ. cõuerſus vlterius nõ peccet,
ſed potius peccata impleat. Iob.15. Cunctis diebus vitæ ſuæ impius ſuperbit. Et ſubdit actũ pec-
cati, ⌊eo ꝙ tranſtulerint captiuitatẽ perfectã,⌋ captiuitatẽ materialiter intelligit, & eſt ſenſus ꝙ
captiuitatem perfectã tranſlatione fecit, fugientes eñ filios Iſrael ad eos, Idumæis vendiderũt, &
puniendo dederũt, & propter hoc irreuocabilis facta eſt captiuitas eoꝝ. Et hoc eſt quod ſequit̃,
⌊vt cõcluderent eam⌋. ſ. captiuitatẽ ⌊in Idumeam.⌋ Idumæi eñ ſemper fuerũt infeſti filĳs Iſra
el & inimici. Vnde pater eoꝝ dixit, Gene.27. Venient dies luctus patris mei & interficiam Iacob
fratrẽ meũ. Significant aũt hæc tria ſcelera, peccatũ in voluntate & in cõſenſu & in opere, quibus
quartũ additur. ſ. peccatũ obdurationis, quod etiam peccatũ eſt in ſpm̃ ſanctũ. De tribus dicitur,
Iob.33. Hæc omnia operatur deus tribus vicibus per ſingulos, hoc eſt, puniendo in ſingulis tria
peccata. De quarto autẽ, quod eſt obduratio, Eccl.3. Cor duꝝ male habebit in nouiſſimo, & E
qui amat periculũ, in illo peribit. Vnde & de quibuſdã ſic per obſtinationẽ conuerti nolẽtibus di-
ctum eſt, Nume.16. Ne reſpicias ad ſacrificia eoꝝ, Deſperatoꝝ quippe ſacrificĳs deus nõ placa-
tur. Obduratio eñ peccatũ eſt quo aliquis obfirmat cor, ne vel beneficĳs per charitatẽ molleſ-
cat, vel timore pœnaꝝ frangatur, vel compunctione ſcindatur ad pœnitẽtiam. Pſal.104. Nolite
obdurare corda veſtra, talibus eñ iurauit, vt non introirẽt in requiem. Heb.2. Quibus aũt iurauit
vt nõ introirent in requiem ſuã? Nonne his qui increduli ſunt? & videmus quia nõ introierũt ꝓ-
pter incredulitatem. Gaza vero fortitudo vel imperium interpretat̃, & ſignificat p̄latos qui dicũt
Sapiæ.2. Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ, Hi captiuant in peccatis ſubditos, 2. ad Timoth.5. Ca-
ptiuas ducunt mulierculas, hoc eſt, molles animas, oneratas peccatis. Et cõcludunt perfectã ca-
ptiuitatẽ in Idumæam, quę terrena vel ſanguinea interpretat̃, quia faciunt eos amare carnem in
libidine, & terram in auaritia, ex quo amore perficitur captiuitas eoꝝ, ita ꝙ deſperata fiat. Eſa.19
Rex fortis dominabitur eoꝝ. Abdię.1. Propter interfectionẽ & propter iniquitatem in fratrem
tuũ Iacob operiet te confuſio & peribis in æternum, in die cũ ſtares aduerſus eum quando capie-
bant alieni exercitum eius. Hieroñ. Alieni ſpecialiter Philiſtæi dicũtur, ⌊& mittam ignẽ in muꝝ
Gazæ,⌋ murus Gazę ardere nõ poteſt, & ideo murus munitionẽ ſignificat, & maxime homines
qui muniunt terram, ſicut ſapientes & potentes quos deus diſſipat. Threñ.2. Cogitauit dominꝰ
diſſipare murum filiæ Sion. Et ibidem: Murus pariter diſſipatus eſt, ⌊Et deuorabit ædes eius,⌋
hoc eſt, ædificia, ædificia eñ munitionum ſeculi deficient. Matth.24. Non relinquet̃ lapis ſup la-
pidem qui non deſtruatur, ⌊& diſperdam habitatorem de Azoto,⌋ quæ eſt ſecunda ciuitas ſeu
metropolis Philiſtinoꝝ. Quinqꝫ eñ ſunt ciuitates Philiſtĳm, de quibus dicitur. 1. Reg.5. Azotus F
aũt interpretat̃ ignis vbeꝝ, & ſignificat libidinis ardorem. Oſee.2. Auferat fornicationes ſuas à
facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuoꝝ, ⌊& tenentem ſceptrum de Aſcalone,⌋ Gloſſa,
Aſcalon antiquitus vocabatur Philiſtĳm, vnde & regio poſtea vocata eſt Philiſtæa, eo ꝙ Aſca-
lon principalis ciuitas eſt in ea, & eſt iſta tertia ciuitas Philiſtinoꝝ, Interpretatur autem ignis in-
famis, in qua ſceptrum tenent Sodomitæ. Roma.1. Propterea tradidit illos deus in paſſiões igno
miniæ, Gene.13. Homines Sodomitæ peſſimi erant, ⌊& cõuertam manum meam⌋ percutiẽtem
ſcilicet, ⌊ſuper Acharon,⌋ quæ quarta ciuitas eſt inter ciuitates Philiſtinorum. Acharon interpre
tatur ſterilitas, & ſignificat otioſos vel pigros, qui ſteriles ſunt ad omnem bonũ fructũ. Prouerb.
24. Per agrum pigri hominis tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerãt vrticæ
& operuerant ſuperficiem eius ſpinæ. Ager ab agendo dicitur, & perfectionem in actione virtu
tum ſignificat, loco cuius in pigro creſcũt vrticæ concupiſcentiarum carnalium. Vrtica enim ab
vrendo dicitur, tales vero libidine vruntur. Galat. vlt. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ. Dimittit
autem hic quintã ciuitatẽ, quæ Geth vocabatur, q̃a iſta minima fuit, & paruus reſpectus habeba
tur ad ipſam, interpretat̃ autem torcular, & ſignificat tyrannos huius ſeculi, qui alios torquent &
cõprimunt. Eſaię.16. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare conſueuerat. Poſt omnes autẽ
ciuitates ſubiungit de terræ deſtructione, ⌊& peribunt reliquię Philiſtinorum,⌋ Philiſtĳm poti-
one cadentes interpretantur, & ſignificant eos qui bibunt velut aquam ſubſannationem. Iob.34.
Qui bibit velut aquam ſubſannationem. Hiere.25. Bibite & inebriamini, vomite & cadite, & no
lite conſurgere à facie gladĳ, quem ego mittam inter vos, ⌊dicit dñs deus,⌋ confirmatio eſt pre-
dictorum

Idumæi fuerunt ſemp Iudæis infeſti.

Deſperatio ſola eſt irremiſſibilis.

Munitiões potentũ deus euertit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A dictorum. Matth. 24. Cœlum & terra tranſibunt, verba aũt mea tranſibunt. ¶⌞Hæc dicit domi
nus.⌟Poſt onus Philiſtinorum ponit onus Tyri & Sydonis, qui in alia parte terræ cõiuncti erãt
Iudæis & multis afflictionibus affligebant populum, ⌞ſuper tribus ſceleribus Tyri,⌟ qui obſidio
ne, fame, & gladio perſequutus eſt populum, ⌞& ſuper quatuor,⌟ Quartum peccatũ eſt, cordis
induratio. Induratio eñ eſt pertinacia permanendi in peccato, à quo homo nõ recedit per vere-
cundiam, nec flectitur per aliquem boni affectum. Ezech. 3. Omnis quippe domus Iſrael attrita
fronte & duro corde eſt. Hiere. 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Hæc
autem induratio eſt peccatum in ſpiritum ſanctũ, & ob hoc ſequitur, ⌞non cõuertam eum,⌟ Lu
cæ. 12. Non remittetur in hoc ſeculo nec in futuro. Et ſubiungit cauſam, ⌞eo ꝙ concluſerit capti
uitatem perfectam⌟ hoc eſt, perfecte, ⌞in Idumæa⌟ ſicut eñ Philiſtÿm, ita & iſti populum ad ſe
fugientem vendiderũt Idumæis. Eſaiæ. 5. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non
habuit ſcientiam. In Idumæa autem cõcluditur, quæ ſanguinea interpretatur, qui vitÿs ſangui-
nis & carnis addicitur. Romañ. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?
⌞& nõ ſint recordati fœderis fratrũ,⌟ Fœdus fratrũ dicitur fœdus quod habuit Hyram rex Ty-
ri cum Dauid & Salomone. 3. Regum. 5. Et dicuntur fratres amicitia, eo ꝙ amici vt fratres ſe di-
ligant. Iohan. 10. Vnum patrẽ habemus, deum. Eſaię. 24. Diſſipauerũt fœdus ſempiternũ. Mat.
21. Omnes vos frates eſtis. Iob. 19. Fratres meos lõge fecit à me, ⌞& mittam ignẽ,⌟ iræ meæ. ſ. He
B bræoꝝ. 10. Terribilis quædã expectatio iudicÿ, & ignis æmulatio cõſumptura eſt aduerſarios,
⌞in muꝝ Tyri,⌟ Tyrus anguſtia interpretatur, & ſignificat ſolicitudinem ſeculi, murus eñ muni
tionem ſignificat diuitiarum. Ezec. 13. Dic eis qui liniunt murum abſq; temperamento ꝙ caſurus
ſit, Abſq; temperamento eñ linitur, quod ſine charitate coniungitur, ⌞& deuorabit ædes eius,⌟
quicquid eñ ſolicitudine nimia ædificatur, ignis iræ dei conſumit. Iob. 15. Ignis deuorabit taber- Nimia ſolli
nacula eorũ, qui libenter munera accipiunt. ¶⌞Hæc dicit dominus,⌟ Quarto hic ſubÿcit de one citudo diſſi
re Idumæorum, qui ſemper filios Iſrael patrueles ſuos ex inuidia perſequebantur, & ideo poſt fi- pat̃ a deo
nitimas gentes ſtatim ponitur onus eoꝝ. Et ſicut in alÿs, ita & hic præmittit authoritatem ſer-
monis dicens, ⌞Hęc dicit dominus.⌟ 2. Regum. 23. Spũs domini loquutus eſt per me, & ſermo
eius per linguam meam. Et ſubdit de circunſtantia peccati, ⌞ſuper tribus ſceleribus Edom,⌟ hoc
eſt, Idumæorum, quod. ſ. ſemel & iterum & tertio populum dei cum alÿs terram vaſtando, mul
ctam imponendo, homines interficiendo perſequuti ſunt, ⌞& ſuper quatuor,⌟ quod eſt pertina
cia voluntatis, inuidentia. ſ. fraternæ gratiæ obſtinata. Aemulus eñ erat fratris ſui. Sapiæ. 1. Inui-
dia diaboli mors introiuit in orbem terraꝝ. Imitantur autem illũ, qui ſunt ex parte illius, ⌞non cõ
uertam eum, eo⌟ hoc eſt, ideo, ⌞ꝙ perſequutus ſit in gladio,⌟ hoc eſt, ad occidendum ⌞fratrẽ ſu
um⌟ Iacob. ſ. & filios eius. Vnde Gene. 27. dixit Eſau: Venient dies luctus patris mei, & inter-
ficiam Iacob fratrem meum. Et hoc odium in poſteris ſuis perſeuerauit. Et hoc eſt quod ſequit̃,
⌞& violauerit miſericordiã eius,⌟ qua. ſ. naturali vinculo aſtrictus ei fuerat. Iacobi. 2. Iudicium ſi
ne miſericordia fiet ei, qui nõ facit miſericordiam. Iob. 24. Obliuiſcatur eius miſericordia. In quo
aũt hoc fecerit, ſubdit, ⌞& indignationẽ ſuam,⌟ quam. ſ. cõcepit in vtero cõtra eum pro ablatio-
ne primogenitur ę. Indignatio eſt proprie auerſio vultus & reſpectus ex odio, ita ꝙ benignũ reſ-
pectum ad eũ habere nõ poteſt, Gen. 27. Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione qua
benedixerat ei pater ſuus. Eſa. 30. Labia eius repleta ſunt indignatione, ⌞ſeruauerit vſq; in finẽ⌟ Ira non eſt
C contra illud quod dicit̃ Ephe. 4. Sol nõ occidat ſuper iracundiã veſtram, ⌞& tenuerit vltra⌟ ſup diu in anĩo
ple q̃ debuiſſet ⌞furorẽ ſuum,⌟ cõtra illud quod dicitur Roma. 12. Noli vinci à malo, ſed vince in retinenda.
bono malũ. Leuit. 19. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuoꝝ. Pſal. 36. Deſi
ne ab ira & derelinque furorem, noli æmulari vt maligneris. Hoc aũt quod dicitur, vſq; in finem,
notat ꝙ in peccato vſq; ad mortẽ perſeuerauerit, vel ꝙ peccatũ peccato cumulauerit vſq; in finẽ
cõdemnationis. Contra quod dicit̃. 2. Paral. vlt. Neq; in æternũ reſerues mala mihi. Et ſubdit
pœnam, ⌞mittam ignem in Theman,⌟ quæ eſt metropolis Idumæorum, & auſter interpreta-
tur. Et de igne iræ diuinæ intelligitur. Eſaiæ. 30. Ardens furor eius, & grauis ad portandum, ⌞Et
deuorabit ædes Boſræ,⌟ quę eſt alia metropolis eiuſdem regni, & interpretatur munita. Et inten
dit ꝙ munitiones & ciuitates omnes Idumęæ deſtruentur. Eſaię. 34. Victima domini in Boſra,
& interfectio magna in terra Edom. Abdię. 1. Erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma
& domus Eſau ſtipula, & ſuccendetur in eis, & deuorabunt eos, & nõ erunt reliquię domus Eſau.
Iſta pars ſpiritualiter exponitur de inuidis, quorum tria & quatuor ſcelera ſunt. Primum quidem Inuidus q̃a
paruitas cordis, omnia enim parua reputat, quę habet quamdiu alium videt in proſperis, Iob. 5. tuor pc̃tis ẽ
Paruulum occidit inuidia. Vnde Heſter. 3. Aman (qui iniquus interpretatur) cum omnia habe- obnoxius.
ret, nihil reputauit, quia vidit Mardochæum ſedentem ante fores palatÿ. Secundum eſt, tri-
ſtitia de bono alterius, torquetur enim inuidus in bonis proximi. Vnde poeta: Inuidia Siculi nõ
inuenire tyranni, maius tormentum. Sapientię. 2. Factus eſt nobis in traductionem cogitationũ
noſtrarum, grauis eſt nobis etiam ad videndum. Tertium eſt, machinatio continua ad nocendũ.
Prouerbiorum. 6. Corde machinatur malum & omni tempore iurgia ſeminat. Iſti ſunt tres ſpi-

ritus de quibus dicitur Apoca.16. Vidi de ore draconis,& de ore beſtiæ,& de ore pſeudopropheD
tæ exire ſpiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim ſpũs dæmoniorum. Quartum
eſt, pertinax fratris impugnatio, qua.ſ. ſine fœdere fratres impugnant. Cant.1. Filij matris meæ
pugnauerũt contra me. Et hæc facile eſt referre ad ea quæ ſequuntur. Quod em̃ dicit, non cõuer-
tam, gloſſandũ eſt pro vix cõuertam. Eſa.6. Nequãdo conuertantur & ſanem eos. Quod dicit, ꝙ
perſequutus ſit fratrem ſuũ gladio, de linguæ gladio intelligitur. Prouer.30. Eſt generatio q̃ pro
dentibus habet gladios,& commandit molaribus, vt comedat inopes de terra. Iob.5. Saluum fa-
ciet egenum à gladio oris eorũ. Quod autem violat miſericordiam & tenet furorẽ & indigna-
tionem, cõmune eſt vtriq; expoſitioni. Ignis autem qui mittitur in Theman, iram dei ſignificat
in proſpera inuidi, pro quibus inuidet alienæ felicitati. Pſal.139. In ignem deijcies eos, in miſerijs
nõ ſubſiſtent. Quod dicit de Boſra, ſignificat munitiones quibus ſe munit ad nocendũ proximo,
quæ igne iræ dei ſuccendẽtur. Pſal.67. Sicut fluit cæra à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie
dei. ¶ Hæc dicit dñs. Tangit hic onus Ammon, q fuit vnus de filijs Loth, à quo populus Am
monitarũ diſſeminatus eſt,& ordinem tenet cõſuetum.ſ. primo ſermonis ponens authoritatem.
Secundo, ſceleris circunſtantiam. Tertio, actum. Quarto, pœnam, Hæc dicit dñs. Nume.23.
Dixit ergo,& nõ faciet, loquutus eſt,& nõ implebit? quaſi dicat, nõ, ſuper tribus ſceleribus filio-
rum Ammon, tria ſcelera i. litera numerauit.ſ. crudelitatẽ, auauariam, in quibus tertium intel-
ligitur, quod eſt perſequutio. Quartũ autem, obſtinata pertinacia eſt ſemper hæc faciendi,& hoc
onus prolixe deſcribitur Hiere.49. Interpretatur aũt Ammon populus inutilis vel populus mœ- E
roris,& ſignificat auaros, qui nõ tantum inutiles, ſed etiam nociui ſunt,& mœroris populus ſunt,
propter ſolicitudines acquirendi,& timorẽ perdendi diuitias. Eccl'es.5. Quid prodeſt ei ꝙ labo-
rauit in ventum? cũctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris,& in curis multis & in ærumna, atq;
triſtitia. Tria vero ſcelera ſunt, aliena cõcupiſcere, nõ ſua illicite acqrere, acquiſita duritia cordis re
tinere, quæ ſignificãtur per fuſcinulã tridẽtem.1. Regũ.2. vbi dicitur: Omne quod leuabat fuſci-
nula, tollebat ſacerdos ſibi, & ſuper quatuor, quartũ em̃ eſt, inſatiabilitas auari. Eccl'es.4. Aua-
rus non implebitur pecunia. Prouer.30. Ignis nunquã dicit ſufficit. Ab hoc peccato plus quàm ab
alijs homo difficulter cõuertitur, vt dicit Hiero. Seneſcẽte em̃ homine, auaritia in eo iuueneſcit.
Eccl.10. Nihil eſt iniquius q̃ amare pecuniã, hic em̃ & animã ſuam venalem habet, qm̃ in vita ſua
proiecit intima ſua. Et ideo addit, nõ cõuertã eum, Hiere.15. Non eſt anima mea ad populum
iſtum, eijce illos à facie mea, difficile em̃ eſt à lucris recedere. Matth.19.& Luc.18. Difficile q pe-
cunias habẽt intrabunt in regnũ dei. Et iterum dico vobis, facilius eſt camelum per foramen acus
tranſire, q̃ diuitem intrare in regnum cœlorũ. Et ſubdit peccati actũ, eo ꝙ diſſecuerit prægnan
tes Galaad. Hieronymus dicit hoc factum eſſe tempore Saulis regis, quãdo Naas Ammonitarũ
princeps (vt habet.1. Regũ.11.) vaſtauerat Iabes Galaad,& deſecuerit prægnãtes eius, vt dilataret
terminos ſuos,& omnẽ Galaadatin ſuo imperio ſubiugaret. Quæ impietas ob hoc grauior cenſe
tur, ꝙ cognati fuerint ac propinqui Ammonitis filij Iſrael ac Galaaditæ, Nã filij Ammon de ſtir
pe Loth ſunt generati, qui filius erat fratris Abraham à quo deſcenderũt Iudæi.2. Regũ.14. Quę
runt extinguere ſcintillam meã quæ relicta eſt, vt nõ ſuperſit viro meo nomẽ & reliquiæ ſup ter-
ram.4. Regũ.8. Ciuitates eorũ igne ſuccẽdes,& iuuenes interficies gladio,& paruulos eorum eli-
des,& prægnantes diuides, ad dilatandum terminum ſuum, hoc eſt, vt terrã fortis Manaſſæ
terræ ſuæ coniungerent,& imperio ſuo ſubijcerent. Et hoc expreſſius tangitur Hiere.49. Nun- F
quid non filij ſunt Iſrael aut hæres nõ eſt ei? Cur igitur hæreditate poſſedit Melchon Gad,& po
pulus eius in vrbibus eius habitauit. Hoc etiam auaris cõpetit qui prægnantes in cõceptu boni ꝓ-
poſiti ſecant, extrahendo viſcera eorum per lucra illicita, quod ſignificatur.4. Regum.4. vbi vi-
dua clamauit ad Heliſæum: Ecce venit creditor vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Prę
gnans enim diuiditur, quando filij torquentur, hoc iſti faciunt ad dilatandum terminum ſuum.
Eſaiæ.5. Væ qui coniungitis domum ad domum,& agrum agro copulatis vſq; ad terminum lo-
ci. Et ſubdit de pœna, & ſuccendam ignem in muro Rabbæ, Rabba metropolis eſt filiorum
Ammon, per quam tota terra intelligitur. Rabba autem grande peccatum interpretatur. Exo.32
Peccaſtis peccatum maximum.1. Regum.2. Erat autem peccatum puerorum grande. Eccl.10.
Auaro nihil eſt ſceleſtius. Murus autem qui ſuccenditur, congeries eſt diuitiarum, qua ſe munit
auarus. Ezech.13. Deſtruam parietem quem liniſtis abſq; temperamento,& adæquabo eum ter-
ræ. Iob.19. Ignis deuorabit tabernacula eorum qui libenter munera accipiunt. Iacobi quinto: Au
rum & argentum veſtrum eruginauit,& erugo eorum in teſtimonium vobis erit,& manduca-
bit carnes veſtras ſicut ignis. Et hoc eſt quod ſequitur, & deuorabit ædes eius, hoc eſt, quæ cũ-
q; laboribus ædificauit & acquiſiuit.1. ad Corint.3. Vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit.
Eſaiæ primo: Erit fortitudo veſtra quaſi fauilla ſtuppæ & opus veſtrum quaſi ſcintilla,& ſuccen
detur vtrunq; ſimul,& non erit qui extinguat, in vlulatu in die belli, vlulatu ſcilicet vincentis
exercitus, planctuq; victorum, quod ſit per dæmones in auaris & per Chaldæos in Ammonitis
& in turbine, hoc eſt, inuoluente captiuitate, in die cõmotionis, hoc eſt, tranſmigrationis,
quando

Auaritiam excutere difficile eſt.

Auar' viſcera diſcerpit hoĩm.

A quando.ſ.tranſmigrabūt de hoc ſeculo vel de terra ſua. Hiere.49. Auditum faciam ſuper Rabba filiorum Ammon, fremitum prælij & erit in tumulum diſſipata, filiæ ꝗ eius igne ſuccendentur, ⌊& ibit Melchon in captiuitatem⌋ Melchon interpretatur rex eoꝝ, quo nomine & idolū eoꝝ & rex vocabatur. Sapientiæ ſexto. Potentes potenter tormenta patiētur. ⌊Ipſe & principes eius ſimul⌋ ſupple ibunt in captiuitatem. Pſal.149. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium conſcriptum. Iuſtū eſt eñ ꝙ illi qui fuerunt cauſa ſubuerſionis populi, primi captiuentur. Eſa.1. Principes tui infideles, ſocij furum, ⌊dicit dñs⌋ confirmatio eſt præteritoꝝ, dictum eñ dñi ſtabit. Eſa.40. Verbū dñi manet in æternū.

¶In capitulum ſecundum enarratio.

HAec dicit dominus⌋ Sexto loco hic ponit onus Moab, qui etiā fuit filius Loth de inceſtu filiæ natus, & eundem quem in alijs tenet ordinem. Primo ergo authoritatē oſtendit ſermonis, &c. ⌊Hæc dicit dominus.⌋ Exod.24. Omnia quæ loquutus eſt dominus, faciemus. Hoc onus prolixius deſcribitur. Eſa.15. & Hierem. 48. De circūſtantia autem delicti, ſubdit, ⌊ſuper tribus ſceleribus Moab⌋ Moabitæ frequenter infeſti fuerunt filijs Iſrael, nam pergentibus ad deſtinatam terrā promiſſionis, proterue nimis obſtiterunt, ne liceret illis per terminos eorum tranſire. Quod q̊a armata manu perficere non præſumebant, exemplo territi Chananæorum ac Amorrhæum, q̊s ſuperauerant filij Iſrael, vt habet Numer.21. Pretio conduxit Balac filius Sephor rex Moab, Ba-
B laam filium Beor ariolum, qui populo Iſrael malediceret. Id vero cum prohibente deo facere nō auderet, victus tandem iniqui principis largitione, conſilium dedit de ſubmittendis ad caſtra filiorum Iſrael mulieribus, quarum illecebris, ad fornicationē ac idololatriam protracti, irato deo à Moabitis cederentur, Numer.23. & 24. In quo duplex peccatum commiſerunt, alterum ꝙ citra alicuius incommodum tranſitum petentibus cognatis negabant, alterum ꝙ ad fornicationes ac idololatriam populum dei induxerunt. Quibus à ſucceſſoribus coniunctū eſt tertium, ruptio videlicet fœderis quod fuit Moabitis cū rege Iſrael, vt habetur. 4. Reg.3. ⌊& ſup quatuor⌋ Quartum ſcelus eſt, ꝙ etiam debacchati ſunt in mortuum, q̊d nimiæ crudelitatis eſt argumentum. Dicit enim Hieronymus, ꝙ mortuū effoderū, & oſſa eius igne cōbuſſerūt, vt facerēt mortuo q̊d non poterant facere viuo, & vt nec mortem paterentur eſſe finē maloꝝ omnium. Et ideo ſubdit, ⌊nō conuertam eum⌋ quia conuerſione indignus eſt. Eſa.2. Ne ergo dimittas eis. Et ſubdit peccati actum, ⌊eo ꝙ incenderit oſſa regis Idumeæ⌋ iam mortui .ſ. ⌊vſq; ad cinerem⌋ debacchantes etiam in oſſa mortui, & partes partium oſſium, vt nihil eius integrum remaneret. Micheæ tertio: Oſſa eorum confregerunt & conciderunt, ſicut in lebete. Ezech.24. Congere oſſa quæ igne ſuccendā. Hieronymus, quod ſi deus ita vlciſcitur eos, q eum non cognouerūt, quid faciet pro his qui eum colunt? ⌊& ideo⌋ ſupple, ⌊mittam ignem⌋ iræ meæ, ⌊in Moab⌋ hoc eſt, in populū, & in terrā Moab. Deuter.4. Deus noſter ignis cōſumēs eſt, ⌊& deuorabit ædes Charioth⌋ quæ fuit ciuitas metropolis Moabitaꝝ, per cuius deſtructionē deſtructio regni ſignificatur. Et hoc factū eſt per Nabuchodonoſor regē. Hiere.48. Super Carioth, & ſuper Boſra, & ſuper omēs ciuitates terræ Moab, quæ longe & quæ prope ſunt, abciſum eſt cornu Moab, & brachium eius contritū

Cōtra mortuos nō pugnandum.

C eſt. Ezech.28. Producā ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerē ſuper terram in conſpectu omnium videntium te, ⌊& morietur in ſonitu Moab⌋ hoc eſt, in ſonitu quem dabūt hoſtes clamando contra eos, Moab enim eſt nominatiui caſus. Pſal.9. Perijt memoria eoꝝ cum ſonitu. Iob.39. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum & vlulatum exercitus, ⌊in clangore tubæ⌋ ſupple erit ſonitus. Victores enim tuba clanxerunt ſuper eos, & hoc ſonitum vocat. Vnde Hierem.42. Ad terram Aegypti pergemus, vbi non videbimus bellum & clangorem tubæ non audiemus. Iob decimoquinto: Sonitus terroris ſemper in auribus eius, ⌊& diſperdam iudicem⌋ hoc eſt, regem, ⌊de medio eius⌋ Pſal. ſecundo: Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos, ⌊& omnes principes eius interficiam cum eo⌋ vt authores criminis primi ſint in pœnis. Malachiæ ſecundo: Diſperdat deus virum qui fecerit hoc, magiſtrum & diſcipulum in Iſrael, ⌊dicit dominus⌋ confirmatio eſt eorum quæ dicta ſunt. Spiritualiter autem Moab ex patre interpretatur, & ſignificat eos qui veritatem impugnant, hi enim ex patre diabolo ſunt. Iohannis octauo: In veritate non ſtetit. Et poſt pauca, mendax eſt & pater eius. Horum tria ſcelera ſunt. Sermonis compoſitio, Contra quod dicitur. 1. ad Corinth.2. Non veni ad vos in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Secundū ſublimitatis diuinæ nimia perſcrutatio. Sapiæ.9. Cogitationes mortaliū timidæ & incertæ prouidentiæ veſtrę. Et poſt pauca: difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cū labore, & quæ in cœlis ſunt, quis inueſtigabit? ſenſum autem tuum quis ſciet? Prouer.25. Perſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Tertium eſt per philoſophicas rationes ſyllogiſmoꝝ complexio cōtra veritatē. De q̊ dicitur Iob.38. Quis eſt iſte inuoluēs ſentētias ſermonibus imperitis? Quartū aūt eſt pctm̄ in ſpm̄ ſanctū, ex odio.ſ. impugnatio veritatis agnitæ, q̊d faciūt hæretici. Propter q̊d dicit Auguſtin⁹, ꝙ cōtra veritatē ſine fœdere bellāt. Cōtra q̊s dr̄ Iohā.10. Si veritatē

Impugnator veritatis pullus ē dæmonis.

dico vobis,quare nõ creditis mihi?2.ad Timoth.3.Quemadmodũ Iamnes & Mambres reſtite- D
runt Moyſi,ita & hi reſiſtũt veritati,hoĩes corrupti mente,reprobi circa fidem. Hi incendũt oſſa
regis Idamçæ,hoc eſt,Chriſti. Oſſa enim eius ſunt,ſolidæ veritates de ſubtilitate diuinitatis,quæ
iſti incendũt zelo hæreticæ prauitatis. Contra quod dicit̃ Exo.12.Os nõ comminuetis ex eo. Et
vſq; ad cinerẽ deducunt,quãdo in cõſpectu populi veritatẽ vilem reddũt & cõculcandam præ-
bent vt cinis. Propter quod dicit̃ Matth.7.Nolite ſanctũ dare canibus, neq; margaritas mitta-
tis ante porcos,ne forte cõculcẽt eas pedib⁹,propter quod ignis iræ dei procedit in tales. Iudith
vlt. Dabit ignẽ & vermes in carnes eoꝝ,vt vrantur & ſentiant in ſempiternũ. Iſte ignis deuora-
Hæreticoꝝ bit ædes Charioth,quæ occurſus ignis interpretat̃,quia igne diaboli inflammati, veritati ſe op-
rũ oppreſ- ponunt. Sopho.3.In igne zeli mei deuorabitur omnis terra,quia tunc reddã populis meis labiũ
ſio & inte- electum,vt inuocent omnes nomen dñi,& ſeruiant ei humero vno. Conſumpto enim terreno
ritus. intellectu,veritatis labium redditur. Hoc modo in ſonitu morit̃ iſte Moab. Sacri eñ doctores ſo
nant contra eũ,de quibus dicitur in pſal.18.In omnẽ terram exiuit ſonus eoꝝ,Iudex diſpergitur,
quia hæreſiarcha qui hæreſim inuenit,vincitur & cõfunditur,vt Arrius,Sabellius,& huiuſmodi,
2.ad Timoth.3.Vltra nõ proficient,inſipientia eñ eoꝝ manifeſta erit oĩbus. Principes eoꝝ,po
tentes ſeculi ſunt eis credentes,qui gladio verbi dei interficiunt̃. Eſa.11.Spiritu labioꝝ ſuoꝝ inter-
ficiet impium. ¶⌊Hæc dicit dñs.⌋ Poſt onera gentiũ tranſit ad onus Iuda,hoc eſt, duaꝝ tribuũ,
quæ in hoc plus q̃ decẽ tribus peccauerũt,quia ſacerdotes & prophetas habuerũt,quoꝝ monita
cõtempſerũt,⌊Hæc dicit dñs,⌋ modũ eñ tenet quẽ in alijs tenuit in diuiſione. Vnde quod dicit,
Hæc dicit dñs,authoritas ſermonis eſt.4.Regũ.10.Videte ꝙ de ſermonibus dñi nõ cecidit in ter- E
ram,⌊ſup tribus ſceleribus Iuda & ſup quatuor.⌋ Tria ſcelera ſunt q̃ in litera cõmemorat,ſ.legis
abiectio,quia ſcire eã noluerũt. Iob.21.Scientiam viaꝝ tuaꝝ nolumus. Secundũ, mandatoꝝ &
ꝑceptoꝝ non obſeruatio,quod corruptionẽ fecit in opere. Hiere.6.Verba mea nõ audierũt & le
gem meã proiecerũt. Pſal.108.Maledicti qui declinãt à mandatis tuis. Tertiũ,ad idola cõuerſio
Hiere.2.Ambulauerũt poſt vanitatẽ & vani facti ſunt. Iſtæ ſunt tres turmæ,de quibus dicit̃ Iob.1
Chaldæi fecerũt tres turmas & inuaſerũt camelos & tulerunt eos,necnon & pueros percuſſerũt
Clericorũ gladio. Hæc in vna expoſitione cõmuni exponunt̃ etiam de clericis qui legẽ non curant,manda-
peculiaria ta nõ ſeruãt,& ſimulachra in delectabilibus mũdi venerant̃. Quartũ aũt eſt,ſacrati loci prophana
peccata. tio,ſicut eñ illi idolis templũ,ita iſti turpitudinibus eccleſias prophanãt. Hiere.2.Ingreſſi conta-
minaſtis terrã meã,& hęreditatẽ meã poſuiſtis in abominationẽ. Et ideo dicit,⌊nõ cõuertã eũ⌋
non quin deus paratus ſit dare pœnitẽtiam,ſed quia fructũ conuerſionis demerent̃ pertinacia vo
luntatis. Hiere.13.Si poteſt Aethiops mutare pellẽ ſuam & pardus varietatẽ ſuam,poteſtis & vos
benefacere cũ didiceritis malũ. De primo peccato ſubdit,⌊eo ꝙ abiecerit legẽ dñi,⌋ cõtra q̃d di
cit̃ in pſal.36.Lex dei ei⁹ in corde ipſius. De ſecũdo,⌊& mãdata eius nõ cuſtodierit⌋ moralia,ſ.q̃
de lege naturæ ſunt. Eſa.24.Trangreſſi ſunt leges,mutauerũt ius,diſſipauerũt fœdus ſempiternũ
De tertio ſubdit,⌊deceperũt eñ eos idola ſua,⌋ bñ dicit,idola,q̃a idolũ nihil eſt mũdo.1.ad Co-
rint.8.Sed apparẽtia quædã eſt,apparẽs aũt & nõ exiſtẽs cauſa deceptionis eſt.3.Reg.vlt.Deci-
pies & ꝑualebis,dixit dñs ſpũi mendacij,⌊poſt q̃⌋ .ſ.idola ⌊abierunt patres eoꝝ,⌋ & filios illius
trãſgreſſionis hæredes cõſtituerũt. Nehe.9.Proiecerũt legẽ tuã poſt terga ſua. Et infra poſt pau- F
ca:Nos aũt impie egimus,ſupple q̃ ſumus filij eoꝝ. Threñ.vlt.Patres noſtri peccauerũt & non
ſunt,& nos iniquitates eoꝝ portauimus. Et ſubdit de pœna, ⌊& mittã ignẽ in Iuda,⌋ vindictã
.ſ.iræ meæ. Dañ.7.Fluuius igneus rapidusq; egrediebat̃ à facie eius,⌊& deuorabit ædes Hieruſa
lẽ,⌋ Hieruſalẽ eñ metropolis eſt duaꝝ tribuũ,& eccleſiã ſignificat,cuius ædes tali vitio cõſumptę
ſunt. Eſa.64.Domus ſanctificationis noſtræ & gloriæ nr̃æ,vbi te laudauerũt patres noſtri,verſa
eſt in exuſtionẽ ignis,libidinis.ſ. Iob.31.Ignis eſt vſq; ad ꝑditionẽ deuorãs & oĩa eradicãs geni-
mina. ¶⌊Hæc dicit dñs,⌋ Vltimo ponit onus Iſrael,q̃a illi diutius vult immorari. Eundẽ autem
modũ tenet diuiſionis quẽ & in alijs. Diuidit̃ aũt in partes duas. Primo eñ ponit onus ꝑ quatuor
differẽtias ſicut in alijs. Secũdo,peccatũ,propter q̃d onus inducit,exaggerat,ibi,Ego autem ex-
terminaui. Primo ergo more ſuo authoritatem inducit ſermonis,dicens,⌊Hæc dicit dominus,⌋
Matth.5.Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, ⌊ſuper tribus ſceleribus Iſrael,⌋ hoc
eſt decem tribuum,⌊& ſuper quatuor,⌋ quæ per ordinem ponit in litera ſcilicet iuſti venditio-
Cõcupiſcẽ- nem,pauperum contritionem,viæ humilium declinationem,& quartum, matrimonij violatio-
tia carnis nem,⌊non conuertam eum,⌋ Impetus enim concupiſcentiæ quaſi equus effrenis à deo abducit.
abducit a Hieremiæ ſecundo:Omnes q̃ quærunt eã,non deficient,in menſtruis eius inuenient eam,hoc eſt
deo. in defectibus. Et ſubiungit de peccato primo, ⌊eo quod vendiderit pro argento iuſtum,⌋
maſculine ſcilicet vel neutraliter,hoc enim faciunt expreſſe iudices eccleſiæ. Eſaiæ quinto:Væ qui
iuſtificatis impium pro muneribus & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Deuteronomij decimoſexto:
Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum,& ſubuertunt
verba iuſtorum,iuſte quod iuſtum eſt exequeris. Et exaggerat hoc peccatum vlterius.
⌊& pauperem pro calciamentis⌋ ſupple vendiderũt,Septuaginta,& pauperem propter calcia-
menta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A menta,quæ calcant ſuper puluerem terræ. Hieronymus: Primū ergo eoꝝ ſcelus eſt, ſiue impie-
tas in tribus vel quatuor criminibus enumerata,ꝙ propter pecuniam hominē vendiderūt,& ho-
minem iuſtum,qui in eo admirabilior eſt,ꝙ nec paupertate ſuperatus eſt,vt iniquum aliquid fa-
ceret,nunc autem pro re viliſſima,calciamentis.ſ.quibus puluerē calcant & fimum,pretioſam ani
mam pauperis iuſti vendiderūt. Hoc calciamentū,nimiam curā ſignificat huius mortiferæ pellis.
Exod.3.Solue calciamentum de pedibus tuis,locus eñ in quo ſtas,terra ſancta eſt. Iob.24. Vim
fecerunt deprędantes pupillos,& vulgum pauperem ſpoliauerūt,hoc eſt, pauperem publicū,qui
etiam apud vulgum pauper reputabatur. Et ſubiungit de ſecundo. ⌊Qui conterunt⌋ angaria.ſ.
corporis,⌊ſuper puluerem terrę⌋ hoc eſt,vt plus comminuti ſint q̄ puluis,⌊capita pauperum⌋
Septuaginta,qui percutiunt in capite pauperem. Eſa.3. Quare atteritis populum meum & facies
pauperum commolitis. Pſal.109. Conquaſſabit capita in terra multorum. Et ſubiungit de tertio.
⌊Et viam humilium declinant⌋ humiles ſunt ſimplices de populo,quoꝝ viam declināt à mādā-
tis dei per ſcandalum. Malach.2. Vos receſſiſtis de via,& ſcandalizaſtis plurimos in lege. Eſa.3.
Popule meus qui te beatū dicūt,ipſi decipiunt te,& viam greſſuum diſſipāt. Et ſubdit de quarto,
⌊& filius ac pater eius ierunt ad puellam⌋ Septuaginta,ad eandem puellā,vt.ſ.vnā & eidē pater
& filius cōmiſcerentur ſicut Ruben. Gene.49. Aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum
eius. Contra quod dicitur, Leuitic.18. Turpitudinē vxoris patris tui non diſcooperias .1.ad Co-
rinth.5. Omnino auditur inter vos fornicatio,& talis fornicatio ,qualis nec inter gētes, vt vxorē
patris aliquis habeat. Hæc puella,vt dicit quædam Gloſſa,pulchritudinem vanitatis mūdi ſigni-
B ficat,ad quàm & pater & filius vadūt,prælatus.ſ.& ſubditus. De quo Poeta Virgilius. Malo me
Galathæa petit laſciua puella. Et fugit ad ſalices,& ſe cupit ante videri. Galathæa iſta pulchritu-
dinem mundi ſignificans,interpretatur magnifica,quæ multos inuitat,malo,hoc eſt pomo,cum
tamen fugiat ad ſalices,hoc eſt,ad ſterilitatē,& nolit videri niſi ante & non poſt,⌊vt violarent no
men ſanctum meum⌋ vt,non notat cauſam,ſed terminū operis. Ex hoc eñ accidit,ꝙ multi ma
lo opere blaſphemant nomen domini. Ezech.36. Propter nomen ſanctum meum quod pollui-
ſtis in gentibus. Et hoc peccatum vlterius exaggerat,⌊& ſuper veſtimentis pignoratis⌋ hoc ē,
pignoris loco acceptis,⌊accubuerūt⌋ talibus.ſ.mulieribus. Contra quod dicitur Exod.22. Si pi
gnus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddes illi. Ipſum enim eſt ſolū
quo operitur indumentū carnis eius,nec habet aliud in quo dormiat. Hieronymus tamen in origi
nali dicit propter literā ſeptuaginta,quæ ſic habet. Et veſtimenta ſua alligantes funibus, faciebāt
vmbracula iuxta altare,ꝙ ſuper veſtimētis eoꝝ qui ad idola ire nolebant,ſed ad templū domini
quæ vi extorſerant in idolo epulantes accumbebant, & tantus erat contemptus in deum, vt ex
illis παραπετάσματα .i.velamina vel tentoria facerent,q̄bus obumbratos fornicātes nullus poſ-
ſet aſpicere. Sicut legimus feciſſe Abſalon ad conſilium Achitophel.2.Regū.16. Quando polluit
concubinas patris ſui,⌊iuxta omne altare⌋ idoloꝝ.ſ.multa erant altaria idolorum, altare autem
domini non niſi vnum. Oſee decimo: Secundum multitudinem fructus ſui multiplicauit altaria,
C iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris. Hoc apud nos expoſitione non indiget, quia
in eccleſia & iuxta altare concumbunt ſacerdotes cū mulieribus etiam ſine velaminibus,⌊& vi-
num damnatoꝝ⌋ hoc eſt,quos propter hoc damnabāt ex calumnia,ꝙ in Hieruſalē ad templum
dei pergebant,⌊bibebant⌋ in luxuria .ſ.& ebrietate,⌊in domo dei ſui,⌋ vituli.ſ. in Bethel,& in
Dan,q̊d noſtri ſacerdotes faciūt & iudices,q omne iudiciū per calumniā in lucrū conuertūt,& il
lo lucro in domo dei ſui,mām̄ona.ſ.ventris vel veneris abutūtur in laſciuias. Iob.24. Vigilantes
ad prædam,præparāt panem liberis,agrum non ſuum demetūt,& vineā eius quem vi oppreſſe-
runt,vindemiant. ¶⌊Ego aūt exterminaui Amorrhæum à facie eoꝝ.⌋ In hac parte ꝑ ingrati-
tudinem exaggerat peccatū decē tribuum,primo oſtendēs beneficia præſtita,ſecūdo ingratitu-
dinē,ibi, Et propinabatis. Tertio,ingratoꝝ pœnā,ibi, Ecce ego ſtridebo. Beneficia vero ponē-
do,primo tāgit quatuor beneficia,duo corporalia & duo ſpiritualia. Secūdo, cōuincit de verita-
te beneficioꝝ,ibi, Nunq̄d non ita eſt? Duo corꝑalia beneficia ſunt,primū quidē factū ꝑ Ioſue &
iudices & reges Iſrael,hoc eſt,exterminatio inimici impedientis. Secundū aūt eductio de Aegy-
pto,quæ facta eſt ꝑ Moyſen,Aaron , Mariā & Hur. De priori itaq; beneficio corporali dicit.
⌊Ego aūt exterminaui Amorrhæū à facie eoꝝ⌋ hoc eſt,à præſentia eoꝝ vt liberam inuenirent
poſſeſſionē. Deuter.7. Cū introduxerit te dn̄s deus in terrā quā poſſeſſurus ingredieris, & dele-
uerit gētes multas corā te,Ethęum ,& Gergezęum ,& Amorrhæū,& Chananæū, & Phereſæū,
& Euæum,& Gebuſæum ,ſeptē gētes multo maioris numeri q̄ tu es,& robuſtiores te. Et cum
ſeptem ſint,tantum Amorrhæum nominauit,quia ille fortior fuit. Hic dicitur exterminatus,q̄a
fuit extra terminos vitæ,& extra terminos terræ promiſſionis eiectus,ne aliquod.ſ. poſſet procu
rare impedimentū,quin Iſrael liberā conſequeretur poſſeſſionem. Et ſubdit de fortitudine illius,
⌊cuius altitudo⌋ in ſublimitate.ſ.dignitatis,poteſtatis & diuitiaꝝ,& corporis proceritate,⌊ce-
droꝝ altitudo eius,⌋ hic eſt pleonaſmus & hyperbole,pleonaſmus, q̄a ſuꝑfluit alteꝝ relatiuoꝝ,
ſicut ibi,cuius participatio eius in idipſum, Hyperbole aūt, q̄a exceſſum facit in cōparatiōe plus po
nens

Riualis patris,filiꝰ nō erit.

O deplorādā inuerecundiam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nens & minus ſignificans, ſicut Numer.14. Monſtra quædam filiorum Enachim vidimus ibi, q- D
bus cõparati locuſtæ videbamur, ⌊& fortis ipſe⌋ Amorrhæus. ſ. ⌊quaſi quercus⌋ Quercus eñ
Eſau dictus eſt quercinus. arbor duriſſima & fortiſſima eſt, vnde & robur communi nomine vocatur. Ex cuius vocabulo
Philo putat Eſau vocari quercinum vel roboreum. Qualiter autem contriuerit, ſubdit. ⌊Et con-
triui fructũ eius deſuper⌋ Fructus dicuntur diuitiæ, ædificia, cultura, &c. quæ ille populus perfece
rat in terra ad fructificandum ſibi, ⌊& radices eius ſubter⌋ ſupple contriui. Radices dicuntur tri-
bus familiæ, & ſucceſſio filioꝝ & nepotum, ſicut pſal.51. Euellet te & emigrabit te de tabernacu-
lo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Myſtice autem Amorrhæus interpretat amaricans,
& peccatores ſignificat, diabolum. ſ. & diabolicos homines, qui ad amaritudinem prouocãt deũ.
Oſee.12. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim amaritudinibus ſuis. Abacuc.2. Væ qui potũ
dat amico ſuo, mittens fel ſuum & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius. Acto.8. Dixit Petrus ad
Simonem: In obligatione iniquitatis, & in felle amaritudinis video te eſſe, hũc deus exterminat,
hoc eſt, extra terminos rationis & gratiæ & vitæ ponit. Iob.40. Diſperge ſuꝑbos in furore tuo,
Superbi a deo deprimuntur & reſpiciens omnem arrogantem humilia, reſpice cunctos ſuperbos & confunde eos, & con-
tere impios in loco ſuo, abſconde eos in puluere ſimul, & facies eorum demerge in foueam.
Huius altitudo comparatur cedro in ſuperbia cordis. Pſal.36. Vidi impium ſuperexaltatum &
eleuatum ſicut cedros lybani, & tranſiui & ecce non erat. Iſti adhærent diabolo, ſicut cauda cor-
pori. Iob quadrageſimo: Conſtringit caudam quaſi cedrum. Pſal.28. Vox domini cõfringentis
cedros. Fortitudo autem comparatur quercui: quercus enim fortis arbor eſt, fructus non ferens,
niſi glandium, quas porci manducant & ſignificat guloſos & luxurioſos, qui ſunt fortitudo dia- E
boli, qua fere totum mundum vicit. Iob quadrageſimo: Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus e-
ius in vmbilico ventris eius, vbi dicit Gregorius, ꝙ luxuria virorum in lumbis eſt, fœminarum
autem in vmbilico. Hæc eſt quercus, in qua mortuus eſt Abſalon.2. Reg.18. Cum ingreſſus fu-
iſſet mulus, cui inſedebat Abſalon, ſubter condenſam quercũ & magnã, adhæſit caput eius quer-
cui, & illo ſuſpenſo inter cœlum & terram, mulus cui inſidebat pertrãſiit. Multi enim capite, hoc
eſt, mente ad hanc quercum ſuſpenſi ſunt, & maxime qui inſident mulis, hoc eſt, irrationabilibus
concupiſcentijs. Pſalmo triceſimoprimo: Nolite fieri ſicut equus & mulus. De exterminatione
horum ſimul. Eſaiæ ſecundo: Dies domini exercituum ſuper omem ſuperbum & excelſum, ſu-
per omnem arrogantem, & humiliabitur, & ſuper omnes cedros lybani ſublimes & erectas, &
ſuper omnes quercus Baſan. Fructus harum arborum ſunt opera & delectationes, radices autẽ,
error in intellectu, & libido in affectu, quorum vtrumque conterendum eſt. Sapientiæ quarto:
Confringentur rami inconſummati, & fructus illorum inutiles & acerbi ad manducandũ, & ad
nihilum apti. Daniel.4. Excutite folia eius, & diſpergite ramos eius. Eſa.14. Cõſurgam ſuꝑ eos,
dicit dominus exercituum, & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem, & germen.
Et ſubdit de ſecundo beneficio corporali. ⌊Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra Aegypti,⌋
aſcẽdere dicit, qa Aegyptus plana terra eſt, & terra promiſſionis montuoſa. Et iſta aſcenſio aſcẽ
ſionem ſignificat de vitijs ad virtutes, hoc eſt, de tenebris ad lumẽ intellectualium virtutũ, & de
mœrore ad gaudium virtutũ moralium & heroicarum. Exod.20. Ego ſum dominus deus tuus, F
qui te eduxi de terra Aegypti. Mich.6. Memento ꝙ eduxerim te de terra Aegypti, & miſerim
ante faciem tuam Moyſen & Aaron & Mariam, Moyſen in exemplũ virtutis, Aaron ad exem-
plum deuotionis, Mariam vt eſſet forma pœnitentiæ & compunctionis. ⌊Et eduxi vos in de-
ſerto⌋ de manſione in manſionẽ, ⌊quadraginta annis⌋ qui numerus quia partibus ſuis ad quin-
quaginta ſurgit pœnitentiã ſignificat, quæ ad remiſſionis annũ terminat. Pſal.94. Quadragin-
ta annis proximus fui generationi illi. Oſee.11. Ex Aegypto vocaui filium meum, ⌊vt poſſide-
retis terram Amorrhæi⌋ quàm Moyſes diuiſit Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe. Nu-
mer.32. Hæc autem terra ſpiritualiter poſſidetur, quãdo in locum cadentiũ angeloꝝ, q ꝑ Amor-
rhæum intelliguntur, felices animæ reſtituuntur. Eccleſiaſtici.10. Radices gẽtium ſuperbaꝝ are-
fecit deus, & plantauit humiles ex ipſis gentibus. Lucæ primo: Depoſuit potentes de ſede, & ex-
altauit humiles. Et ſubdit de beneficijs ſpiritualibus, quorum primum eſt ad informationem in-
tellectus in veritate. ⌊Et ſuſcitaui de filijs veſtris in prophetas,⌋ quorum vicem tenent docto-
res in eccleſia. Iohelis ſecũdo: Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt
filij veſtri & filiæ veſtræ. Sapiæ.7. Per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos dei & pro-
phetas conſtituit. Iohelis.2. Exultate & lætamini in dño deo veſtro, qui dedit vobis doctorẽ iu-
ſtitiæ. Et ſubdit de ſecundo, quod eſt ad exemplũ virtutis, ⌊& de iuuenibus veſtris Nazaræos⌋
Quę lex fuerit Nazaræorum ſupple ſuſcitaui, Nazaræus ſanctus vel floridus interpretatur, de quorum lege, Numer.6. conti-
netur. Fuerunt enim qui votum habebant, & pilos capitis non radebant, & vinum non bibebãt,
nec aliquid quod inebriare potuit. Threñ.4. Candidiores Nazaræi eius niue, rubicũdiores ebo-
re antiquo, Saphiro pulchriores, candidi enim fuerunt caſtitate, nitidi virtutis honeſtate, rubicũ-
di dei charitate, Saphiro pulchriores cœleſti conuerſatione, quorum vicem religioſi deberent
tenere in eccleſia. Et conuincit eos de dictorum veritate. ⌊Nunquid non ita eſt filij Iſrael, dicit
dñs⌋

A dominus.⌋ Veritas enim ſemper vincit & inualeſcit, ſicut dicitur in apocriſo.3. Eſdr.3. Et ſubdit de ingratitudine, ⌊& propinabatis Nazaręis vinũ,⌋ vt.ſ.calore vini prouocati, voti ſanctitatem macularent. Prouerb.31. Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinũ, quia nullũ ſecretum vbi regnat ebrietas. Hoc vinum, temporalis iucunditatis eſt gaudium. Eſaiæ quinto: Væ q potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatẽ, vt vino æſtuetis. Cõtra hoc tamen videtur eſſe quod dicitur (Hiere.31.) vbi dominus præcepit, ꝙ Hieremias propinaret Rechabitis vinum, qui Nazaræi erant. Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ nõ propinabatur vt biberent, ſed vt eorum comparatione cum nõ biberent, alij condemnarentur, ⌊& prophetis mandabatis, dicẽtes: Ne prophetetis⌋ hoc factum eſt Amos.7. vbi Amaſias ſacerdos prohibuit Amos ne prophetaret. Hiere.26. Iudicium mortis eſt viro huic, quia prophetauit aduerſus ciuitatẽ iſtã. Hiere.46. Ioachim rex Iuda, librum Hieremiæ incidit & combuſſit. Eſa.30. Dicunt videntibus, nolite videre, & nolite nobis annuntiare quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Sic adhuc doctoribus veritatis ſilentium indicitur. Pſal.38. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Et præmiſit cum conſiſteret peccator aduerſum me. Actorum.4. Vocantes eos apoſtolos.ſ. denuntiauerunt, ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Ieſu. ¶⌊Ecce ego ſtridebo⌋ Tãgit

Ebrietas nõ eſt ſecreti tenax.

Rechabitarũ religioſa cõſtãtia.

Veritas male audit.

B hic pœnam ingratorum, quam nec effugere poterunt nec reſiſtere, quod per.7. differentias oſtẽdit, ⌊Ecce ego ſtridebo.⌋ Hieronymus habet, ſtridebam. Septuaginta, ego voluam ſubter vos, ſicut voluitur plauſtrum plenum ſtipulæ. Et hoc eſt quod additur hic, ⌊ſubter vos ſicut plauſtrũ onuſtum fœno⌋ Primo enim quãdo boni erãt, geſtauit eos dominus in ſinu ſuo, ſicut nutrix infantem, poſtea autem cum mali erant, cum labore portauit eos, ſicut plauſtrum onuſtũ, quatuor rotis, quatuor inductis beneficijs ſubuectum. Hiere.23. Si interrogauerit populus iſte, vel propheta, vel ſacerdos, dicens: Quod eſt onus domini. Dices ad eos: Vos eſtis onus, proijciam quippe vos. Stridor ſignificat comminationem, onus grauitatem. Eſa.1. Facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens, fœnum autem ſiue ſtipula ſignificat, quod vt materia incendij portentur. Matth. ſexto: Fœnum quod hodie eſt, & cras in clybanum mittitur. Eſt ergo ſenſus, ꝙ grauiter deus eos ſuſtineat, & ad ignem continue portet, ⌊& peribit fuga à veloce,⌋ ita.ſ. ꝙ effugere non poterit. Prouerb.19. Velox pedibus offendet. Eſa.30. Velociores erunt qui perſequentur vos. Veloces aũt iſti ſubtiles ingenio ſignificant, qui tunc argumenta quibus effugiant non inuenerunt, ⌊& fortis non obtinebit virtutem ſuam⌋ Fortis hic dicitur nõ à fortitudine virtute, ſed à fortitudine quæ eſt per exercitium & rei militaris experimentum, qui tunc reſiſtere non poſſunt. Eccles.9. Vidi nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, ⌊& robuſtus non ſaluabit animam ſuam.⌋ Robuſtus dicitur à robore corporis, qui tunc conculcabitur. Anima dicitur animalis vita. Iudicũ.5. Conculca anima mea robuſtos. Pſal.32. Gygas nõ ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ, ⌊& tenens arcum non ſtabit,⌋ hoc eſt, inſtructus armis bellicis, qui tunc ad impugnandum hoſtẽ ſtare non poterit. Ezech.39. Percutiam arcũ in manu ſiniſtra tua, & ſagittas de manu dextera tua proijciam. Iſti ſignificant doctores tenentes ſcripturam & vitam non conformantes ei quod docent,

C ⌊& velox pedibus ſuis non ſaluabitur⌋ qui.ſ. curſu, non equo velox eſt, in hoc enim differt à primo, ſignificat autem inſtabiles, nunc huc nunc illuc velociter diſcurrentes.2. Regum.2. Porro Aſael curſor velociſſimus fuit quaſi vnus ex capreis quæ morantur in ſyluis. Hieremiæ decimoquarto: Populus hic dilexit mouere pedes ſuos & domino non placuit, ⌊& aſcenſor equi nõ ſaluabit animam ſuam.⌋ Aſcenſor equi ſignificat ſuperbum. Pſal.32. Fallax equus ad ſalutẽ. Exod. decimoquinto: Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit ſuper eos dominus aquas maris, hoc eſt, æternæ amaritudinis, ⌊& robuſtus corde inter fortes⌋ hoc eſt, magnanimus qui ſibi cæteris fortior videtur. Hieremiæ nono: Non glorietur fortis in fortitudine ſua. Eſaiæ primo: Erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppe, ⌊nudus fugiet⌋ hoc eſt, omnibus bonis & patria denudatus. Iob primo: Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meę, nudus reuertar illuc. ⌊In die illa⌋ iudicij mei.ſ. & claræ iuſtitiæ, ⌊dicit dominus⌋ confirmatio eſt omnium prædictorum. Hieronymus, hæc adaptat ſecundum Hebræos ad ſeptẽ reges. Hieroboam enim velox fuit, qui fugit in Aegyptum & ſtatim redijt.3. Regũ.cap.15.&.16. Baaſa autem qui multa fortitudinis opera fecit, virtutem ſuam non obtinuit.3. Regũ.15.&.16. Amri quoq; qui erat robuſtus & Zambri interfecit, animam vero ſuam non ſaluauit. Iehu autem q ſagitta Ochoziã interfecit, tenens arcum non ſtetit.4. Reg. nono: Quamuis vero hi quatuor tempore iſtius prophetiæ mortui fuerint, tamen poſteri eorum, hæc quæ dicta ſunt, paſſi ſunt. Manahen vero q velox pedibus fuit, & modo ad regem Aſſyriorum, modo ad regem Aegyptiorum cõuolauit, ſaluatus non eſt.4. Regum decimoquinto, Phaceæ quoq; filius Romeliæ, qui cum Syris aſcenſor equorum fuit, animam ſuam non ſaluauit.4. Reg.15. Oſee autem qui primo robuſtus corde fuit, vt populum ad deũ reuocaret, non perſeuerauit, & ideo denudatus regno & honore, nudus profugit, omnibus fortibus ſuis deſtitutus.

¶In ca

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

D

¶In capitulum tertium enarratio.

AVdite verbum quod loquutus eſt dn̄s⌋ Iſta pars eſt de comminatiōe viſitationis, & in duas diuiditur partes. In quaꝝ prima rationem oſtendit, quare ſpecialiter inter alias gentes viſitandi ſunt. In ſecunda viſitatoris oſtendit exprobrationē in culpa, & comminationem in pœna, infra. 4. ibi, Audite verbum hoc vaccæ pingues. Prima pars in tres diuiditur. Primo em̄ ex ratione oſtendit, ꝙ viſitādi ſunt. In ſecunda, ex iudicio humano & inimicorum, ibi. Auditum facite in ædibus Aſoti. In tertia concludit propoſitum, & indicit diem ad viſitandū, ibi, propterea hæc dicit dominus deus, tribulabitur. Prima adhuc in duas diuiditur. In prima conuincit per rationem. In ſecūda, oſtendit ꝙ indicenda eſt per propheticā enuntiationem, ibi, Si erit malū in ciuitate. Adhuc prima in duas. Primo em̄ oſtendit per rationē, ꝙ viſitare debet. Secūdo, confirmat hoc per ſextuplicē ſimilitudinem, ibi, Nunqd ambulabunt duo pariter. In prima adhuc duo facit, excitat. ſ. ad auditū, & proponit qd audiant. ⌊Audite⌋ interiori. ſ. auditu. Matth. 16. Audite & intelligite, ⌊verbū⌋ ſcilicet, quod voce ſignificatur, & in corde remanet etiam voce tranſeunte. Ezech. 3. Audies verba ex ore meo & annūtiabis eis, ⌊quid loquutus eſt dominus⌋ hoc em̄ habet authoritatem, dicit nāq; Hieronymus ſuper Hieremiā, ꝙ ſerui eſt demiſſo vultu, aure patula, prompta voluntate ad obediendū audire vocē domini. 1. Reg. 3. Loquere domine, quia audit ſeruus tuus, ⌊ſuper vos,⌋ notat oppreſſionē, quia de comminatione & terrore eſt, vel q̃a de diuinis eſt quæ ſuper nos ſunt. Pſal. 17. Intonuit de cœlo dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam. Heb. 12. Si illi non effugerunt, recuſantes eū qui ſuper terram loquebatur, multo magis nos qui de cœlo loquentem nobis auertimus, hoc eſt, recuſamus audire, ô ⌊filij Iſrael⌋ hoc eſt, decem tribus. Gene. 49. Congregamini filij Iſrael, congregamini, & audite Iſrael patrē veſtrū. Et ne duæ tribus putēt ſe ad hoc nō pertinere, ſubdit, ⌊& ſuper omnē cognationem⌋ tribuum. ſ. & familiaꝝ, ⌊quam eduxi,⌋ in patribus. ſ. ⌊de terra Aegypti⌋ ſupple loquutus eſt. Sapiæ. 6. Puſillū & magnū ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omnibus. Matth. 24. Quod vni dico, om̄ibus dico. Et quod dicit de terra Aegypti beneficium ſpeciale cōmemorat, redemptionis. ſ. & liberationis. In quo ſpeciali beneuolētia patres cognouit. Mich. 7. Eduxi te de terra Aegypti, & de domo ſeruitutis liberaui te. Et poſt pauca ſubdit. Memēto quęſo popule meus. Sicut & nobis memorādū eſt, ꝙ ſanguine Chriſti de peccato educti ſumus. Thren̄. 3. Recordare pauptatis & trāſgreſſiōis meæ, abſynthij & fellis, ⌊dicens:⌋ ad hoc refertur quod loquutus eſt. Et proponit quid audiant. ⌊Tantūmodo vos cognoui,⌋ per beneplacitū. ſ. quia me vobis reuelaui, legem vobis poſui, promiſſiones adhibui, præmijs remuneraui, prophetijs illuminaui. Pſal. 147. Non taliter fecit omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Deuter. 4. De cœlo te fecit audire vocem ſuam, vt doceret te, & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximū, & audiſti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit ſemen eoꝝ poſt eos. Exod. 33. Teipſum noui ex nomine, inueniſti enim gratiā corā me, ⌊ex omnibus cognationibus terræ,⌋ gentilium. ſ. vel peccatoꝝ, de quibus dicit Matth. 7. Ego nunq̃ noui vos, eo ꝙ oſtendit eis incorruptū legis lumen, nec non beneuolētiæ ſuæ vultū. Propter quod Eſa. 45. Vere tu es deus abſconditus. Propter quod Actoꝝ. 17. Athenienſes altare inſcripſerunt ignoto deo, & apoſtolus ſubiunxit, quod ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Ex hac ratione infert propoſitum, ⌊idcirco viſitabo⌋ hoc eſt, ex officio viſitare debeo, ⌊ſup vos⌋ comprimendos. ſ. ⌊omnes iniquitates veſtras⌋ Gloſſa, vt ſit nihil impunitū. Iuſtū enim eſt etiam inter homines, vt qui redemit & legem ponit, viſitet ſecundum legem ſubiectos. Pſal. 58. Intende ad viſitandas omnes gentes, non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatē. Eſa. 26. Egreſſus eſt dominus, vt viſitet iniquitatem habitatoris terrę contra eum. 1. ad Corinth. 5. Quid ad me de his qui foris ſunt iudicare? Roman̄. 2. Qui ſine lege peccauerunt ſine lege peribunt, & q̃ in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Hanc rationem ſex probat ſimilitudinibus, ſubdēs. ⌊Nunquid ambulabunt duo pariter⌋ hoc eſt, per vnum iter, ⌊niſi conuenerit eis?⌋ hoc eſt, niſi vna conuenientia voluntatum & amicitiæ ſit inter eos? ſicut. ſ. ambulaui vobiſcū per deſertū. Vnde Numer. 14. dixit moyſes: Si non tu ipſe præceſſeris nos, non educas nos de loco iſto. Sic angelus Raphael ambulauit cum Tobia. Tob. 5. Talem conſenſum ad deum nouit Iacob, quando dixit: Si dominus deus fuerit mecum in via qua ego ambulo, & cuſtodierit me & reuocauerit me cum ſalute. Gene. 28. Sic dominus dicit ſuis. Apoc. 3. Ambulabūt mecū in albis, quia digni ſunt. Per contrarium autem vult ex hoc intelligi, ꝙ ſi non conuenerit eis, ſed diſſentiant in voluntate, ꝙ ſimul non ambulabunt. Numer. 14. Nolite aſcendere, non enim eſt deus vobiſcum. Ezech. 3. Benedicta gloria domini de loco ſuo, ſupple receſſit. Sic receſſit à Saul, & ſtatim exagitauit eum ſpiritus nequam à domino. 1. Reg. 16. Secundam inducit ſimilitudinem, ſubdens. ⌊Nunquid rugiet leo⌋ & inducitur ad ſeparatos à domino, qui ſtatim incidunt periculū. Nunquid rugiet leo, comminando & frendendo. Leo autem dicitur, vel deus comminās, vel melius, inimicus inuadens, vel homo vel diabolus, ⌊in ſaltu⌋ in ſaltu enim moratur leo, vt dicit Gloſſa, & nō in agris cultis vel vineis, ⌊niſi habuerit prædā?⌋ ſibi ſupple paratam, ſic recedēs à deo pręda datur leoni.

Beneficia dei ſemper ſunt recolēda

E

Deus conſentientib⁹ ſibi præſto eſt.

F

Hiere.

A Hiere.4. Aſcendit leo de cubili ſuo, præda gentium ſe leuauit, egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuã in deſolationẽ. 1. Pet. 5. Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Et eſt ſenſus, ſi rugitũ & fremitũ hoſtium auditis, non eſt mirũ quia non ambulantes cũ deo, dati eſtis hoſtibus in prædam. Iob. 15. Sonitus terroris ſemp in auribus eius. Sapiæ. 17. Semper p̃ſumit ſæua perturbata cõſcientia. Et ſubdit tertiam. ⌊Nunquid dabit catulus leonis,⌋ eſuriens. ſ. ⌊vocem⌋ ſuam, in rugitu. ſ. ⌊de cubili ſuo,⌋ antro. ſ. in quo cubat, ⌊niſi aliquid apprehẽderit⌋ per ſe vel per patrem vel matrẽ, vt dicit gloſſa. Et ſenſus eſt, ꝙ catuli leonis, ſubditi ſunt magni leonis, regis Aſſyrioꝝ vel diaboli, quos incitat in eos qui ſibi in prædã propter peccatum dati ſunt. Eſa. 5. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonũ, & frendet & tenebit prædã. Ezech. 19. Leo factus eſt, didicit prædam capere, & hoĩes deuorare, didicit viduas facere & ciuitates in deſertũ adducere, & deſolata eſt terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et ſubdit quartam. ⌊Nunquid cadet auis in laqueum terræ,⌋ hoc eſt, in terra abſconditũ, ⌊abſq; aucupe.⌋ Et ẽ ſenſus, ꝙ q̃diu aues in aere alte volãt, laqueum in terra poſitum & inſidias aucupis non timent, Tunc eñ veꝝ eſt quod dicitur Prouer. 1. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatoꝝ, ita & vos qñ pennis virtutum exaltabamini in cœlũ, non timuiſtis laqueos, hoc eſt, captiuitates hoſtium nec deceptiones aucupũ, hoc eſt, falſas conſolationes pſeudoprophetaꝝ & regũ & ſacerdotũ vos ad idololatriam inducentium, qñ autem cecidiſtis in terram per terrenũ affectũ, & idololatriam decepti ſibilo aucupũ, dæmonum vel maloꝝ doctoꝝ, captiuitatis laqueus vos apprehendit. Fiſtula eñ dulce canit volucrem dum decipit auceps. Threñ. 3. Venatione cæperũt me quaſi auem, inimici mei gratis. Hoc nimis expreſſe dicitur Iob. 18. Immiſit in rete pedes ſuos & in maculis eius

B ambulat, tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcet cõtra eum ſitis, abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula eius ſuper ſemitam, vndiq; terrebũt eum formidines, & inuoluent pedes eius Et ſubdit quintã. ⌊Nunquid auferetur laqueus de terra⌋ ab aucupe ſupple, ⌊anteq̃ quid,⌋ hoc eſt, aliquid ⌊cæperit?⌋ Et eſt ſenſus, ꝙ inſidiæ aucupũ, hoc eſt, hoſtium, non ceſſabũt ab eis, q̃diu in terra, hoc eſt, in terrenis viderint eos ambulare. Eſaiæ. 24. Formido & fouea & laqueus ſuper te qui habitator es terræ. Et erit, qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam, & qui ſe explicuerit de fouea, tenebitur laqueo, vel dæmonũ. ſ. vel hominum inſidiantium. Hiere. 48. Pauor & fouea & laqueus ſup te ô habitator Moab, ait dñs. Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam, & q̃ cõſcenderint de fouea, capientur laqueo. Formido eſt in cõminatione, laqueus in peccati obligatione, fouea in carceris cõdemnatione. Et ſubdit ſextam, quæ de p̃ſenti malo eſt. ⌊Si clanget tuba,⌋ hoſtium. ſ. victoꝝ, ⌊in ciuitate,⌋ capta. ſ. iam, ⌊& populus nõ expaueſcet,⌋ capta eñ ciuitate, tota terra capta eſt, quia munitio terræ eſt ciuitas. Et eſt ſenſus, iam auditur tuba, quia alię gẽtes deſtructæ ſunt, & ꝙ cõtra vos procedit hoſtis, & ideo mirũ eſt ꝙ per pœnitẽtiam nõ expaueſcitis. Oſee. 6. In gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domũ dñi. Eſa. 5. Sonabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus maris, aſpiciemus terram & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius. Ezech. 3. Audiui poſt me vocẽ commotionis magnæ. Et talem terrorem iducit tuba vocans ad iudicium. 1. ad Corinth. 15. In momẽto in ictu oculi, in nouiſſima tuba. ¶Et poſt omnia ſubdit pij patrijs & dñi clementiam, qui ſuos p̃munit vt per pœnitẽtiam reſipiſcãt. Et tria dicit: Primũ, ꝙ mali futuri habet poteſtatem vel inducẽdi vel auertendi. Secundũ, ꝙ per prophe-

C tas facit admonitionẽ. Tertio prophetaꝝ ponit excuſationẽ, quia quod ipſe iniungit, dimittere nõ audent. ⌊Si,⌋ hoc eſt, an ⌊erit,⌋ in futuro. ſ. malum pœnæ, nõ culpæ, ⌊in ciuitate,⌋ hoc eſt, populi cõmunitate, ⌊quod dñs non fecerit,⌋ hoc eſt, induxerit. Eſa. 45. Ego dñs, & nõ eſt alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malũ. Sapiæ. 16. Tu es dñe qui vitę & mortis habes poteſtatem. Eſa. 31. Ipſe aũt ſapiens adduxit malum & verba ſua nõ abſtulit. Eſa. 50 De manu mea factũ eſt hoc vobis, in doloribus dormietis. Et ſubdit de reuelatione, vt per pœnitentiam reſipiſcãt, ⌊quia nõ faciet dñs deus verbum⌋. ſ. de malo inducendo, pœnæ. ſ. temporalis vel æternæ, ⌊niſi reuelauerit prius⌋ ſupple ⌊ſecretum ſuum,⌋ hoc eſt, præordinationis ſuæ abſconditam voluntatẽ, ⌊ad ſeruos ſuos prophetas,⌋ qui. ſ. præmuniant populũ de pœnitentia Iſte ſenſus innuitur in tranſlatione Septuaginta, qui ſic dicunt, Quia nõ faciet dñs aliquid, niſi reuelauerit eruditionem ſuã ad ſeruos prophetas. Ideo Ezech. 3. dicitur: Fili hominis, ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael. Et ſubdit ibi: Si tu annuntiaueris vt non peccet iuſtus, viuens viuet & tu animam tuã liberaſti. Si autem nõ annuntiaueris, ſanguinẽ eius de manu tua requiram. Eſa. 21. Pone ſpeculatorem & quæcunq; viderit, nuntiet. Secretum eñ eſt q̃diu in deo eſt diſpoſitum & tũc haberi nõ poteſt. Eſa. 24. Secretũ meũ mihi, ſecretũ meũ mihi. Ioh. 15. Si non veniſſem & loquutus eis fuiſſem, peccatũ non haberent, nunc aũt excuſationem nõ habent de pctõ ſuo. Et ſubdit de neceſſitate prophetandi, qñ dñs iniungit. Et præmittit ſimilitudinem paſtoribus cõſuetã, ⌊leo rugiet, quis nõ timebit?⌋ Gloſſa, cum dñs reuelet prohetis, quis audeat tacere quod dñs reuelat, ſicut rugitũ leonis nulla animalia audent contemnere. Iohe. 3. & Amos. 1. ca. Dñs de Sion rugiet & de Hieruſalem dabit vocẽ ſuam. Et hoc eſt quod explanãdo ſubdit, ⌊dñs deus loquutus eſt⌋ ad prophetas ſupple, Audiam quid loquaẽ in me dñs deus, ⌊quis nõ prophetabit?⌋ Gloſſa, pauci

Pœna dis, nõ niſi deo volente infligitur.

Prophetãdi munus deo iubẽte non fugiendũ.

viri ſunt qui audeant, dño deo iubente, nō prophetare, Moyſi em̄ excuſationē non recepit, pro- D
pter hoc ꝙ impediti labij fuit, Eſaiam audire noluit, quia polluti labij fuit, Eſa.6. Hieremias non
euaſit, quia puer erat, Hiere.1. Ezechiel propter timorē mortis & duritiam populi euadere nō po
tuit, Ezech.3. Amos paſtor & ruſticus doctrinæ nō aptus, coactus eſt ad prophetandũ, Amos.7
¶⌊Auditũ facite,⌋ Vocat hic ad iudiciũ etiam ignotos & inimicos, vt iudicio humano conuin-
cantur. Deute.32. Inimici noſtri ſunt iudices. Tria autem facit, iudices vocat, ad cōſiderandũ quid
rectum ſit monet, & de quo iudicent proponit. ⌊Auditum facite⌋ ô vos prophetæ, ⌊in ædibus
Azoti,⌋ hoc eſt, in terra Philiſtijm, vel ſecularium, quia Azotus interpretatur ignis vberꝝ, & ſi-
gnificat eos qui igniculo rationis tantum iudicāt, & cognitionem legis diuinæ nō habent, ⌊& in
ædibus terræ Aegypti,⌋ hoc eſt, in ciuitatibus & villis, vbi etiam rudes habitāt, Aegyti autē di-
cit, quia etiam ignorātia dei circundati hoc nō iudicarent, ꝙ talibus eſſet parcendum. Hoc ſignifi
catur Matth.21. vbi mali agricolæ ſentētiam cōtra ſe dederunt, dicētes: Malos male perdet, ⌊&
dicite,⌋ ô prophetæ, ⌊congregamini,⌋ vt. ſ. ſimul cōſilium de iudicio habeatis, ⌊ſup montes Sa
mariæ,⌋ terra em̄ montoſa eſt, qui montes ſuperbiam habitātium ſignificāt. Eſa.5. Nunc ergo ha
bitatores Hieruſalem & viri Iuda iudicate inter me & vineā meam, ⌊& videte⌋ rationis intuitu
. ſ. ⌊inſanias multas in medio eius,⌋ Samariæ. ſ. Gloſſa, pro deo vitulos adorāt, & filios ſuos im-
molant & necant ac ſi ſint inſani. Sapīæ.14. Aut filios ſuos ſacrificantes aut obſcura ſacrificia fa-
cientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes, neqꝫ vitam neqꝫ nuptias mundas iam cuſtodiũt. Vn
de in pſal.39. de viro ſancto dicitur: Non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Eſa.37. Ego co-
gnoui inſaniam tuā contra me cũ fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas. Oſee
9. Laqueus ruinæ factus eſt ſup omnes vias eius, inſania in domo dei eius, ⌊& calumnam patien
tes,⌋ Septuaginta ſic habēt, videte mirabilia multa in medio & oppreſſionē in ea. Quod aũt di- E
cit, ⌊in penetrabilibus eius,⌋ ſignificare videtur, ꝙ in abſcondito ſimplices interfecerunt & op-
preſſerunt. Pſal.9. Inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur vt rapiat paupe-
rem, rapere pauperē dum attrahit eum. In occultis em̄ machinabantur cōtra innocentes. Pſal.36
Vt decipiant pauperē & inopem, vt trucident rectos corde, ⌊& neſcierũt,⌋ hoc eſt, ſcire nolue-
runt, ⌊facere rectũ, dicit dñs.⌋ Pſal.35. Noluit intelligere vt bene ageret. Hiere.4. Sapiētes ſunt
vt faciant mala, bene aũt facere neſcierunt, ⌊theſaurizantes iniquitatem,⌋ hoc eſt, peccatũ pecca
to ſicut theſaurũ cumulantes. Roma.2. Theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudi-
cij. Prouer.10. Nil proderũt theſauri impietatis, iuſtitia vero liberabit à morte, ⌊& rapinam⌋ de
bonis pauperꝝ. ſ. ⌊in ædibus ſuis⌋ Prouer.1. Implebimus domos noſtras ſpolijs. Sicut em̄ leo ad
antrum portat prædā, ita iſti ad ædes ſuas pauperꝝ bona. Exod.15. Dixit inimicus, perſequar &
cōprehendam, diuidā ſpolia, implebit anima mea. ¶⌊Propterea hæc dicit dñs deus,⌋ poſitis ra
tionibus, quare de officio ſuo viſitandi ſunt, ponit hic cōminationem pœnæ infligendæ per viſita
tionem. Et hāc in primo paragrapho cōminatur. In ſecundo aũt p̄dicari p̄cipit, vt per pœniten
tiam caueatur, ibi, Audite & cōteſtamini. In prima duo dicit. ſ. pœnæ inuolutionē, & paucorum
bonoꝝ liberationem. ⌊Propterea,⌋ quia. ſ. viſitare debeo, ⌊hæc dicit dñs deus,⌋ qui ſummus vi
ſitator eſt. Eſaiæ.13. Viſitabo ſuper orbis malum. Exod.20. Viſitans peccata patrũ in filios, in ter
tiam & quartam generationē, ⌊tribulabitur⌋ peccator. ſ. Sopho.1. Tribulabit ibi fortis. Pſal.88.
Viſitabo in virga iniquitates eoꝝ. Apoca.3. Qui fornicantur cũ ea, Iezabel. ſ. quæ fluxus ſterqui F
linij interpretatur, in tribulatione maxima erũt, ⌊& circuietur terra,⌋ vt nullus. ſ. tribulationem
euadat. Eſa.28. Flagellum inundās cum tranſierit, eritis ei in conculcationem, ⌊& detrahet for-
titudo tua ex te,⌋ Fortitudo dicitur in quo ſicut in fortificatione confidebat, ſicut ſubſtātiæ diui-
tiarum, munitiones locorum, multitudo militum & adiutorum copia. Eſa.1. Erit fortitudo ve-
ſtra vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrunqꝫ ſimul, & nō erit qui
extinguat. Non em̄ eſt fortituoo contra dominum. Amos.2. Fortis non obtinebit virtutē ſuam
⌊& diripientur ædes tuæ,⌋ per methonomiam intelliguntur etiam in ædibus congregata & poſ-
ſeſſiones ad ædes pertinentes. Ecci.10. Cum moritur homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias &
vermes, vt. ſ. beſtiæ, hoc eſt dæmones diripiant animam, ſerpentes aſtuti & doloſi amici diripiāt
poſſeſſiones, vermes autem corpus. Hiere.50. Debellate eam, nō parcatis iaculis, quia dño pecca
uit. Pſal.75. Dormierunt ſomnũ ſuum, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.
Et ſubdit de liberatione paucorum, ⌊hæc dicit dominus,⌋ faciens omne quod dicit. Pſalm̄.148
Dixit & facta ſunt. Matth.7. Loquebatur ſicut poteſtatem habēs. ⌊Quomodo ſi eruat paſtor⌋
dirigens & cuſtodiens gregem. 1. Regum.17. Paſcebat ſeruus tuus gregem patris ſui, & veniebat
leo vel vrſus & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamqꝫ
de ore eorum, ⌊de ore leonis,⌋ leo vel rex Babylonis eſt vel diabolus, os tyrāni violentia eſt, os
diaboli peccatum. Pſal.21. De ore leonis libera me domine, ⌊duo crura,⌋ vel maſticata vel mor
tificata. ſ. per ſpolium, famem, obſidionem, & captiuitatem, quæ duo crura ſignificant proficien
tes in veritate & virtute, ⌊aut extremum auriculæ⌋ comeſto. ſ. iam capite, & extremum auricu-
læ ſignificat extremos pauperes, verbum dei cum deuotione audientes, ⌊ſic eruentur filij Iſrael⌋
ſupple

Idololatria ſpecies eſt inſaniæ.

Vltioni diuinæ nulla obſiſtere p̄t fortitudo

A ſupple cæteris conſumptis gradientes in veritate & virtute & obedientia ſermonis dei liberabun
tur. Hoc ſignificatum eſt Exodi.12. vbi percuſſis Aegyptijs, Hebræi liberati ſunt. Ezech.9. Super
quem videritis thau, ne interficiatis. Iob.29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferē
bam prædam. Iob.20. Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre eius extrahet eas deus. Diui
tiæ ſanctoꝝ, merita ſunt ſanctitatis, ⌊qui⌋.ſ. filij Iſrael ⌊habitant in Samaria,⌋ terra.ſ. decem tri-
buum, ⌊in plaga lectuli,⌋ vnum ſubſtantiuorum reſoluendum eſt in adiectiuum, hoc eſt, in le-
ctulo plagato, ſicut ibi, Arma virumq́ꝫ cano, hoc eſt, armatũ virum, ⌊& in Damaſci grabato,⌋
intranſitiue debet conſtrui.i. in grabato quod eſt Damaſcus, ſicut Gene.19. de vxore Loth dici-
tur, ꝙ verſa ſit in ſtatuam ſalis. Et dicitur plaga lectuli Syria, in cuius adiutorio quieſcebãt decem
tribus, eo ꝙ (ſicut dicitur.4. Regum.15.&.16) regem Syriæ conduxerunt in adiutorem, & modi
cum quietis in confidentia illius habebant, ſicut plagatus paruam quietem habet in lectulo, dere-
licto em̃ auxilio diuino, modicum auxilium eſt quod poteſt ferre homo. Eſaiæ.30. Omnes con- Deo irato, inane ẽ omne auxiliũ.
fuſi ſunt ſuper populo, qui eis prodeſſe non poterat. Nec em̃ fuit in auxilium nec in aliquam vti-
litatem, ſed in confuſionem & in opprobrium, propter quod dicitur baculus arundineus. Eſa.36
cui cum aliquis innititur, confringitur & perforabit manum eius. Iob.7. Si dixero, conſolabitur
me lectulus meus & reuelabor, terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties. Et hoc
exponens, ſubdit, &, id eſt, in Damaſci grabato. Grabatum eſt lectulus, in quo preter caput ni-
B hil quieſcit, & talis quies fuit Damaſcus, metropolis Syriæ filijs Iſrael, ſolum em̃ caput eorum men
tis falſa ſpe quieſcebat in eis & veritatem quietis & ſecuritatem non habebãt. Eſa.17. Ecce Da-
maſcus deſinet eſſe ciuitas & erit ſicut aceruus lapidum in ruinam. De quiete autem qua ſic quieſ-
cebant in eis, dicitur Eſaiæ.7. Requieuit Syria ſuper Ephraim, quia per Ephraim decem tribus in
telliguntur. Hoc autem quod dictum eſt, facile adaptare eſt, per eaſdem authoritates ad quieſcen
tes in mundi delitijs tanquam in lectulo plagato multis curis, & in peccati delectamentis tanquã
in Damaſci grabato. Damaſcus em̃ potus ſanguinis interpretatur, potus autẽ ſanguinis delecta-
mentum peccati ſignificat. Oſee.4. Sanguis ſanguinem tetigit. Pſal.50. Libera me de ſanguini-
bus deus deus meus. ¶ ⌊Audite.⌋ Præcipit hic ꝑdicari comminationem, vt per pœnitẽtiam ca
ueatur vindicta diuina. O prophetæ ⌊audite,⌋ vt ex ore meo proponatis, ⌊& conteſtamini,⌋
opere.ſ. quod ore dicitis. Pſal.92. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Iob.10. Inſtauras te-
ſtes tuos contra me, ⌊in domo Iacob,⌋ hoc eſt, in familia decem tribuũ, vel in cõmunitate popu
lorum peccatorum, vt.ſ. vel pœniteant vel incuſabiles ſint ſi nõ pœniteant. Roma.2. Propter q̃d
inexcuſabilis es ò homo, ⌊dicit dominus deus exercituum,⌋ ab illo em̃ inchoandũ eſt. Ezech.3.
Audies verba ex ore meo & loqueris ad eos, hæc dicit dominus, ſi forte audiant & quieſcãt, ⌊qa
in die,⌋ claritate.ſ. iuſtitiæ luceſcente. Eſaiæ.18. Conſiderabo in loco meo, ſicut lux meridiana
clara eſt, ⌊cum viſitare cœpero,⌋ Eſaiæ.27. Viſitabit dñs in gladio ſuo duro, grandi & forti, ⌊ꝑ
uaricatores Iſrael,⌋ quia.ſ. legem naturalem & legẽ ſcriptam præuaricati ſunt. Eſaiæ.24. Tranſ-
greſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternũ, ⌊ſuper eum,⌋ oppreſſionẽ no
tat & conculcationem. Pſal.55. Conculcauerũt me inimici mei tota die, ⌊viſitabo,⌋ Septuagin-
ta, vlciſcar. Pſal.93. Deus vltionum dominus, ⌊&⌋.i. etiam ⌊ſuper altaria Bethel,⌋ vt ſit verum
quod dicitur Ecci.27. Conteretur cũ delinquente delictum. Sapiæ.14. Odio ſunt deo impius &
C impietas eius. Attẽde ꝙ pluraliter dicit, altaria, quia quilibet peccator adorat quod vult, & in vnũ
non tendunt, altare autem dei vnũ ſolum eſt, quia licet in multis locis ſit, tamen tendit in vnum, Altare dei vnum eſt.
Heb.13. Habemus altare de quo edere nõ habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Bethel
autem dicit, quia in Bethel vitulus adorabatur, vbi (ſicut dicit Hieronymus) dum offerret Hiero-
boam, venit propheta de Iuda, qui diceret, Altare altare, audi verbũ domini, & tunc ſciſſum eſt al
tare in duas partes & manus offerẽtis regis exaruit.3. Regum.13. Altaria aũt iſta ſignificant alta-
ria Veneris, ventris & auaritiæ, in Bethel, hoc eſt, in eccleſia ædificata. Quod figuratũ eſt Ezech.8
vbi dicit: Vidi abominationes peſſimas quas iſti fecerũt hic, hoc eſt in templo. Hiere.11. Quid eſt
ꝙ dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa, ⌊&⌋ ſupple ideo ⌊amputabuntur cornua alta
ris,⌋ quæ poteſtatem miniſtroꝝ altaris ſignificant. Pſal.74. Omnia cornua peccatoꝝ confrin-
gam, hoc em̃ iuſtum eſt, Exo.21. præcipitur, vt bos cornupeta recludatur. Bos em̃ cornupeta eſt
prælatus laſciuus impingens in innocẽtes cornu poteſtatis, ⌊& cadẽt in terram,⌋ vt.ſ. ab alijs cõ Prælatus cornupeta eſt coercendus.
culcentur, Ezech.28. In terram proieci te, ante faciem regum dedi te, vt cernerent te, & ſupple
emendentur in caſu tuo, ⌊& percutiam domũ hyemalem,⌋ ita delicati erant, vt dicit Hierony-
mus, ꝙ duas domos habebant, hyemalem, verſam ad auſtrũ propter temperamẽtum frigoris, &
æſtiuam, propter temperamẽtum caloris verſam ad aquilonem. Et hoc eſt quod additur, ⌊cum
domo æſtiua,⌋ hyemalis, ſignificat ædes auarorum in quibus refriguit charitas. Hiere.36. Rex ve
ro ſedebat in domo hyemali in menſe nono & erat coram eo areola plena prunis. Neceſſe quippe
erat, vt ſe ad carbones temporalis cõſolationis calefaceret, in quo refriguerat igniculus charitatis,
Matth.24. Quia abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Aeſtiua vero domus ſigni-
ficat in concupiſcentia carnali quieſcentes. Vnde Iudicum.3. Eglon, qui vitulus mœroris vel iu-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uencæ interpretatur, interfectus eſt ab Aioth in æſtiuo cœnaculo, Aioth em̃ interpretatur deuo D
rans glorioſum, ⌊& peribunt domus eburneæ.⌋ 3. Reg. 7. legitur Salomon ædificaſſe filiæ Pha-
raonis domum de lapidibus pretioſis, & ibidem cap. 10. & 2. Paralip. 9. ꝙ ædificauerit thronum
eburneum. Significant autem iſtæ domus habitationes clericorum & religioſorum qui in voto
caſtitatis exiſtentes, quod ebur ſignificat, contra votum laſciuiunt. Amos. 6. Dormitis in lectis
eburneis & laſciuitis in ſtratis veſtris, ⌊& diſſipabuntur ædes multæ,⌋ hoc eſt, multitudinis. Eſa.
25. Poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum vt non ſit ciui-
tas & in ſempiternum non ædificetur. Iſtæ ædes multæ ſignificant clericos in multis eccleſijs be
neficiatos, & diuites in multis locis ædificantes, vt nunc hic nunc ibi gratia delectationis habitẽt.
Hiere. 22. Væ qui dicit, ædificabo mihi domum latam, cœnacula ſpatioſa, qui aperit ſibi feneſtras
& facit laquearia cedrina, pingitq; ſynopide. Abacuc. 2. Væ qui congregat auaritiam malam do
mui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, ⌊dicit dominus,⌋ confirmatio eſt prædictorum.

Clericorũ damnanda laſciuia.

¶In capitulum quartum enarratio.

AVdite verbum hoc vaccæ pingues.⌋ Oſtenſa ratione viſitationis, aggreditur viſi
tationis modum & habet partes duas, in quaꝝ prima dicit, ꝙ viſitabitur culpa per
pœnam, In ſecũda deſcribit ꝑ ſimilitudines qualiter inducetur pœna, infra. 7. ibi,
Hæc oſtendit mihi dominus deus. Prima pars diuiditur in tres. In quarum prima
exaggerat peccatum in deum in comparatione ad pœnam. In ſecunda quantita
tem mali deſcribit per planctum, infra. 5. ibi, Audite verbum iſtud. In tertia pecca
ta deſcribit carnalia & peccata in proximum, ibi, Vnde ego dedi vobis ſtuporem. Prima adhuc E
in duas, in quarum prima expreſſe deſcribit peccatum. In ſecunda autem ſub ironia, ibi, Venite ad
Bethel. Adhuc prima in duas. In quarum prima exaggerat peccatum. In ſecũda confirmat pœ-
nam, ibi, Iurauit dominus. In prima innuit peccata. ſ. laſciuiæ, calumniæ, tyrannidis, oppreſſio-
nis ſiue rapinæ & ebrietatis ſiue ingluuiei. ⌊Audite verbũ hoc,⌋ excitatio ẽ ad auditũ. Pſal. 140
Audient verba mea, quoniam potuerunt, ⌊vaccæ pingues,⌋ vaccæ propter laſciuiam, pingues
propter ingluuiem. Oſee. 10. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, hoc eſt, laſciuias,
inutiles, quia Bethauen domus inutilis interpretatur. Hieronymus deriſorie vaccas pingues vo-
cat, quia reſidentes domi, gulæ & ventri ſeruiebant. Roma. 16. Huiuſmodi Chriſto domino non
ſeruiunt, ſed ſuo ventri & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.
Pſal. 77. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira dei aſcendit ſuper eos & occidit pingues
eorum, ⌊quæ eſtis in monte Samariæ,⌋ hoc eſt, in Samaria, quæ eſt terra montoſa, & notatur in
hoc ſuperbia, eſſe em̃ in monte, eſt habitare in ſublimitate. Zacha. 4. Quis tu mons magne co-
rãm Zorobabel in planum? Eleuatio em̃ mentis in planum redigenda eſt. Et ſubdit de peccato
calumniæ, ⌊quæ calumniam facitis egenis,⌋ imponendo. ſ. falſa crimina vt condemnent. Oſee.
5. Calumniam patiens eſt Ephraim fractus iudicio, quoniam cœpit abire poſt ſordes. Gene. 43.
Introducti ſumus vt deuoluat in nos calumniam, & violenter ſubijciat ſeruituti. Et nota ꝙ ca-
lumnia in ſe peccatum eſt, egenis autem facere columniam, grauiſſimum eſt peccatum. Eccles. 4
Vidi calumnias quæ ſub cœlo geruntur & lachrymas innocentium & neminem conſolatorem.
Prouerb. 28. Hominem qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi vſq; ad lacum fugerit nemo ſuſti-
net. Et ſubdit de peccato tyrannidis, ⌊& confringitis pauperes⌋ ſuſtentamenta. ſ. virium eorum
auferendo, & ad labores corporales compellendo. Eſaiæ. 3. Quare atteritis populum meum, & F
facies pauperum commolitis. Hoc peccato peccant prælati eccleſiæ, omnia iudicia ſua conuer-
tentes ad lucrum. Et ſubdit de peccato oppreſſionis & rapinæ, ⌊quæ dicitis dominis veſtris, af-
ferte,⌋ Officiati em̃ & miniſtri ſub maioribus conſtituti, ſuperioribus dicebant ꝙ afferrent, vt ſic
ad quæq; illicita miniſtrarent. Prouerb. 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes, affer, affer, vna. ſ.
in dominis per malos miniſtros populum prædantibus, alia in miniſtris ſtipendia pro tali obſe-
quio à dominis accipientibus, Vtriſq; autem dicitur Eſaiæ. 3. Rapina pauperis in domo veſtra.
Et ibidem, Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt, ⌊& bibemus,⌋ innuit ebrietatem & in-
gluuiem, quod. ſ. ſpoliata à pauperibus, in ebrietates expenderunt. Eſaiæ. 5. Væ qui conſurgitis
mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſq; ad veſperam vt vino æſtuetis. Prouerb. 23.
Cui væ, cuius patri væ, cui ſuffoſſio oculorum, cui ſine cauſa vulnera, nonne his qui morantur in
vino & ſtudent calicibus epotandis? Et ſubdit de pœnæ confirmatione. ⌊Iurauit dominus deꝰ⌋
hoc eſt, per veritatis ſententiam confirmauit, ⌊in ſancto ſuo⌋. i. in fortitudine ſua. Quidam ta-
men dicunt, in templo, & quidam, in ſancto, pro ſanctis, ſed dominus iurans in templo vel in ſan
ctis, iurat in ſeipſo. Hebr. 6. Quia non habuit per quem iuraret maiorẽ, iurauit per ſemetipſum.
Pſal. 88. Semel iuraui in ſancto meo, ⌊quia ecce dies venient,⌋ per aduerbium demonſtrandi no
tatur euidentia culpæ in pœna. Tobiæ vlt. Scio quia finem dabit ei iniquitas ſua. Per hoc autem
ꝙ dicit dominus, venient, notatur temporis propinquitas. Eſaiæ. 14. Prope eſt vt veniat tem-
pus eius, ⌊ſuper vos,⌋ per hoc notat ꝙ pœna erit opprimens. Iob. 30. Nunc in memetipſo mar
ceſcit anima mea & poſſident me dies afflictionis, ⌊& leuabunt vos in contis,⌋ ſeruat metapho-
ram

Calumniã ſtruere egenis, peccatum eſt grauiſſimum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ram vaccarum,quæ poſtquam interfectæ ſunt & excoriatæ,vecte leuantur , infixo per neruos
poſteriorum crurum,& ſic ſuſpenſæ vaccæ deportantur conto. Vel contus eſt proprie inſtru-
mentum piſcatorum quo anguillæ & cæteri piſces de limoſis & lapidoſis antris expelluntur in re
tia,& ita vult dicere,ꝙ iſti excoriati per expoliationem ligati per captiuitatem deportabuntur
in exilium. Simile Eſaiæ.22. Ecce dominus aſportari te faciet ſicut aſportatur gallus gallinacius,
gallus enim gallinacius ſimiliter ligatis pedibus vecte portatur,⌊& reliquias veſtras in ollis feruẽ
tibus,⌋reliquias vocat interiora vitalia,epar.ſ.& inteſtina,ollæ autem feruentes ſunt obſeſſæ ciui
tates & munitiones,in quibus efferbuerunt vitalia eorum antequam caperentur. Et hæc ſimilitu
do deſcribitur Ezech.24. Væ ciuitati ſanguinum,ollæ cuius ego grandem faciã pirã,congere oſ
ſa quæ igne ſuccendam,conſumentur carnes & coquatur vniuerſa compoſitio,hoc eſt, inteſtina
& vitalia. Hiere.1. Ollam ſuccenſam ego video,& facies eius à facie aquilonis,⌊& per aperturas
exibitis,⌋aperturas vocat fracturas parietum,quia per oſtia,hoſte obſidente,exire nõ audebãt,
Ezech.12. In caligine egredientur ,parietem effodient vt educant eum. Hiere.39. Dirupta eſt ci-
uitas,& omnes viri bellatores fugerunt,exieruntq; de ciuitate nocte per viam portæ quæ eſt in-
ter duos muros & ducit ad hortum regis, Chaldæis obſidentibus vrbem in gyro, ⌊altera⌋.ſ.vac
ca ⌊contra alteram⌋.ſ.vaccam. Et in hoc notat,ꝙ ita arctati erant ab hoſtibus,ꝙ vnus alterum
comprimebat in exiendo. Eſaiæ.22. Simul fugerunt dureq; ligati ſunt,⌊& proijciemini in Ar-
mon.⌋Armon montes ſunt Armeniæ protenſi ad fines Mœdorum & Perſarum,quia illic de- Armõ mõ-
cem tribus captiuatæ,ſicut res viles proiectæ ſunt. Threñ.vlt. Proijciens expuliſti nos, iratus es tes ſunt Ar
contra nos vehementer. Hæc melius exponuntur de damnatis in iudicio,quos dæmones in con meniæ,
B tis leuabunt,hoc eſt,rigiditate & inflexibilitate ſententiæ diuinæ,& reliquias conſcientiarum.ſ.
in ollis feruentibus ſuccendent,hoc eſt,receptaculis inferni,in quæ ſecundũ exigentiam merito-
rũ proijcient. Ezech.24. Pone ollã ſuper prunas vacuã vt incaleſcat & liqueſiat æs eius,& cõflet
in medio eius inquinamentũ eius & cõſumat rubigo eius. Et ꝙd dicit,ꝑ aperturas exibitis,inten
dit ꝙ anima per aperturã inferni & corpus ꝑ aperturã ſepulchri egredientur,& ſic altera pars ve
nit ad alterã,anima.ſ.ad corpus vt ſimul puniantur. Ezech.37. Ecce ego aperiam tumulos ve-
ſtros,& educã vos de ſepulchris veſtris. Et quod addit,proijciemini in Armon,intendit de pro-
iectione in infernũ. Armon eñ exemplũ triſtitiæ vel anathema mœroris interpretatur. Matt.22
Ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores,ibi erit fletus & ſtridor dentiũ.
Eſaiæ.24. Congregabuntur congregatione vnius faſcis in lacum,& claudentur ibi in carcere,
⌊dicit dominus,⌋cõfirmatio præteritorum eſt. ¶⌊Venite ad Bethel,⌋Per ironiam exaggerat pec
catum hoc in deum,hoc autem facit quinq; modis,ſicut patebit per ordinem in litera. Primo ita-
q; tangit impietatem in adoratione idoli. ⌊Venite ad Bethel,⌋ad aureum ſcilicet vitulum,⌊&
impie agite,⌋Adoratio enim idoli impietas eſt in deum. Iob triceſimoprimo: Quæ eſt iniquitas
maxima & negatio contra deum altiſſimum,⌊ad Galgalam,⌋ſupple etiam venite,⌊& multipli
cate præuaricationem,⌋id eſt,ex hoc multiplicabitis,in diuerſis enim locis idola coletis, quod
eſt multiplicare præuaricationem. Galgala enim locus erat,in quo facta eſt ſecunda circunciſio,
Oſee nono: Omnes nequitiæ eorum in Galgala, locus enim famoſus erat & confluxit illuc po-
pulus,propter quod ibi idola ponebant,⌊& offerte mane victimas veſtras,⌋ & intendit mane
craſtinæ diei. Et tangit quędã ſacrificia,vt ſunt hoſtiæ pacificæ,de qbus p̄ ceptũ eſt,ꝙ vſq; mane
C nõ remaneant,ꝙd pręceptum violabant,victimas.ſ.& hoſtias vſq; in mane reſeruãtes. Leuiti-
ci.7. Cuius carnes,ſcilicet hoſtiæ pacificæ,eadem die comedentur,nec remanebit in eis quicquã
vſque mane,⌊tribus diebus decimas veſtras,⌋ ſupple offerte. Et tangit quædam ſacrificia quæ Victima pa
in tertium diem differri non debebant, ſicut voto vel ſponte oblata. Leuitici.7. Quicquid ter- cificorũ in
tius inuenerit dies,ignis abſumet,ſi quis de carnibus victimæ pacificorum in die tertio comede diẽ tertiũ
rit,irrita fiet eius oblatio,nec proderit offerenti,quin potius quæcunq; anima tali ſe edulio conta reſeruari
minauerit,præuaricationis rea erit. Has oblationes decimas vocat,quia cum decimis offereban- nõ debuit
tur tribus vicibus per annum,hoc præceptum iſti non curantes in diem tertium oblata ſeruaue-
runt,⌊& ſacrificate de fermẽtato laudem.⌋Septuaginta,euchariſtiam, Euchariſtia enim gratia-
rum actio eſt. Vnde ſenſus eſt, Sacrificate de fermentato laudem, hoc eſt, laudabilem oblatio-
nem, Et eſt ironia. Leuitici.2. Omnis oblatio quæ offertur domino,abſq; fermẽto fiet,nec quic Fermẽtũ in
quam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini. Contra hoc tamen videtur eſſe quod di ſacrificio nõ
citur Leuitici.7. Panes quoq; fermentatos offeres cum hoſtia gratiarum quæ immolatur pro pa admiſcẽdũ
cificis. Sed dicendum,quod fermentati panes quidam offerebantur ſacerdoti,ſed ſuper altare nõ
ponebantur. Quod autem ironice loquutus ſit,innuit ſubdens,⌊& vocate⌋ hoc ſupple,⌊volun
tarias oblationes,⌋quæ ſic.ſ.contra legem oblatæ ſunt,de quibus dicitur Malachię.1. Non eſt
mihi voluntas in vobis & munus nõ ſuſcipiam de manu veſtra,⌊& annuntiate⌋ alijs ſcilicet pec
cata,vt complices habeatis. Eſaię.3. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prędicauerunt,nec abſconde
runt.⌊Sic enim voluiſtis,⌋ ac ſi dicat , non ex me dixi quæ dicta ſunt, ſed ex voluntate veſtra,
quia ſic voluiſtis,ò ⌊filij Iſrael dicit dominus deus,⌋ hoc ſpiritualiter exponit de clericis & reli-

gioſis, qui veniunt ad Bethel, hoc eſt, ad domum dei. Gene. 28. Nõ eſt hic aliud niſi domus dei & D
porta cœli, & impie agunt ibi. Hiere. 11. Quid eſt ꝙ dilectus meus in domo mea operatur ſcelera
multa? Hi veniunt ad Galgalã, hoc eſt, reuelationẽ (quod Galgala interpretatur) hoc eſt, ad ſci-
entiam literarum & multiplicant præuaricationem, quia quo plus intelligunt, eo peius agunt. Hie
remiæ. 4. Sapientes ſunt vt faciant malum, bene autem facere neſcierũt, Hi mane offerunt victi-
mas, quia in craſtinum, hoc eſt, in futurum oblata ſanctis, ſibi theſaurizant, & ſic ab eccleſijs re-
cedunt. Prouer. 7. Non eſt vir in domo ſua, abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit, Hi
tribus diebus offerunt decimas, hoc eſt, oblata colligunt, de tribus em̃ decimę offeruntur, agris. ſ.
vineis & animalibus, de decimis em̃ colligendis maxima cura eſt eis, de animabus vero nihil, ta-
les vocantur mercenarij. Iohan. 10. Mercenarius fugit, quia mercenarius ẽ, & non pertinet ad eũ
O peruerſitatem. de ouibus, quamuis ſupple pertineat ad eum de vtilitate ouiũ. Ezech. 34. Lac comedebatis & la-
na operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Hi ſa
crificant de fermẽtato laudem, quia pſalmodiam ore reſonãt, & vitæ corruptionem immiſcent,
1. ad Corinth. 5. Expurgate vetus fermẽtum, vt ſitis noua conſperſio. Luc. 12. Attendite à fermẽ
to phariſæorum & fermẽto Herodis. Exodi. 13. Non erit fermẽtatum in domibus veſtris. Hi alijs
nuntiant peccata ſua per malũ exemplum. Malach. 2. Vos receſſiſtis de via & ſcandalizaſtis plu-
rimos in lege. Hi obſequia diuina quæ faciunt, voluntarias vocant oblationes, cũ tamen ſpe mer
cedis temporalis conducti ſint. Malach. 1. Quis eſt in vobis qui claudat oſtia mea gratuito?

¶ Vnde & ego. Tãgit peccati incorrigibilitatẽ, & dicit duo, pœnas per quas nõ correcti ſunt,
& ſi nõ corrigãtur, parent ſe ad ſimiles vel maiores, ibi, Poſtquã autẽ hæc fecero tibi. Prima ha-
bet quinqꝫ pœnas hic inductas, q̃ patent in litera, prima eſt fames, ſecũda ſiccitas, tertia ventus
vrẽs, quarta gladius interficiẽs, quinta ſubuerſio. Quælibet iſtaꝝ diuidiť in duas, Dicit em̃ ictũ E
pœnæ ferientis & duriciã pp̄li nõ reuertẽtis. Vnde & ego volẽs. ſ. vos auertere à via iniqtatis
dedi vobis ſtuporẽ dentiũ, ſenſus eſt, afflixi vos vt ſtuperẽt dentes, q̊d ex nimia ſiccitate famis
conſueuit accidere, ſubtracto em̃ nutrimẽto, dentes areſcũt, quia de humido nutrimẽtali creſcunt
& cõfirmantur de radicali. Et tunc quod ſubditur, in cunctis vrbibus veſtris, generalitatẽ fa-
mis ſignificat, & q̊d ſequitur expoſitiuũ eſt p̄cedentis & indigentiã panis in oĩbus locis veſtris
hęc fames facta eſt. 3. Re. 17. ſub Helia, & . 4. Re. 6. ſub Heliſæo, quã deplorat Hieremias Thren.
vlt. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatũ famis. Moraliter aũt, dẽtes q̄bus ma
ſticatur cibus ſcripturæ, intellectus ſunt & affectus, memoria, meditatio & ratiõis collatio, & hu-
iuſmodi, de q̄bus diciť Thren. 3. Confregit ad numeꝝ dentes meos. Hi ſtupeſcũt per pc̃m quan
do dulcedinẽ cibi maſticati nõ ſentiunt, eo ꝙ acerba in cõſolationibus mũdanis maſticauerunt,
Ezech. 18. Patres comederũt vuã acerbã & dentes filioꝝ obſtupeſcũt. In cũctis vrbibus eſt defe
ctus iſte, q̄a magis ſtupeſcũt dentes eoꝝ qui ſunt in p̄ſidijs eccleſiæ. Hier. 5. Optimates ſimul ma
gis cõfregerunt iugũ, ruperunt vincula. 1. Eſdræ. 9. Manus principũ & magiſtratuũ fuit in tranſ-
greſſione hac prima. Hi patiunť indigentiã panis, verbi. ſ. euchariſtiæ & grãæ. Pſal. 104. Vocauit
famẽ ſup terrã & omne firmamẽtũ panis cõtriuit. Eſa. 3. In domo mea nõ eſt panis neqꝫ veſtimẽ
tũ, & nõ eſtis reuerſi ad me, dicit dñs. Eſa. 9. Populus nõ eſt reuerſus ad percutientẽ ſe. Et ſub
dit pœnã ſecũdã. Ego quoqꝫ ꝓhibui à vobis imbrẽ ſerotinũ. ſ. cũ adhuc tres mẽſes eſſent vſ
qꝫ ad meſſem, q̊d dicit Hierony. à fine Aprilis eſſe vſqꝫ ad principiũ Auguſti, q̄n meſſis eſt. Pro F
pter q̊d etiã dñs ante paſſionẽ loquẽs diſcipulis ait, Ioh. 4. Nõne vos dicitis ꝙ adhuc quatuor mẽ
ſes ſunt & meſſis venit, hoc em̃ cũ ante paſcha dixerit, in Martio dixit, & ideo trib⁹ hic dictis vnũ
appoſuit, Imber aũt ille ad maturitatẽ fructuũ eſt ex q̊ grana formanť, vt quãtitatẽ debitã accipi-
ant, & digeranť ad maturitatẽ. Hiere. 3. Prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiaꝝ & ſerotinus imber nõ fuit.
Et qualiter hoc malũ per partes induxerit, ſubdit, & plui ſuper vnã ciuitatẽ, & illa ſupple fru-
ctus habuit. Pſal. 64. In ſtillicidijs eius lætabiť germinãs, & ſup ciuitatẽ alterã nõ plui, vt. ſ. ex-
emplo illius corrigereť altera. Sap. 12. Hos q exerrant partibus corripis, & de q̄bus peccãt admo
nes & alloqueris, vt relicta malitia credãt in te dñe, pars vna cõpluta eſt ciuitatis. ſ. vel terræ,
& pars altera ſup quã nõ plui, aruit, hoc ad literã intelligiť, & factũ eſt. 3. Regũ. 18. ſub Helia, q̄n
nõ pluit annos tres & mẽſes ſex. Cuius ſiccitatis ſignũ ponit vlterius, & venerũt duæ & tres ci-
uitates hoc ẽ, plures & pauciores nõ cõplutæ. ſ. ad vnã ciuitatẽ cõplutã. ſ. vt biberẽt aquã
hoc eſt, vt ſitim ſaltẽ refocillarent. Et hoc eſt q̊d ſequiť, & nõ ſunt ſaciatæ. Hiere. 14. Maiores
minores ſuos ad aquam miſerunt, venerunt ad hauriendũ, non inuenerunt aquam, reportauerunt
vaſa ſua vacua. Et ſubdit de incorrigibilitate, & non rediſtis ad me, dicit dñs, per pœnitentiã
. ſ. Eſa. 45. Cõuertimini ad me & ſalui eritis. Iſta ſiccitas ablationẽ doctrinæ ſignificat. Eſa. 5. Mã
dabo nubibus ne pluant ſuper eos imbrem. Tres menſes vſqꝫ ad meſſem, defectum ſignificant tri
um illuminationũ. ſ. fidei, ſpei & charitatis. Oſee. 5. Nunc deuorabit eos mẽſis cum partibus ſuis.
Quod ſubdit, diſtinctionẽ ſignificat, ſup ciuitatẽ em̃ ſanctoꝝ pluit & doctrinã & gratiã. Et iſte
eſt ros in cõcha, vellere & area Gedeonis, Iud. 6. Concha ſignificat virgĩs vteꝝ, vellus hominem
aſſumptum, area totius eccleſiæ infuſionem. Et quod additur, ꝙ pars vna compluta eſt & alia a-
ruit,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ruit, diſtinctionem ſignificat inter homines, ex quibus vnus pluuiã recipit, alter vero nõ. Heb. 6. Terra ſuper ſe venientem ſæpe bibens imbrem & germinans herbam oportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo, proferens autem ſpinas ac tribulos reproba eſt & maledictioni proxima, cuius cõſummatio eſt in combuſtionẽ ignis. Et quod additur, quod tres & duo miſerunt ad vnam, deſideriũ populi ſitientis doctrinam ſignificat, quamuis nõ inueniat. Iohã. 4. Domine, da mihi aquam hanc. Et ibidem: Si ſcires donum dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi aquam, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Id autem quod de incorrigibilitate ſubditur, commune eſt vtriq; expoſitioni. Iob. 24. Hæc omnia operatur deus tribus vicibus per ſingulos, vt reuocet animas eorum à corruptione & illuminet in luce viuentium. Et ſeqtur tertia pœna. ⌊Percuſſi vos in vento vrente⌋ qui ab auſtro. ſ. venit & calore reſoluit corpora, & humore laxat, & quia turbulentus eſt, venenoſas materias per poros corporibus ingerit, propter quod pernecabilis eſt, vt dicunt medici. Et hoc eſt quod dicit, percuſſi vos, hoc eſt, occidi, ⌊& in aurugine⌋ hoc eſt, aure rubigine, ſupple percuſſi, ⌊multitudinem hortorum veſtrorum⌋ vt. ſ. quod reſiduum fuit ſiccitati, conſumeretur aurugine, hortus aũt ab oriendo dicitur, & ſignificat om̃ia quę in terra oriuntur. Et propter hoc ſequitur, ⌊& vinearum veſtrarum,⌋ ſupple percuſſi multitudinem, vt. ſ. de terræ naſcentibus nihil remaneret ad eſculentum, vel ad poculentum pertinens. Et ſubdit de pertinentibus ad condimentũ, ⌊oliueta veſtra⌋. ſ. oleum perunctionis portantia, ⌊& ficeta veſtra⌋ dulcedinis fructum portantia, ⌊comedit eruca⌋ hoc. ſ. quod ſuperfuit ariditati & aurugini. Hæc plaga ſpiritualiter ſignificat ſuperbiam, quæ (ſicut dicit Auguſtinus) etiam bonis B operibus inſidiatur vt pereant, & ſemper quaſi vẽto inflata tumeſcit. Iob viceſimoſeptimo: Tollet eum ventus vrens & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo. Iob primo: Ventus vehemens irruit à regione deſerti, hoc eſt, à diabolo, & concuſſit quatuor angulos domus, quę corrues oppreſſit liberos tuos. Aurugo autem ſignificat inuidiam, ſuperbiæ (vt dicit Auguſtinus) pediſſequam. Sapientiæ ſecundo: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Hæc conſumit hortos & vineas, quia quicquid viroris eſt in opere, & quicquid gaudij ſpiritualis in ſancti ſpũs conſolatione, areſcere facit per detractionem. Iohelis primo: Reſiduum bruci comedit rubigo. Eruca vero ſignificat libidinem, quæ maculat omne quod tangit & comedit oliueta, pinguedinẽ. ſ. deuotionis quàm aufert & ficeta, dulcedinem. ſ. virtutum. Iohelis primo: Reſiduum erucę comedit locuſta, ⌊& non rediſtis ad me, dicit dominus⌋ Hieremiæ tertio: Non dabunt cogitationes ſuas vt reuertantur ad dominum. Et ſubdit pœnam quartam. ⌊Miſi in vos mortem in via Aegypti⌋ Narrat Hieronymus, quod cum ſolennes nuntios mitterent in Aegyptum ad petendũ auxilium contra Aſſyrios, Aſſyrij inſidiantes in via cœperunt nuntios, quibus occiſis, equos in ſpolium duxerunt, & hoc tangit hic. Et ſequitur, ⌊percuſſi gladio iuuenes veſtros⌋ illos, ſcilicet qui in Aegyptum miſſi fuerant. Pſal. 77. Iuuenes eorum in gladio ceciderunt, ⌊vſq; ad captiuitatem equorum veſtrorum,⌋ quia ſicut dictum eſt, equos abſtulerunt. Et quia fugientes, hoſtibus reſi- C ſtere non poterant, multis interfectis ad portas eorum, corpora ſepelire non audebant, & ſic proſtrati fętores ad nares eorum ſpargebant. Et hoc eſt, ⌊aſcendere feci putredinẽ caſtrorum veſtrorum⌋ hoc eſt, occiſorum in caſtris, ⌊in nares veſtras⌋ Eſa. 1. Vulnus & liuor & plaga tumens, nõ eſt circũligata, neq; curata medicaminæ, neq; fota oleo, ⌊& nõ rediſtis ad me, dicit dñs⌋ Hiere. 2. Nullus auertet eam, oẽs qui quęrũt eã nõ deficiẽt. Hæc plaga ſpũaliter ſignificat gaudiũ mortalis peccati, quo multi in via Aegypti ꝑcuſſi ſunt. Pſal. 36. Gladiũ euaginauerũt peccatores intenderunt arcũ ſuũ. Equi illorum, effrenes cõcupiſcẽtiæ ſunt in captiuitatẽ diaboli redactæ. Pſal. 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus. Fętor cadauerũ, infamia ẽ carnaliũ pctõrum. Iohel. 1. Cõputruerũt iumenta in ſtercore ſuo. Iohan. 11. Ecce iam fętet, quatriduanus em̃ eſt. Et ſubdit de pœna quinta. ⌊Subuerti vos ſicut ſubuertit dominus Sodomam & Gomorrham⌋ ſimilitudinẽ notat in parte & non in toto, qa ſicut in Sodoma ſubuerſa liberati ſunt pauci, Loth. ſ. & filiæ & vxor, ita pauci ex iſtis liberati & alij conſumpti ſunt. Et hoc legitur. 4. Reg. 16. &. 17. vbi decẽ tribubus captiuatis, pauci fugerũt ad duas tribus, & ſaluati ſunt reuocati. ſ. per Ezechiam. 4. Reg. 18. Sodomam & Gomorrham nominat, q̃uis quinq; fuerint, qa iſtę fuerũt principales, ⌊& facti eſtis quaſi torris⌋ hoc eſt, titio, ⌊raptus de incendio⌋ qui. ſ. partim conſumptus eſt, & partim adhuc manet, ſicut Loth qui exiuit de Sodomis parte ſui corꝑis, hoc eſt, vxore perempta, ita & vos magna parte cõſumpta facultatũ & ſociorum, pauciſſimi ſaluati eſtis. Zachar. 3. Nunqd nõ iſte torris eſt erutus de igne? ⌊& non rediſtis ad me, dicit dñs⌋ obſtinati. ſ. in peccatis. Oſee. 2. Vadam poſt amatores meos, q dant panes mihi. Hæc plaga ſpũaliter deſperationẽ ſignificat, q̃ totũ ſubuertit ædificiũ ſpirituale. Pſal. 136. Dixerũt exinanite exinanite vſq; ad fundamentũ in ea. Threñ. 4. Maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in momento, & nõ cœperunt in ea manus. Aliquando tamen iſti facti ſunt, ſicut torris raptus de incendio diaboli. 1. ad Corinth. 5. Ipſe ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ, cõſumptis em̃ iam viribus & ętate multi cõuertũtur. Hoc Hieroñ. dicit ſignificari. Ezech. 16. Soror tua Sodoma & filiæ eius reuertũtur ad antiqtatẽ ſuã. Hieroñ. vt qui ſuo vitio Sodomites eſt, poſtq̃ in eo Sodomiæ opa arſerint, in antiquũ

Inuidia omnem vigorem boni operis abſumit.

reſtituatur ſtatum. Et ſubdit generaliter. ⌊Quapropter⌋ .ſ. quia plagis non corrigeris, ⌊hæc fa D
ciam tibi⌋ hoc eſt, alias curas ingeram tibi, ⌊ò Iſrael⌋ Hieronymus, quid facturus ſit tacet, vt dũ
ad ſingula genera pœnarum pendet Iſrael incertus, quæq́ terribiliora ſunt inferenda, ſuſpicetur,
& ſaltem hoc terrore agat pœnitentiam. Oſee. 6. In tribulatione ſua mane conſurgẽt ad me.

¶⌊Poſtquam aũt hæc⌋ Secundũ translationẽ Hieronymi & ſeptuaginta exponũtur de conſo-
latione, ſecũdum translationẽ Symachi aũt & quintæ æditionis, exponũtur de plagis maioribus.
Dicit aũt duo, occurſum populi & magnificentiã dei. ⌊Poſtquam aũt hæc fecero tibi⌋ plagãdo
te multis. Prouer. 23. Percuſſerũt me & nõ dolui, traxerũt me & ego nõ ſenſi. Hierem̃. 5. Attriuiſti
eos & rennuerunt accipere diſciplinam, ⌊præparare in occurſum dei tui,⌋ Symachus & quinta
æditio, ⌊præparare vt aduerſeris deo tuo⌋ Deus enim ex tunc impugnauit te. Sapiæ. 5. Pugna-
bit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos. Deuter. 28. Lætabitur dominus diſperdẽs vos atq;
ſubuertens. Pſal. 93. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? Et ne præſumat reſiſtere, potẽ-
tiam dei ſubinfert, ⌊quia ecce formans montes⌋ Exod. 15. Dominus quaſi vir pugnator omni-
potens nomen eius, Septuaginta ſic habent, ⌊Veruntamen quia ſic faciam tibi, præparare vt in-
uoces deum tuum Iſrael⌋ & ſecundum hoc hic promittit beneficia, & tunc ita exponitur. Poſtq̃
plagis veniã accepiſti peccati, præparare pura conſcientia & fidei deuotione in occurſum dei tui,
ò Iſrael, qui iam .ſ. venit per incarnationem & naturæ ſanctificationem. Eſa. 64. Occurriſti lætã-
ti & facienti iuſtitiam. Sic occurrit Tobias pater, Tobiæ iuniori, & oſculatus eſt eum. Tobiæ. 11.
⌊quia ecce formans montes⌋ hoc eſt, vertices ſanctorum in gloria & gratia. Cantic. 2. Ecce ipſe
venit ſaliens in montibus. Hiere. 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus. E
Pſal. 124. Mõtes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui, ⌊& creans ventũ⌋ refrigerã-
tem .ſ. ſpiritum. Daniel. 3. Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Ezech. 37. A qua-
tuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos & reuiuiſcant. Primũ horum facit deus po-
teſtate, ſecundum bonitate, & ſubdit tertium quod facit ſapientia, ⌊& annuntiãs homini elo-
quium ſuum⌋ per inſpirationem .ſ. prophetalem. Amos. 3. Non faciet dominus verbum, niſi re-
uelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Iohelis ſecundo: Effundam de ſpiritu meo ſu
per omnem carnem, & prophetabũt filij veſtri. Et ſubdit quartum, quod procedit de largitate,
⌊faciens matutinam nebulã⌋ Gloſſa, nebula pinguedo aeris ẽ, & ſignificat pinguedinem quam
omnibus dat deuotionis & gratiæ, qui mane vigilant ad illum. 3. Reg. 8. Dominus dixit, vt habi-
taret in nebula. Eccl. 43. Medicina omnium in feſtinatiõe nebulæ. Et ſubdit de quinto, quod eſt
opus fortitudinis & iuſtitiæ, ⌊& gradiens ſuper excelſa terræ,⌋ hoc eſt, ſublimia mundi concul-
cans. Eccleſiaſtici. 24. Superborum & ſublimium colla propria virtute calcaui. Quædam gloſſa
excelſa exponit de celſitudine ſanctorum, in quibus deus graditur per profectũ virtutis. Eſa. 57.
Hæc dicit dñs excelſus & ſublimis, habitans æternitatẽ, & ſanctũ nomẽ eius in excelſo, & in ſan-
cto habitãs. Gloſſa inducit illud Philip. 3. Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. ⌊Dominus⌋ poſſeſſio-
ne, ⌊deus⌋ prouidentia, ⌊exercituũ⌋ quia ſemper tres habet exercitus .ſ. angelorum diſponentiũ,
dæmonum inſtigantium, & hominum exequentium ſuam voluntatem. Eſa. 6. Sanctus, ſanctus, F
ſanctus, dominus deus exercituum. 3. Reg. vltimo: Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum,
& omnem exercitum cœli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris, ⌊nomen eius⌋ quia per notitiã
talis poteſtatis nominatur. Eſa. 15. Omnipotens nomen eius.

De⁹ habet tres exercitus.

¶In capitulum quintum enarratio.

AVdite verbum iſtud⌋ Exaggerat hic magnitudinem mali per planctum. Diuidi-
tur autem in duas partes. Primo enim oſtendit, q̃ ſit plangendũ, & qd plangendo
quærendum. Secundo remouet malum modũ quærendi dominum, ibi, proieci fe-
ſtiuitates veſtras. Prior adhuc in duas diuiditur. In prima plangit pœnam damni.
In ſecunda pœnam ſenſus, ibi, Væ deſiderantibus diẽ domini. Adhuc prior iſtarum
in tres diuiditur. In prima enim oſtendit, quid plangendo quærendum ſit. Secũdo
comminatur non quærentibus, ibi, Quærite dominum & viuite, ne forte. Tertio docet qualiter
quærendum, ibi, Quærite bonum & non malum. Prior iſtarum in tres diuiditur. Dicit enim quia
& quid plangendum eſt, & quid quærendum, ibi, Quærite me, & quid non quærendum, ibi, no-
lite quærere Bethel. In primo tria ſunt .ſ. quia plangendum & quid plangendum in culpis, & qd
plangendum in pœnis. ⌊Audite⌋ interiori auditu. Prouerb. 20. Aurem audiẽtem & oculum vi-
dentem, vtrumq; fecit dominus, ⌊verbũ iſtud⌋ hoc enim ſolum ſaluare vos poteſt. Iacobi. 2. In
manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras. Eccl. 45. In verbis
ſuis monſtra placauit, ⌊quod ego⌋ in figuram & exemplum veſtri. Ezech. 24. Erit Ezechiel vo
bis in portentum, ⌊leuo ſuper vos⌋ oppreſſionẽ .ſ. veſtram ſignificando. Pſal. 37. Sicut onus gra
ue grauatæ ſunt ſuper me, ⌊planctũ⌋ planctus eſt vox querula cauſas doloris ingeminans. Hie-
remiæ quinto: Luctum vnigeniti fac tibi, plãctum amarum, planctus leuatur, qñ vſq; ad cœlũ &
deum tollitur. Simile. Eſaiæ. 37. Leua ergo orationem pro reliquijs quæ repertæ ſunt. Gene. 29.
Eleuata voce fleuit. Hieremiæ tricesimoprimo. Vox in Rama, hoc eſt, in excelſis, ploratus &
vlula-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A vlulatus multus,⌊domus Iſrael,⌋hoc enim ad præcedens refertur,quia vocatiui caſus eſt,ſi au-
tem legitur in nominatiuo,tunc ad ſequẽs refertur. Et ſubdit quid plangat in culpis, ⌊cecidit,⌋
caſu.ſ.culpæ & maxime per idololatriam. Eſaiæ.14. Quomodo cecidiſti de cœlo,corruiſti in ter
ram? Pſal.35. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem,⌊non adijciet vt reſurgat.⌋Hiero Innocẽtia ſe
nymus,per ſeipſum,per ſe enĩ cadit,ſed per deum reſurgit ſi reſurgit. Vel non adijciet vt reſurgat mel amiſſa
ad priſtinæ ſtatũ dignitatis,ſtatum enĩ immunitatis peccati nõ poteſt recuperare. Et hoc videtur nõ recupat̃
notare quãdo addit,⌊virgo Iſrael,⌋Hieronymus nõ negat poſſe reſurgere, ſed nõ reſurget vir-
go,quia ſemel aberrans à grege & ſi reportetur humeris pij paſtoris,nõ habet eandẽ gloriam cũ
eo qui nunq̃ aberrauit. Quod intelligitur de gloria quæ eſt de dignitate,& nõ de gloria quæ eſt re
muneratio beatitudinis æternæ,dignior enĩ & purior & felicior ſtatus eſt nunq̃ peccaſſe,q̃ pec-
caſſe & pœnituiſſe. Hiere.18. Nunquid qui cadit nõ reſurget? Literaliter dicere vult,ꝙ populus ſi
cut meretrix per idololatriam cecidit,& ſicut meretrix propter inexplebilem ſitim fornicãdi nõ
ſurgit,ita nec populus. Hiere.3. Diuiſiſti pedes omni tranſeunti,⌊proiecta eſt in terrã ſuam,⌋lo
quitur ad modũ fornicariæ,quæ in puluerem & ſordes deijcitur. Eccl.9. Omnis mulier quæ eſt
fornicaria,quaſi ſtercus in via conculcabitur. Eſaiæ.51. Dixerunt animæ tuæ,incuruare vt tranſe-
amus,& poſuiſti corpus tuum vt terram,& quaſi viam tranſeuntibus,⌊non eſt qui ſuſcitet eã⌋
à morte ſcilicet peccati. Pſalmo.87. Nunquid medici ſuſcitabunt & confitebuntur tibi. Solus enĩ
deus vitam gratiæ reparare poteſt,ſuſcitant tamen ſancti per interceſſionem,ſicut Moyſes po-
pulum mortuum per idololatriam ſuſcitauit, Exo.34. Sed tales ſuſcitatores modo defecerunt. Sanctorũ
B Eſaiæ.64. Non eſt qui inuocet nomen tuum,qui conſurgat & teneat te. Et bene dico ꝙ cecidit, interceſſio
⌊Quia hæc dicit dominus deus,⌋ qui non niſi verum dicit. Roma.3. Eſt autem deus verax,om- quid proſit
nis autem homo mendax,⌊Vrbs de qua egrediebantur mille⌋viri ſcilicet,vel familiæ,⌊relin- peccatori.
quentur in ea centum,⌋hoc eſt,decima pars tantum. Si autem in vrbe,quæ præſidium fortitudi-
nis eſt,hoc fit,in villis & in campis nullus remanebit. Dani.9. Relicti ſumus pauci de multis,⌊Et
de qua⌋.ſ.⌊vrbe egrediebantur centũ⌋viri.ſ.vel familiæ,⌊relinquẽtur in ea decem,⌋quod ite-
rum eſt decimatio,⌊in domo Iſrael,⌋ hoc eſt,in familia decem tribuum. Eſaiæ.6. Adhuc in ea
decimatio. Et conuertetur,& erit in oſtenſionem ſicut therebintus. Et ex hoc videtur ꝙ decima
relicta ſit. Cui contrarium videtur eſſe quod dicitur Ezech.5. vbi dicitur: Tertiam partem igni
combures,& tertiam partem concides gladio,& tertiam partem diſperges in omnem ventũ &
gladium nudabis poſt eos. Et ſumes inde paruum numerum,& ligabis in ſummitate pallij tui. Vi-
detur enĩ ſecundum hanc ſupputationem,ꝙ nõ remanſerit ibi niſi pars tertia,qua rurſus in par-
tes æquales diuiſa,altera quidẽ in ſummitate ligata pallij,altera vero vel in ignẽ abiecta,vel in om
nem ventum diſperſa(vt ibidem propheta inquit)remanet pars ſexta totius. Nam partis tertiæ,
pars dimidia,ſexta eſt. Videtur ergo ꝙ ſexta relinquitur & non decima. Ad hoc dicendum,ꝙ in
Ezechiele reliquiæ non numerantur niſi ſecundum plagas, obſidionis.ſ.gladij,& captiuitatis,&
pars captiua non tota redijt,propter quod pars partis illius reſeruari dicitur,hic autem per deci-
mationem intelligitur paucitas relictorum ad perfectionem denarij ſecundum aliquem modum
pertinentium. Hieronymus hic in gloſſa dicit & in originali,ꝙ vnitas quæ indiuiſibilis eſt, ſigni
ficat vnitatem innocentium ſemper deo adhærentium mente virginea & integra. Inducit hoc
2.ad Corinthios.11. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto, & Canti.ſexto:
C Vna eſt columba mea. Et his attribuit millenarium,qui perfectus in cubum, numerus eſt de-
calogi & virtutis,deducens perfectionem ad felicitatis perfectiſſimum ſtatum,opus enim indu-
cit in virtutem & virtus perducit ad beatitudinem,ſicut denarius ductus in ſe creſcit in centena-
rium,& perductus in centenarium, augetur in millenarium. Eſaiæ ſexageſimo: Minimus erit in
mille,minimus enim vnus & indiuiſus eſt. Et intendit dicere,ꝙ qui cadit à millenario, perfectæ
ſcilicet felicitatis,ſi reſurgat,vix reſurget ad centenarium & non ad millenarium. Et hoc intelligi-
tur,quia iam amiſit felicitatem quantum ad id quod condecorat eam, quod eſt dignitas indiui-
ſionis à deo,ſtat tamen in centenario,hoc eſt,in perfectione virtutis,quam centenarius ſignificat
qui quadratus numerus eſt & perfectus. In virtutibus enĩ cardinalibus perfectio dicitur ad virtu
tem,quæ quidẽ quatuor ſunt,fortitudo,temperantia,iuſtitia & prudentia. Cadens ergo à cente-
nario virtutis,licet non ſtatim reſurgat ad perfectionem eandem,ſed primo quidem ad perfe-
ctionem decalogi,quæ eſt perfectio operis,per opus tamen paulatim aſcendit ad virtutem, &
per virtutem ad felicitatis perfectionem,⌊quia hæc dicit dominus deus domui Iſrael.⌋ Tangit
hic quid in planctu quærendum ſit,⌊quærite me & viuetis,⌋quia ego ſum fons vitæ per gra-
tiam.ſ.& gloriam & etiam per naturam. Actorum.17. In ipſo viuimus,mouemur & ſumus. Et
ſubdit quid non quærendum,⌊& nolite quærere Bethel,⌋vbi.ſ.idolũ poſuit Hieroboam.3. Re- Sacerdotia
gum.13. Myſtice aũt Bethel quærit,qui ſtipendia vel præbẽdam in domo dei quærit & non do- lucri grã nõ
mũ dei. Iohã.6. Amen amen dico vobis,quæritis me,nõ quia vidiſtis ſigna,ſed quia manducaſtis ambienda.
ex panibus,& ſaturati eſtis. Bethel etiam quærit, qui prætextu domus dei omnia credit ſibi li-
cere,ſicut mali religioſi, Hiere.7. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum do-
mini,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mini,templum domini,templum dñi eſt.⌊Et in Galgala nolite intrare⌋ ibi enim idola etiā poſi- D
ta fuerūt,ſicut ſæpe dictū eſt. Galgala autē interpretatur reuelatio,ad quàm intrant qui bona quæ
faciunt,oſtentant. Matth.6. Omnia opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus,⌊& in Berſa-
bee non intrabitis⌋ Berſabee puteus ſeptem interpretatur, propter ſeptem agnas quibus con-
firmatus eſt puteus,interpretatur etiam puteus iuramenti, quia ibi inter Iſaac & Abimelech fir-
matum eſt fœdus pacis. Gene.26. Et propter hoc etiam venerabilis fuit locus & poſita ibi ido-
la. Spiritualiter autem ſignificatur,ꝙ ad abundantiam non eſt intrandum. Pſal.61. Diuitiæ ſi af-
fluant,nolite cor apponere. Et ſubiungit cauſam,⌊quia Galgal captiua ducetur⌋ in infernum.ſ.
vel in Aſſyrios. Eſa.5. Captiuus ductus eſt populus meus,quia non habuit ſcientiam, ⌊& Bethel
inutilis erit⌋ prophanata.ſ.per idololatriam & malam vitam. Hiere.7. Nūquid ſpelunca latro-
num facta eſt domus iſta,in qua inuocatum eſt nomē meum in oculis veſtris? Ex hoc concludit,
⌊quærite dominum & viuite.⌋ Iohan.primo: In ipſo vita erat,& vita erat lux hominum. Deu-
ter.quarto: Vos qui adhæretis domino viuitis vniuerſi, ⌊ne forte comburatur vt ignis⌋ hoc eſt
vt materia ignis,⌊domus Ioſeph⌋ hoc eſt,regnum decem tribuum,quod vocat Ioſeph,qa Hie-
roboam primus rex Iſrael erat de genere Ioſeph.i.de Ephraim qui fuit filius Ioſeph. Ignis vero
vocat cōſumptiuam tribulationem. Pſal.139. In ignem deijcies eos in miſerijs non ſubſiſtēt, ⌊&
deuorabit⌋ ſupple ignis,⌊& non erit qui extinguat Bethel⌋ accuſatiui caſus. Iudith.16. Dabit ig
nem & vermes in carnes eorum,vt vrantur & ſentiant in ſempiternum,maxime enim punientur E

Iudiciū tripliciter peruertitur

qui in domo dei pereunt. Quod aūt digni ſunt comminatione, ſubdit, ⌊qui cōuertitis in abſyn-
thium iudicium,⌋ tripliciter vel cauſam.ſ.protelando per calumniam, vel in pretio iudicando,
vel innocentem opprimendo per ſententiam iniquam. Threñ.3. Repleuit me amaritudine, ine-
briauit me abſynthio,⌊& iuſtitiam in terra relinquitis⌋ Eſa.5. Væ qui iuſtificatis impiū pro mu
ribus,& iuſtitiā iuſti aufertis ab eo. Eſa.59. Conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longe
ſtetit. Et ne hoc parum ſit,ſubdit,⌊facientem arcturum,⌋ ſupple relinquitis omnium creatorē
deum. Arcturus enim,ſunt ſeptem ſtellæ micantes in minori vrſa,quę ſuper nos ſemper voluun
tur & nunquam occidunt,& ſignificant vniuerſitatem ſanctorum,qui non occidunt per peccatū

Orion

⌊& orionem⌋ alia translatio,aſtra fulgentia. Eſt autem orion conſtellatio meridiana lucidis val
de ſtellis,ęſtate tecta,radijs ſolis hyeme,orta ἡλιακῶς,hoc eſt,de ſub radijs ſolis, & ſignificat mar
tyres in perſecutionis hyeme ortos,& mundi tenebras illuminantes. Significat etiam patiētes in
tribulatione,lucem ſuæ claritatis expandentes, Literaliter tamen ſenſus eſt, qui ſtellas facit in di-
uerſa claritate à polo artico,hoc eſt,aquilonari,vſq; ad polum antarticum, hoc eſt,meridionalē.
Iob nono: Qui facit arcturum & oriona,& hyadas,& interiora auſtri. Pſal.centeſimoquadrage
ſimoſexto: Qui producit multitudinem ſtellarum,& omnibus eis nomina vocans.⌊Et conuer-
tentem in mane tenebras⌋ hoc eſt,noctem in diem,⌊& diem in noctem mutantem⌋ hoc eſt, vi
ciſſitudinem noctis & diei facientem. Geneſis octauo: Nox & dies non requieſcent. Spirituali-
ter autem tenebra mutatur in mane,quando triſtitia præſentis vitæ in auroram mutatur felicita-
tis æternæ. Iohannis decimoſexto: Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Pſal.29. Ad veſperum F
demorabitur fletus & ad matutinum lætitia. Diem autem mutat in noctem, quando claritatem
præſentis ſeculi in tenebras commutat inferni. Iob.3. Dies illa vertetur in tenebras, non requirat
eam deus deſuper,& non ſit in recordatione & non illuſtretur lumine, ⌊qui vocat aquas maris,⌋
in altum.ſ.per nebulas & nubes,⌊& effundit eas ſuper faciem terræ,⌋ in pluuijs.ſ. Iob triceſimo-
octauo: Quis eſt pluuię pater,aut ſtillas roris quis genuit? Spūaliter deus vocat aquas maris,quā-
do profundum ſapientiæ ſuæ ponit in cor hominis,effundit autem ſuper faciem terræ, quando
per doctrinam compluit & rigat corda ſimplicium. Pſal.146. Qui operit cœlum nubibus & pa-
rat terræ pluuiam. Iob triceſimooctauo: Nunquid eleuabis in nebulam vocem tuam, & impe-
tus aquarum operiet te? ⌊dominus eſt nomen eius,⌋ Pſal. ſexageſimoſeptimo: Dominus eſt no
men illi. Heſter decimotertio: Dominus omnium tu es. Dominus enim eſt qui omniū habet po-
teſtatem,⌊qui ſubridet vaſtitatem⌋ hoc eſt,qui ſubridendo infert pœnam vaſtitatis,⌊ſuper ro
buſtum⌋ hoc eſt,ſuper eum qui in robore alios oppreſſit. Eſa.33. Væ qui prædaris,nonne & ipſe

Deus irridet robur hominis

prædaberis? Robur enim hominis irridet fortitudo diuina. Pſal.36. Dominus autem irridebit eū
quoniam proſpicit quod veniat dies eius,⌊depopulationem ſuper potentem affert.⌋ Depopu-
latio dicitur præda populi,qua nihil relinquitur,quia quod non placet vni,placet alteri. Eſaię vi-
ceſimoprimo: Qui depopulator eſt,vaſtat. Similiter fit de peccatore,quia bona diripiunt parē-
tes & amici,corpus,vermes,& animam dæmones. Pſalmo ſeptuageſimoquinto: Dormierunt
ſomnum ſuum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Hanc pœnam affert
ſuper potentem,vt quod alijs fecit,ipſe patiatur. Apoca.18. Reddite ei ſicut reddidit vobis, & du
plicitate ei duplicia. Quomodo autem hoc fecerint,ſubdit,& ſuppletur quia, ⌊odio habuerūt cor
ripientem in porta.⌋ Iudicium eñ exercebatur in portis publice,& corripiens in porta,eſt cor-
ripiens publice,de peruerſa ſententia. Prouerbiorum.29. Viro qui corripientem,dura ceruice
contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus, ⌊& loquentem perfecte abominati ſunt.⌋

Gloſſa

A Gloſſa, perfecte loquitur qui non odio, ſed ſicut deus præcipit, ex dilectione corripit. 3. Reg. vlt. Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum. Sapiæ. 2. Cõtrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Et poſt modicum, grauis eſt nobis etiã ad videndum. ¶⌊Idcirco pro eo⌋ Tangit pœnã per iniqua iudicia deprimentium pauperes, & eſt pœna damni, vt hoc amittãt quod illicite rapuerũt. ⌊Pro eo q̃d diripiebatis pauperem⌋ pauper diripitur, quando ſubſtantia pauperis diripitur. Sapiæ. 2. Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris. Eſaiæ. 3. Rapina pauperis in domo veſtra, ⌊& prædam electã tollebatis ab eo,⌋ electam dicit, quia pretioſa quæq; abſtulerunt, vilia quędam vix relinquentes. Prouerb. 1. Omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpolijs. Threñ. 1. Manum ſuam miſit hoſtis ad oĩa deſiderabilia eius. Hiere. 51. Repleuit ventrem ſuũ teneritudine mea, ⌊domos quadro lapide ædificabitis⌋ Septuaginta, polito, ⌊& non habitabitis in eis⌋ Hæc enim pœna iuſta eſt. Deuter. 28. Domum ædifices & non habites in ea. Auari domos ædificant, qui diuitias colligunt per rapinã. Ditare eñ domũ ædificare eſt. Abacuc. 2. Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius. Propter hoc Eſa. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vſq; ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? In auribus meis ſunt, hæc dicit dominus exercituum. Niſi domus multę fuerint deſertę, grandes & pulchre abſq; habitatore. Quadrum in lapide dicitur firmum & ſolidum & politum, ⌊vineas amãtiſſimas plãtabitis⌋ quæ. ſ. vobis continue gaudia mundi germinent. Deuter. 28. Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quoniam vaſtabitur. Eſaię decimoſexto: In vi-

B neis non exultabit neq; iubilabit, vinum in torculari non calcabit, qui calcare cõſueuerat. Cuius cauſa dicitur Prouerb. 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& non bibetis vinum earum⌋ Et ſubdit cauſam, vt iuſtior ſit cõdemnatio, ⌊qa cognoui multa ſcelera veſtra⌋ ſcelus eſt crimen accuſatione dignũ. Et non ſolum multa, ſed ⌊& fortia peccata veſtra⌋ & dicuntur fortia ſecundum gloſſam, ad prouocandam iram dei. Eſaiæ. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. 1. Reg. 17. Ego noui ſuperbiam tuam & nequitiam cordis tui. ⌊Hoſtes iuſti⌋ neutri generis, hoc eſt, iuſtitiæ. Micheæ. 3. Qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Pſal. 35. Aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit, ⌊accipientes munus⌋ vendentes. ſ. ſententias & iudicia. Deute. decimoſexto: Non accipies perſonam, nec munus, quia munera excęcant oculos ſapientũ, & mutant verba iuſtorum. Eſa. 1. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, ⌊& pauperes⌋ q̃ ſupple munera non habent, ⌊in porta deprimentes⌋ hoc ẽ in iudicio, quia in portis iudicium exercebatur. Deuter. decimoſexto. Iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas dominus deus tuus dederit tibi per ſingulas tribus tuas, qui iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Eſaiæ primo: Non iudicant pupillo & cauſa viduæ nõ ingreditur ad eos. Et ſubinfert de obſtinatione. ⌊Ideo⌋ ſupple, quia obſtinati eſtis in talibus malitijs, ⌊prudens⌋ propheta. ſ. intelligens, ⌊in tempore illo⌋ ſcilicet obſtinatę malitiæ, ⌊tacebit⌋ à redargutione. ſ. Correctio fr̃na quandoq; eſt intermittẽda

C peccatorum, videns q̃ non emendat, ſed potius ad deteriora prouocat. Pſal. 38. Poſui ori meo cuſtodiam, cum cõſiſteret peccator aduerſum me, obmutui & humiliatus ſum & ſilui à bonis. Et hoc eſt quod ſubdit, ⌊quia tempus malum eſt⌋ Gloſſa, quia nullus eſt qui velit audire recte iudicantem. 2. ad Timoth. 4. A veritate quidam auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Ephe. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. ¶⌊Quærite bonum.⌋ Tangit hic qualiter quærendum eſt, & diuiditur in duo. Primo docet quærere. Secundo plangere, ⌊quærite bonum⌋ neutri generis, vel bonũ deum. Luc. 10. Nemo bonus niſi ſolus deus. Eſa. 8. Quærite dominum dum inueniri poteſt. Galat. 4. Bonum æmulamini in bono ſemper, ⌊& nõ malũ⌋ ſupple quærite, neutri generis, vel mundũ, vt dicit gloſſa, q̃ in maligno poſitus eſt. 1. Iohã. 5. Ecci. 7. Noli facere mala, & non te apprehẽdent. Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te. Eſa. primo: Quieſcite agere peruerſæ, diſcite benefacere, ⌊vt viuatis⌋ ipſe enim fons & principium vitæ eſt. Iohan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. ⌊Et erit dominus deus exercituũ vobiſcum⌋ in conſenſu. ſ. voluntatis, & in adiutorio operis. Eſa. 7. Vocabitur nomen eius Emanuel, hoc eſt, nobiſcum deus. Ruth. 2. Dominus vobiſcũ, ⌊ſicut dixiſtis⌋ hoc eſt, ſicut olim in patribus promiſiſtis. Exod. 19. Quæcũq; loquutus eſt dñs faciemus, & erimus obedientes. ⌊Odite malũ⌋ Pſal. 118. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi, ⌊& diligite bonũ⌋ Bonum enim ſolũ diligibile eſt. Ecci. 24. Ego mater pulchræ dilectionis. Pulchra enim dilectio eſt, quæ non diligit niſi bonum. Sapientiæ ſexto: Diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen ſapientiæ, omnes qui præeſtis populis, ⌊& conſtituite in porta iudicium⌋ rectum. ſ. Eſa. 16. Sedebit ſuper eum in veritate, in tabernaculo Dauid, iudicans & quęrens iudiciũ, & velociter reddẽs quod iuſtũ eſt. Iob. 6. Loquẽtes id quod iuſtũ eſt, iudicate, ⌊ſi forte miſereatur dominus deus exercituum⌋ forte dicit, nõ quia dubiũ ſit, ſed quia proprio libero arbitrio poterãt nolle cõuerti, vel quia deus forte miſericordia liberãte nõ miſerebitur, q̃uis certũ ſit, q̃d ſemp miſeret mĩa relaxãte.

Threñ.

Threñ.3. Miſericordiæ domini,quia nõ ſumus conſumpti, quia non defecerũt miſerationes eius. D
⌊reliquijs⌋ quæ ſuperfuerũt gladijs Aſſyriorũ vel dæmonũ. Eſa.37. Leua orationẽ pro reliquijs
quæ repertę ſunt,⌊Ioſeph⌋ hoc eſt, decẽ tribuum,quarũ primus rex fuit de Ioſeph. ⌊Propter-
ea hæc dicit dñs exercituũ,dñator⌋ hoc eſt,ꝓpoſitus oĩbus,diues in oẽs & omnia cõtinẽs.Eſa.16.
Emitte agnũ dñe dominatorẽ terræ,Heſter.13.Dñe rex om̃ipotens,in ditione tua cuncta ſunt po
ſita.⌊In omnibus plateis planctus⌋ ſupple erit.Platea dr̃ à græco plati q̃d eſt latũ,& plateæ ſunt
loca,in quibus multi conueniunt ad plangendum,& ſignificant latas vias peccatorũ quæ plangẽ-
dæ ſunt. Matth.7. Lata eſt via quæ ducit ad mortem,& multi ſunt qui ambulant per eam,⌊& in
cunctis quæ foris ſunt⌋ hoc eſt,villis & campis, ⌊dicetur væ væ⌋ bis.ſ.propter mortẽ corporis
& animæ. Ezech.2.Scriptæ erant in eo lamentationes & carmẽ & væ. Lamentationes pœnitẽ-
tibus,carmen innocentibus,& væ peccatoribus obſtinatis.Ezech.16. Væ væ tibi.Apoc.8.Væ vę
væ habitantibus in terra,⌊& vocabũt agricolam ad luctũ⌋ propter hoc.ſ.quia perijt fructus la-
boris eius.Hiere.14.Confuſi ſunt & afflicti,& operuerunt capita ſua propter terræ vaſtitatem.
Iohel.1.Confuſi ſunt agricolæ,vlulauerunt vinitores ſuper frumẽto,vino & oleo,q̃a perijt meſ-
ſis agri.Hoc ſpũaliter interpretatur de prælatis & prædicatoribus, qui agrum cordis ſine fructu
excolunt,⌊& ad planctum⌋ ſupple vocabũt,⌊eos qui ſciunt plangere⌋ Hieronymus,id eſt qui
ſciunt pertinentia ad concitandas lachrymas. Hiere.7. Vocate lamentatrices,& eas quæ ſciunt
plangere. Tales aũt ſunt ſancti prædicatores. Matth.5. Beati qui lugent,quoniã ipſi conſolabũ-
tur. Eſa.22. Vocabit dominus ad fletum & planctũ,caluitium & ad cingulũ ſacci. Bernardus:Ta-
lem diligo p̃dicatorem,qui mihi planctum non ſibi plauſum excitet,⌊& in omnibus vijs eorũ erit
planctus⌋ viæ ſignificant cogitationes & opera,in q̃bus neceſſe eſt plangere peccatores. Threñ. E
primo:Lachrymæ eius in maxillis eius,non eſt qui conſoletur eam. Et ſubdit cauſam.⌊Quia p̃-
tranſibo in medio tui⌋ vndiq;.ſ.interficiens, ⌊dicit dominus⌋ ſicut.ſ.pertranſiui per Aegyptũ.
Exod.12. Percutiens primogenita Aegyptiorũ. Ezech.9. Tranſite p̃ ciuitatem ſequentes eum
& percutite,non parcat oculus veſter,neq; miſereamini, ſenem, adoleſcentulum,& virginẽ,par-
uulum & mulieres interficite. ¶⌊Væ deſiderantibus⌋ Tangit hic cauſam tanti planctus, ⌊diem
domini⌋ iudicij.ſ.particularis vel vniuerſalis,tẽporalis vel æterni. Et loquitur de duabus tribu-
bus deſiderantibus captiuitatem decẽ tribuum,vt dilatarent terminos ſuos. Loquitur etiã de p̃-
ſumentibus de propria iuſtitia,qui ſecuros ſe fore putant in iudicio. Loquitur etiã de deſiderã-
tibus iudicium vt vindicentur de inimicis, quibus compati deberent & orare pro ipſis. Contra
quod dicitur Iob.3. Antequam comedam ſuſpiro,& tanquam inundãtis aquæ,ſic rugitus meus,
quia timor quem timebam euenit mihi. Iob.31. Quid faciam,cum ſurrexerit ad iudicandũ deus,
Iudiciũ extremũ erit omib⁹ formidabile. & cum quæſierit,quid reſpondebo illi? ⌊Ad quid eam vobis?⌋ ſupple deſideratis,in diſtricto enĩ
iudicio,nemo ſecurus eſt, vnde & Eſa.64. Tremens petit,ne iraſcaris domine ſatis.1.Petri.4. Si
iuſtus vix ſaluabitur, impius,& peccator vbi parebunt? ⌊dies domini iſta⌋ iudicij.ſ.⌊tenebræ⌋
anguſtiæ.ſ.& tribulationis.Eſa.37.Dies tribulationis & anguſtiæ,dies correptionis & blaſphe-
miæ dies hic.Sopho.1.Dies illa dies irę,dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſe-
riæ,dies tenebrarum & caliginis,dies nebulæ & turbinis,dies tubæ & clangoris,⌊& non lux⌋ læ- F
titiæ,ſ. alicuius. Threñ.3. Me minauit & adduxit in tenebras & non in lucem. Et huius ponit ſimi
litudinem.⌊Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis⌋ Nabuchodonoſor regem Chaldæorũ,leonẽ
vocat. Hiere.4. Aſcendit leo de cubili ſuo,& prędo gentium ſe leuauit,quem cum effugerunt Iu-
dæi,fit quod ſequitur,⌊& occurrat ei vrſus⌋ qui ſignificat Aſſuerum regem Perſarum & Mœ-
dorum,qui ſicut legitur Heſter.3. Aedictum dedit vt omnes Iudæi ſimul interficerentur. Pro-
uerb.28. Leo rugiens & vrſus eſuriens,princeps impius ſuper populum pauperem,⌊&⌋ ſupple
vrſum effugiens, ⌊ingrediatur domum⌋ ſupple ſuam de captiuitate reuertens,⌊& innitatur,⌋
hoc eſt,velit requieſcere,⌊manu ſua⌋ laſſa.ſ.& fracta per captiuitatem,⌊ſuper parietem,⌋ do-
mus ſuæ.ſ.de ruinis ædificatum,⌊& mordeat eum coluber⌋ Coluber dicitur colens vmbras, q̃a
in occultis & in antris habitat,& ſignificat coluber Antiochũ Epiphanẽ, qui Iudæis,poſt quàm
de captiuitate redierunt,plurima mala intulit. Gene.49. Fiat Dan,hoc eſt,iudiciũ,coluber in via,
ceraſtes in ſemita,mordens vngulas equi,vt cadat aſcenſor eius retro. Hæc tria ſignificant ſentẽ
tiam leonis,dei.ſ.iudicis, vrſus infernum magno rictu glutientẽ peccatores,ſerpens dæmones de
pœna in pœnam trahentes. De leone, Amos.3. Leo rugiet quis non timebit? De vrſo,Oſee.13.
Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis. De ſerpente,Ecci.10. Cum morietur homo, hæreditabit
ſerpẽtes & beſtias & vermes. Et hoc quod dixit,conuincit p̃ propriam confeſſionem. ⌊Nũquid
non dies domini tenebræ & non lux?⌋ Eſa 50. Quis ambulauit in tenebris,& non eſt lumen ei?
⌊& caligo⌋ quæ vaporibus & fumis inſpiſſantibus aerem fit,& ſignificat mentis cæcitatẽ. Exo
di.10. Sint tenebræ ſuper terrã Aegypti,tã denſæ, vt palpari queant,⌊& non ſplendor in ea,⌋
Quas feſtiuitates de⁹ odiat. iuſtitiæ.ſ.& gratiæ vel cognitionis. Sapiæ.5. Iuſtitiæ lumen non luxit nobis,& ſol intelligentiæ
non eſt ortus nobis.⌊Odi & proieci⌋ odi corde,& proieci opere,⌊feſtiuitates veſtras⌋ In qui-
bus.ſ.non ad me laudandum,ſed ad concupiſcentias explendas conuenitis.1.ad Corinth.11. Hoc
autem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A autem præcipio, non laudans quod in melius, ſed in deterius conuenitis. Eſa.1. Calendas veſtras
& ſolennitates veſtras odiuit anima mea. Mala.2. Diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſo-
lennitatum veſtrarum, dum.ſ.cor fœtet & lingua laudat, ⌊& non capiam odorem cętuum ve-
ſtrorum⌋ Eſa.1. Iniqui ſunt cętus veſtri. Odor autem eſt thus & thymiama quod offerebant cor
de fœtente. Eſaiæ vltimo: Qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo, ⌊quod ſi obtuleritis
mihi holocauſtomata⌋ quæ.ſ.tota incenduntur, & fuerunt de agnis pro manſuetudine innocē
tiū, de vitulis pro labore actiuoꝝ, de hircis pro gemitu pœnitentiū, ⌊& munera veſtra⌋ quæ non
neceſſitate præcepti legis, ſed libera voluntate offerebantur. 1. Paral. vltimo: Populum qui reper-
tus eſt, vidi cum ingenti gaudio, offerre tibi donaria domine deus abraham & Iſaac & Iſrael patrū
noſtrorum cuſtodi in eternum hanc voluntatem. Eſa.1. Quo mihi multitudinem victimarum ve
ſtrarum dicit dominus? plenus ſum, holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitu-
lorum, & agnorum, & hircorum nolui. ⌊Non ſuſcipiam⌋ Mala.1. Non eſt mihi voluntas in vo
bis, dicit dominus exercituum, & munus nō ſuſcipiam de manibus veſtris. A tempore enim quo
Chriſtus obtulit ſe in cruce, facta ſunt hæc mortua, & à tempore prædicationis Apoſtolorum fa — Ceremoniæ veteris
cta ſunt mortifera, ⌊& vota pinguium veſtrorum⌋ hoc eſt, quæ ſponte vouetis ad offerendum, — officinę ſūt
⌊non reſpiciam⌋ quia.ſ.de rapina pauperum offertis. Geneſis quarto ad Cain & ad munera eius — mortiferæ
non reſpexit. Eccleſiaſtici.34. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat
filium in conſpectu patris ſui. Et quia poſſent confidere in laudibus pſalmoꝝ, propter hoc ſubdit
⌊aufer à me tumultum carminum tuorum,⌋ tumultus ſonus confuſus eſt, qualis ſolet audiri in
foro, vt dicit Gloſſa, & ſignificat eos qui diſtinctæ voces non proferūt, nec reſonantias notarum
in cantibus eccleſiæ. Matth.15. Populus hic me labiis honorat, cor autem eoꝝ longe eſt à me. Eſa.
B 29. Appropinquat ppłs iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor aūt eoꝝ longe eſt à me. Hie.12.
Prope es tu ori eoꝝ & lōge à renibus eoꝝ. ⌊& cantica lyræ tuæ nō exaudiā⌋ lyrā ponit pro oībus — Cōtra abuſum organorum.
inſtrumentis muſicalibus, quibus.ſ.laus dei & cantica eccleſiæ ad laſciuiam protrahuntur. Eſa.23.
Erit tyro quaſi canticum meretricis, meretricio enim modo quidam cantant in eccleſia. Vnde ſe
quitur, ibidem: Sume tibi citharam, circūi ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, bn̄ cane, frequēta
canticum, vt memoria tui ſit. Et ſubdit de condemnationis iudicio, ⌊& reuelabitur⌋ in oculis.ſ.
omnium, ⌊quaſi aqua maris⌋.ſ.vbiq; omnia operiens, ⌊iudicium⌋.ſ.quo reddetur vnicuiq; ſe-
cundum ſua merita. Eſa.10. Cōſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. Ecci.24. Factus eſt mi
hi trames abundans, & fluuius meus ad mare appropinquauit, ⌊& iuſtitia⌋ qua quilibet eſt dignus
pœna vel præmio, ſupple reuelabitur, ⌊quaſi torrens fortis⌋ qui ſupple cuncta rapit, & cui nihil re
ſiſtit. Pſal.109. De torrēte in via bibet. Eſa. vltimo: Declinabo ſuper vos ſicut fluuiū pacis, & quaſi
torrentem inundantem, gloriam gentium ſugetis. Probationem autem eorum quæ dixit, ſubdit:
⌊Nunquid hoſtias?⌋ De animalibus.ſ.& ⌊ſacrificium⌋ de aridis.ſ.& liquidis ⌊obtuliſtis mihi in
deſerto⌋ p qđ.ſ.eduxi vos de Aegypto q̄draginta annis. Pſal.94. Quadraginta annis offenſus fui
generationi illi, ⌊domus Iſrael⌋ hoc eſt, familia decem tribuum, quaſi dicat non. Et dicit Hieron.
ꝙ ex quo ſacrificauerūt vitulo in deſerto, Exo.32. nunquàm ſponte obtulerunt domino, ſed pœ-
nis potius coacti, & ideo dicit non obtuliſſe, quia inuite fecerunt. Huius etiā alia cauſa eſt: Dn̄s em̄
hoc ex intentione nunquàm voluit, ſed potius voluit ſibi offerri q̄ idolis. Hoc dicitur eis qui in an- — Sacrificia
C garia portant crucem in clauſtris vel eccleſiis, & dominum ex deuotione nō inuocant, nec laudāt. — coacta ſūt
Eſa.43. Non me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in me Iſrael, non obtuliſti mihi arietem holocauſti — deo īgrata
tui, & victimis tuis non glorificaſti me, ⌊& portaſtis tabernaculum Moloch⌋ Moloch interpre-
tatur rex eorum, & tabernaculum Moloch portat qui per ſuperbiam, habitationem dæmonis ſe
facit. Iob.41. Omne ſublime videt, & ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Et hoc eſt quod ſe-
quitur: ⌊regi vr̄o & imaginem idolorum veſtroꝝ⌋ ſupple portaſtis vobiſcū per deſertum vt oc-
culte illis offerretis. Contra quod dicit, Geneſis.35. Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt,
& mūdamini, peccatores em̄ vix ab imaginibus peccatoꝝ ſeparātur. ⌊ſydus dei veſtri⌋ ſupple por
taſtis vobiſcū. Et hoc dicit Hieronymus: ſydus eſſe luciferi, vel heſperi, quod adorabāt. Propter
quod Hie.19. dr̄ ꝙ ſacrificabāt militiæ cœli. Septuaginta ſic hn̄t: Aſſumpſiſtis tabernaculum, Mo
loch & ſydus dei veſtri Rephphan. Et hāc trāſlationem inducit Stephanus Actoꝝ.7. Rephphan
autem interpretatur requies, quia in illo ſydere requieuerūt, propter fulgorem em̄ ſyderis numen
putabāt ineē diuinitatis, vnde in necromātia libri ſunt inſcripti de ſigillis planetaꝝ, & liber imagi
num & ſpeculoꝝ & annuloꝝ veneriſq; oīa fiūt ad cœli imagines. Oſee.7. dixit Ephraim: Ve-
runtamē diues effectus ſum, inueni mihi idolum, ⌊quæ feciſtis vobis⌋ fiduciam.ſ.ponētes in eis.
Et ſubdit pœnam. ⌊Et⌋ ſupple ideo ⌊migrare vos faciam⌋ per captiuitatem ⌊trās Damaſcū⌋
vbi.ſ.ſunt mōtes Mœdoꝝ & Perſaꝝ in regno Aſſyrioꝝ. Ezechi.12. In trāſmigrationem & ca-
ptiuitatem ibūt. Vel trās Damaſcū, hoc eſt, vltra potātem ſanguinē, vſq; ad dæmones in infernū.
In Actibus tamē Apoſtoloꝝ.7. dicit Stephanus in Babylonem, & intelligit de duabus tribubus.
⌊Dixit dn̄s⌋ Confirmatio præteritorum eſt.4. Regum.10. Non cecidit de ſermonibus domini
in terram, quos locutus eſt ⌊deus exercituum nomē eius⌋ Dan̄.7. Milia milium miniſtrabāt ei, &

K decies

decies millies centena millia aſſiſtebant ei. D

¶ In Capitulum ſextum Enarratio.

VAE vobis,⌋ Tangit hic comminationem captiuitatis ſub exprobratione peccati
prælatorum,& decem,& duarũ tribuum. Et habet partes duas. Primo enim im-
properat peccata laſciuiæ cum comminatione captiuitatis. Secũdo, peccata ſuper-
biæ & oppreſſionis, ibi, Nũquid currere queunt. Prima in duas: Primo eñ exag-
gerat peccatum. Secundo comminatur pœnam, ibi, Quapropter nũc migrabunt.
Prima iſtaꝝ diuiditur in tres, primo improperat diuitias, quæ ſunt peccati cauſa.
Secundo iniurias, quas intulerunt in malitia & iniuſtitia, ibi: Qui ſeparati eſtis. Tertio laſciuias
in carnali concupiſcentia, ibi, qui dormitis in lectis. In diuitijs primo improperat abuſum. Secũ-
do multiplicationẽ, ⌊Vę vobis⌋ ſupple diuitibus, ⌊ꝗ opulenti eſtis⌋ hoc eſt, turgidi ac tardi præ
Diuitijs vtẽdum ẽ, non corde inhærendum opibus, eo quòd cor totum opibus hæret. Contra hoc quod dr̃ in Pſalmo. 61. Diuitiæ ſi affluant
nolite cor apponere. Lucę ſexto: Væ vobis diuitibus qui habetis hic conſolationem veſtram. Et
hoc eſt quod ſeq̃tur, ⌊in Syon⌋ hoc eſt, in eccleſia. Abacuc ſecũdo: Væ ei ꝗ multiplicat non ſua,
hoc enim in Syon vituperabile eſt, quia ibi ſpeculari deberent æterna. 2. Corinthioꝝ. 4. Non cõ-
templantibus nobis quæ videñ, ſed quæ non videntur, quæ enim videñ temporalia ſunt, quæ au
tem non videntur æterna ſunt. Et quia Syon eſt in duabus tribubus, propter hoc tranſit ad decem
tribus, ſubdens. ⌊qui confiditis in montibus Samariæ,⌋ hoc eſt, in præſidijs terræ montoſe. Vel
montem ponit pro dignitatibus. In quibus poſiti fuerũt. Et reprehẽdũtur in hoc ſuperbi. Sama-
ria enim cuſtodia interpretatur, q̃a pro cuſtodibus poſiti poteſtate inflantur & extolluntur vt mon
tes, & alios opprimũt, vt moles montium. Eſaiæ. 14. Sedebo in monte teſtamenti, ſimilis ero altiſ-
ſimo. Iob. 28. Subuertit à radicibus montes. Pſalmo. 65. Transferẽtur montes in cor maris, hoc eſt E
æternæ amaritudinis. Et hoc explanans adhuc ſubdit, ⌊optimates⌋ non quòd optimi eſſent, ſed
quod optima ambitioſe vſurpabant ⌊capita populorum⌋ principes. ſ. Hieremiæ. 5. Ibo igitur ad
optimates, & loquar eis. Ipſi enim cognouerũt viam domini & iudicium dei ſui, & ecce magis
hi confregerunt iugum, ruperunt vincula. 1. Eſdræ. 9. Manus principum & magiſtratuum fuit in
tranſgreſſione hac prima. Eſaiæ. 1. Omne caput languidum. Et improperat abuſum, ſubdens:
⌊Ingredientes pompaticẽ,⌋ pretioſis. ſ. veſtibus & apparatu magno & comitiua, ⌊domum Iſ-
rael⌋ hoc eſt, familiam Iſrael. Alios enim deſpiciebant & opprimebant, ac ſi conculcare deberent
Veſtium luxus damnatur eos. Et nota duplicem euentum in pompa veſtium gloriantium. Lucæ. 16. dicitur, quòd diues in-
duebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, & poſt modicum ſequitur, & ſepul-
tus eſt in inferno. Actoꝝ. 12. diciẽ, quòd ſtatuto die, Herodes veſtitus veſte regali, ſedit pro tribu-
nali, & poſt modicum, percuſſit eum angelus domini, & conſumptus vermibus expirauit. Eccle-
ſiaſtici. 11. In veſtitu ne glorieris vnquàm, nec in die honoris tui extollaris. Eccleſiaſt. 19. Amictus
corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hoĩs, de illo enuntiant. Et ſubdit de multiplicatione diuitia
rum, ⌊tranſite in calane⌋ quę eſt metropolis perſidis ditiſſima, vnde etiam conſummatio futura
interpretatur, eò quòd omnium rerum ibi fuit copia, ⌊& videte,⌋ hoc eſt, conſiderate diuitias &
poſſeſſiones, ⌊& ite in Emath magnam⌋ quæ eſt metropolis Syriæ & dr̃ Antiochia, magna autẽ
dr̃ ad differentiam cuiuſdam paruæ, quæ alio nomine Epyphania dr̃, vbi Nabuchodonoſor in- F
terfecit Sedechiam ſicut legiẽ Hieremiæ vltimo: Et interpretatur indignatio eoꝝ, propter faſtũ. ſ.
quo alijs indignabatur, ⌊& deſcendite in Geth palęſtinoꝝ,⌋ ſiue Philiſtinoꝝ, quæ etiam ciuitas
optima erat ibi, & interpretatur torcular. Et q̃a longũ eſſet inducere per ſingula, vniuerſaliter ſub-
dit: ⌊& ad optima quæq; regna eorum⌋ in diuitijs. ſ. ite & conſiderate. Et q̃d conſiderent, ſubdit
⌊ſi latior terminus eorum⌋ hoc eſt, poſſeſſionis eorum ⌊termino veſtro⌋ hoc eſt, poſſeſſione ve
ſtra ⌊eſt⌋ quaſi dicat, non eſt, in diuitijs. ſ. quod notatur in calane dignitate, q̃d notatur in Emath
Syrię & poteſtate, quod notaẽ in Geth, Hoc poteſt dici prælatis eccſiæ, ꝗ dilatati in diuitijs, digni
tate, & poteſtate, nulli genti ſunt ſecundi. Hierem̃. 2. Tranſite ad inſulas Cethym, & videte, & in
cedar mittite, & conſiderate vehementer, & videte ſi factum ſit huiuſcemodi. Deuteroñ. 32. Con
ſtituit eũ ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleumq;
de ſaxo duriſſimo. Et poſt pauca: Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit. Hoc eñ promiſſum fuit
eccleſiæ. Eſa. 60. Ponam te in ſuperbiam ſeculoꝝ, gaudium in generationem & generationem, &
ſuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. Et ſeq̃tur de ingratitudine, ⌊qui ſeparati eſtis in
diem malum,⌋ propter peccata. ſ. Et dies malus dr̃ dies imminentis captiuitatis temporalis, vel
æternæ. Separatio autem fit quando à malis ſeparantur. Iob. 21. In diem perditionis ſeruabitur ma
lus, & ad diem furoris ducetur. Matth. 25. Separabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab
hœdis, ⌊& appropinquatis ſolio iniq̃tatis⌋ hoc eſt, amiſſo regno ſubiecti eritis iniquo ſolio Aſſy
riorum, ſicut & videmus prælatos eccleſiæ à tyrannis modo ſubdi & vexari. Dañ. 3. tradidiſti nos
in manibus inimicorum iniquorum, & peſſimoꝝ præuaricatorumq;, & regi iniuſto & peſſimo vl
tra omnem terram. Eſaiæ decimonono: Tradam Aegyptum in manum dominorum crudelium
& rex fortis dominabitur eorum. Et ſubdit, improperans peccata carnalis concupiſcentiæ,
⌊qui dor-

⌊qui dormitis in lectis eburneis⌋ vt dormitio reſolutionem, lectus mollitiem, ebur vanitatem cu Quę ſint in
A rioſitatis ſignificet, Simile, Prouerbiorum ſeptimo: Intexui funibus lectulum meũ, ſtraui tapetibus centiua libi
pictis ex Aegypto. Aſperſi cubile meum myrrha, his enim fit incitamentum libidinis. Et hoc eſt, dinis.
quod ſequitur: ⌊& laſciuitis in ſtratis veſtris,⌋ Gloſſa, vt ſomnum libidini copuletis. Hoc poteſt
dici clericis & religioſis, qui in voto caſtitatis (quod ebur ſignificat) luxuriantur, ſecundi Paralipo
menon. 16. Poſuerũt eum ſuper lectum ſuum, plenum aromatibus & vnguentis meretricijs. Apo Contra vo
calypſis ſecũdo: Permittis mulierem Ieſabel, quæ ſe dicit propheten docere & ſeducere ſeruos me tifragos.
os, fornicari & manducare de idolotitis. Iudas in epiſtola: Hi ſunt q gratiam domini noſtri Ieſu
Chriſti in luxuriam transferunt. Et ſubdit de gula: ⌊qui comeditis agnum de grege⌋ hoc eſt de to
to grege vix inuenitur vnus agnus quem comedere velitis, ⌊& vitulos⌋ non quoſcunque ſupple oc
currentes, ⌊ſed de medio armenti⌋ quęſitos per veſtram electionem, q vocantur vituli ſaginati.
Deuteronom. 32. Cum adipe agnorum & arietum filiorum Baſan. Geneſis. 18. Ipſe cucurrit ad ar-
mentum & tulit inde vitulum tenerrimũ & optimũ. Eſa. 22. Ecce gaudium & lætitia occidere vi-
tulos, & iugulare arietes, comedamus & bibamus. Et ſubdit de vanitate auditus ⌊q canitis ad vo-
cem pſalterij⌋ vt in conuiuio, delectationi in guſtu miſceatur delectatio cantus in auditu. Et expla
nat vlterius, ⌊ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici⌋ & hoc ipſum pręſumptio fuit, quod
inferior ſcilicet, ſplendorem velit habere ſuperioris, Eſaiæ quinto: Cithara & lyra, & tympanum
& tybia, & vinum in conuiuijs veſtris. Sed in hoc diſſimile eſt, quia Dauid ea habebat in obſequi-
um dei, hijs enim luſit ante arcam dñi. ſecundi Regum ſexto: Iſti autem ad prouocationem libi-
dinis. Vnde ſequitur: ⌊bibentes in phyalis vinum⌋ Phyalę ſunt vaſa vitrea ſubtus ſtricta & ſupe-
B rius lata, vt. ſ. tam in viſu quàm in guſtu delectarentur, Prouerbiorũ viceſimoſecundo: Ne intuea Vinum in-
ris vinum quando flaueſcit cum ſplenduerit in vitro color eius ingreditur blande, & in nouiſſimo centiuum ē
mordebit vt coluber. Hieronymus: Venter mero æſtuans, facile ſpumat in libidinem. Non libidinis
Ethnei montes, non vulcanei ignes ita æſtuant, ſicut iuueniles medullæ vino & dapibus inflam-
mate. Et ſubdit de peccato tactus: ⌊& optimo vnguento delibuti.⌋ Gloſſa: Non ad refrige-
randos dolores corporis oleo puro, ſed caris vnguentis, vnctiones enim quædam proficiunt ad
libidinis delectationem, Prouerbiorum ſeptimo: Aſperſi cubile meum myrrha, aloe, & cynamo-
mo, veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Et ſubdit de peccato cordis, quod
eſt duritia in pauperes, ⌊& nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph⌋ hoc eſt, pauperum de de-
cem tribubus. Et hoc idem dr̃ Eſaiæ quinto: Væ q conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam. Et
poſt pauca: Opus dñi non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis, in afflictione. ſ. paupe-
rum, quæ enim à pauperibus rapiunt, conſumunt in delitijs. ¶ Quapropter poſt exaggrauatio
nem culpæ ponit comminationem pœnæ, primo captiuitatis, ſecundo peſtilentiæ & mortis.
⌊Quapropter nunc⌋ In inſtante. ſ. captiuitate vel æterna ⌊migrabũt⌋ optimates. ſ. & capita po
pulorum. ⌊In capite tranſmigrantium.⌋ In Babylonem. ſ. vel in infernum, vt ſicut fuerunt po-
C tiores in culpa, ſic ſint potiores in pœna. Sapientiæ ſexto: Apparebit vobis, quoniam iudicium
duriſſimum in his qui præſunt, fiet, & tunc ſupple, ⌊auferetur factio laſciuientium⌋ quia tunc ſcili-
cet laſciuias exercere non poterunt, Pſalmo centeſimoquadrageſimoquinto: In illa die peribunt
omnes cogitationes eorum, primi Machabæorum tertio: Hodie extollitur, & cras non inuenie-
tur. Hoc autem vt magis timeatur, confirmat ſubdens: ⌊Iurauit dñs deus⌋ Hoc eſt firma ſenten-
tia ſtatuit ⌊in anima ſua⌋ non quod animam habeat, ſed quod ex intimo affectu hoc vult, & hic
eſt antropoſpatos. Daniel. 4. In ſententia vigilum decretum eſt ⌊dicit dominus deus exercituũ⌋
qui. ſ. iſta ad actum poteſt reducere. Eſa. 31. Ipſe ſapiens adduxit malum, & verba ſua non abſtulit,
⌊deteſtor enim ſuperbiam Iacob⌋ hoc eſt, duarum & decem tribuum, qua. ſ. nec deo præcipien-
ti, nec præcepto eius ſubdi volunt. Deteſtari autem eſt, cum iuramento abominari. Iacobi tertio:
Deus ſuperbis reſiſtit. Iob decimoquinto: Quid tumet contra deũ ſpũs tuus? ⌊& domos eius odi⌋ Superbia ē
hoc eſt, familias per peccatum laſciuiæ corruptas. Ezechielis tertio: Domus exaſperans eſt. Mi- deo exoſa.
chææ ſexto: Adhuc ignis in domo impij, & ideo ſupple ⌊tradam ciuitatem cũ habitatoribus ſuis⌋
In captiuitatem. ſ. Hæc enim ciuitas conuentum peccatorum ſignificat, de qua in pſalmo ſeptua-
geſimonono dicitur: Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, tota die circundabit eam ſu
per muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia. Naum tertio: Væ ciuitas ſanguinum
vniuerſa mendacij, dilaceratione plena, Eſaiæ primo: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis,
plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Et ſubdit de peſte eorum qui non ca-
ptiuabuntur, ſed in obſidione peribunt. ⌊Quod ſi reliqui fuerint⌋ à gladio. ſ. hoſtis vel captiuitate
⌊decem viri in domo vna⌋ hoc eſt, in familia vel tribu vna, decem nominat ideo, quia ſupra quin
to, mille deduxit ad centum & centum ad decem, & ne credatur quod illis decē parcere velit, ideo
hic dicit quod & illi conſumendi ſunt, ⌊& ipſi morientur⌋ fame. ſ. & peſte, pſalmo centeſimoter
tio: Deficiant peccatores, & iniqui, ita vt non ſint. Et ſubdit de numero mortuorum. ⌊Et tollet eum
propinquus ſuus⌋. ſ. mortuũ, ⌊& comburet eũ⌋ quia hoſtibus obſidentibus per portas efferre non
audet ad ſepeliendum, & ergo in domo timēs corruptionem comburit, ne fœtore putrefacti cor

poris corrumpatur, ⌊vt efferat oſſa de domo⌋ ſine fœtore corruptionis. Et hæc combuſtio ſi-
gnum eſt incendij æterni. Eſaiæ .9. Succenſa eſt quaſi ignis impietas, veprem & ſpinam vorabit, D
⌊& dicet⌋ ſupple ille propinquus qui vocatus eſt ad comburendum, ⌊ei qui in penetralibus do-
mus eſt.⌋ ſupple cuſtodiens eos, qui tabe famis & peſtilentiæ moriuntur. ⌊Nunquid adhuc eſt
penes te⌋ ſupple mortuus, quem comburam. Ezechielis.39. Conſtituent luſtrantes terram, qui
ſepeliant & requirant eos, qui remanſerant ſuper faciem terrę, vt emũdent eam ⌊& reſpondebit⌋
ille, ſupple qui de intus eſt, ⌊finis eſt⌋ hoc eſt, omnes conſumpti ſunt. Ezechielis ſeptimo: Nunc
finis ſuper te, & immittam furorem meum in te. Threñ. quarto. Melius fuit occiſis gladio, quàm
interfectis famę, quoniam iſti extabuerunt, conſumpti à ſterilitate terræ, ⌊& dicet ei⌋ exterior ſci
licet interiori: ⌊tace⌋ hoc eſt, ad dominum nõ clama: ⌊& non recorderis nominis dñi.⌋ In tanta
enim pertinacia fuerunt (vt dicit Hieronymus) quod nec maximis malis preſſi dominum inuoca-
re voluerint. Et ſignificat eos qui in infirmitate mortis nõ conuertũtur ad dominũ. Apocalypſis
decimoſexto: Aeſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerũt nomen dei habentis pote-
ſtatem ſuper has plagas, neq; egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam .2. Paralipomenon.16.
Aegrotauit Aſa dolore pedum vehemẽtiſſimo, & nec in infirmitate quæſiuit dominum, ſed magis
in medicorum arte confiſus eſt, ⌊quia ecce dominus⌋ in proximo ſupple ⌊mandabit⌋ Aſſyrijs,
ſcilicet vel dæmonibus, ⌊& percutiet domum maiorem ruinis⌋ diuitum ſcilicet familiam, vel de-
cem tribuum, Matth.7. Flauerunt venti, venerunt flumina, & irruerunt in domum illam, & ceci-
dit, & facta eſt ruina eius magna, ⌊& domũ minorem⌋ ſupple, percutiet ⌊ſciſſionibus⌋ domum
minorem vocat vel domum plebeiorum, vel domum duarum tribuum, quę ſciſſa eſt, quia mul-
tis cadentibus, pauci remanſerũt, ſicut parietinę manent ſciſſis & ruentibus domibus. Eſaiæ qnto: E
Niſi domus multę fuerint deſertæ grandes & pulchrę, & abſq; habitatore. Eſaiæ.25. Poſuiſti do-
mum alienorum, vt non ſit ciuitas, & in ſempiternum non ædificetur. Et quia aliquis poſſet quę-
rere, quare tam crudeliter vindicaret in eos, cum per naturam ſit bonus & dulcis &c. Reſpondet:
⌊Nunquid currere queunt in petris equi⌋ quaſi diceret non, quia pes durus equi, & nõ fiſſus duro
lapidi nõ infigitur ad ſtãdum, nec ad ſe tenẽdum, ⌊aut arari poteſt in bubalis,⌋ Gloſſa, Syluestris
bos non poteſt domari, vt ſuſcipiat aratra. Et cum animalia naturam ſuam non mutent, vos ma-
litia me mutaſtis de dulci in amarum. Oſee.14. Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem conci
tauit deum ſuum. Et hoc eſt quod ſequitur: ⌊quoniam in amaritudinem conuertiſtis iudicium⌋
iuſti ſcilicet iudicis dei, qui dulcis eſt per naturam vt ſcilicet iudicium amarum de vobis faceret.
Oſee.12. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, ⌊& fructum⌋ dulciſſi-
mum ſupple ⌊iuſtitiæ⌋ quem ſcilicet iuſtus iudex pro iuſtitia reddidit patribus ⌊in abſynthium⌋
ſupple conuertiſtis, oportet enĩ quod fructibus veſtris amaris amaritudo abſynthij in pœna re-
ſpondeat. Deuteroñ.32. Vua eorum vua fellis & botrus amariſſimus. Sapientiæ quarto: Fructus
eorũ acerbi & inutiles ad mãducandũ. Qualiter aũt conuerterint, ſubdit ⌊qui lętamini in nihili⌋ in
idolo ſcilicet vel in peccato. Ezechiel.28. Nihil factus es & non eris in perpetuum, ⌊qui dicitis,⌋
ex præſumptione ſcilicet ſuperbię. Tobiæ quarto: Superbiam nũquàm in tuo ſenſu, aut in animo
tuo dominari permittas. ⌊Nunquid non in fortitudine noſtra⌋ nõ dei ſcilicet ⌊aſſumpſimus no-
bis cornua⌋ regni, ſcilicet & poteſtatis in Hieroboam & ſucceſſoribus ſuis. Et fortitudinem appel
lant potentiam ſecularem in parentibus, diuitijs, potentatu, & induſtria. Simile, Dañ. quarto: Nõ-
ne hęc eſt ciuitas Babylon magna quam ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ F
& in gloriam decoris mei. Contra hos dicitur in Pſalmo.74. Nolite extollere in altum cornu ve-
ſtrum. De bonis autem dicitur in Pſalmo.88. In nomine meo exaltabitur cornu eius. ⌊Ecce ego
ſuſcitabo ſuper vos⌋ ſcilicet opprimẽdos ⌊domus Iſrael⌋ decem & duæ tribus ⌊gentem⌋ Aſſy
riorum ſcilicet Chaldæorũ vel dæmonum, qui gens dicũtur, qa gentili ferocitate debacchant. Aba
cuc primo: Suſcitabo ſuper vos Chaldæos gẽtem amaram. Eſaię.13. Suſcitabo ſuper vos Mœdos
qui argentum non quærãt, nec aurum velint, ſed ſagittis paruulos interficient, ⌊dicit dñs deus ex-
ercituũ⌋ cui. ſ. ſicut dicit. Greg. militat etiã id quod per malitiã volũtatis obſtat ⌊& cõteret vos⌋
in perſonis. ſ. & rebus. Eſa.10. Ad cõterendum erit cor eius, & ad internitionẽ gẽtium nõ paucaꝝ
⌊ab introitu Emath⌋ quę eſt Antiochia, & eſt principium terrę promiſſiõis ex parte Aquilonis,
⌊vſq; ad torrentẽ deſerti⌋ hoc eſt, riuũ, qui riuorucula dr̃, & inter Peluſiũ montẽ & deſertũ Aegy
pti cadit in mare vbi eſt finis terrę promiſſiõis ad meridiem, hoc eſt, vaſtabit à fine vſq; in finem.
Lucę.21. Miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorũ ſuccendit.

¶ In Capitulum ſeptimum, Enarratio.

HAEC oſtendit mihi dominus deus:⌋ Hic incipit oſtendere per ſimilitudines ma-
lum captiuitatis futuræ. Et diuiditur in partes duas: Primo enim inducit ſimilitu-
dines. Secundo, quaſi explanando eas comminatur pœnam infra, poſt principi-
um octaui, ibi: ⌊Audite hoc qui conteritis pauperem.⌋ Prima diuiditur in duas.
In quarum prima ſub tribus ſimilitudinibus inducit pœnam. In ſecunda ſub quar
ta ſimilitudine attractionem pœnæ in ciuitatem infra, octauo, ibi: Hæc oſtendit
mihi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A mihi dominus,& ecce vncinus pomorum. Adhuc prior diuiditur in duo. Primo enim methapho
rice pœnam deſcribit futuram. Secundo, in prophetando oſtendit prophetæ conſtantiam, ibi:
Et miſit amaſias. Prior harum in tres diuiditur. Primo em̄ oſtendit pœnam ex parte vaſtatoris.
Secundo ex parte vaſtati. Tertio, ex parte remotionis auxilij diuini. In prima tria ſunt, ſcilicet pœ
« næ comminatio, ſanctorum interceſſio, pœnę ſuſpenſio. ⌊Hæc oſtēdit mihi dominus deus⌋ qui
ſolus nouit futurorum diſpoſitionem. Pſal. 50. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mi-
« hi, ⌊& ecce fictor locuſtę⌋ Fictor locuſtæ deus eſt creator omnium, qui in ſpecie formantis locu
ſtas apparuit prophetæ. Locuſtam vero vocat regem Aſſyriorum Sennacherib, qui longo ſaltu
de Aſſyria exiliuit in Iudæam, & vaſtauit eam. Pſalmo. 104. Venit locuſta & brucus, cuius nō erat
« numerus. ⌊In principio germinantium ſerotini imbris⌋ Alius eſt ſerotinus imber ſimpliciter, qui
ſup maturandos fructus deſcendit, & alius eſt ſerotinus imber in principio germinātiū, q fit poſtq̄
ſemina iam verno tempore pullulare incipiunt, & virere, & ad illū virorem venit locuſta, vt ſcilicet
recentia deuoret. Vnde in Pſalmo. 104. Comedit om̄e fœnum terræ eorum. De imbre autem di-
« citur, Oſee ſexto: Veniet vobis quaſi imber temporaneus, & ſerotinus terræ, ⌊& ecce poſt ſeroti-
« num⌋ hoc eſt, ecce apparuit ſerotinū in virore & herba ⌊tonſor⌋ ſiue tonſura regis, hoc eſt, poſt-
quàm apparuit ſerotinum viride, quod relictum fuerat à locuſtis, ſcilicet ab Aſſyrijs, ſtatim appa-
ruit Nabuchodonoſor tonſor ſiue tonſura regis, qui ſicut falce quadam om̄ia præcidit, ſicut dixe-
rat, Eſaiæ ſeptimo: Radet dominus in nouacula acuta, in his qui trans flumen ſunt in rege Aſſyrio
« rum, caput & pilos pedum & barbam vniuerſam. Et ſubdit de ſupplicatiōe ſanctorum, ⌊& factū
« eſt cum conſummaſſet comedere herbam terræ⌋ Locuſta ſcilicet & tonſor, hoc eſt, tollere omne
B quod viroris erat in populo, ⌊dixi⌋ ego ſcilicet & alij ſancti intercedendo. Iacob. 5. Orate pro in-
« uicem vt ſaluemini, multum em̄ valet deprecatio iuſti aſſidua, ⌊dñe deus propitius eſto, obſecro⌋
populo. ſ. 2. Machabæorum. 2. Deus qui liberauit populum ſuum & reddidit hæreditatem omni-
bus, & regnum, & ſacerdotium, & ſanctificationem, ſicut promiſit in lege, ſperamus quod cito no
« ſtri miſerebitur, ⌊quis ſuſcitabit Iacob⌋ hoc eſt, ſuſcitare poterit, duodecim tribus. ſ. ⌊quia paruu
« lus eſt⌋ viribus ſcilicet & opibus & numero Abdiæ: Ecce paruulum dedi te in gentibus, contem-
ptibilis es valde. Et quia deus audit deſideria ſanctorum, propter hoc tunc temporis liberati ſunt,
« & comminatio ſuſpenſa eſt. ⌊Miſertus eſt dominus ſuper hoc⌋ Pſalmo. 76. Aut obliuiſcetur mi
« ſereri deus, ⌊non erit,⌋ ſupple hoc tempore malum iſtud, ⌊dixit dominus deus,⌋. 3. Regum. 21.
Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius. Hæc locuſta ſignificat
adulatorem qui ſuper viride cadit, quia in apertis bonis blanditur, & mala tegit, & excuſat. Exo-
di. 10. Ecce ego inducam cras locuſtam in fines tuos quæ operiet ſuperficiem terræ, ne quidquàm
eius appareat. Eſaiæ. 16. Viror omnis interijt. Hæc locuſta venit in principio germinantium, quia
cum homo florere incipit, & germinare, tunc apparet adulator & blanditor. Prouerbiorum. 1. Fili
mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Venit etiam tempore ſerotini imbris, quia quem
deus compluit gratia ad augmentum virtutis vel boni alicuius, illi ſtatim inſident adulatores. Oſee
duodecimo: Oleum in Aegyptum ferebat Ephraim. Tonſor autem qui ſerotinum tōdet, & abra
dit, diabolū ſignificat, qui per mortale pc̄tm̄ omne tollit quod ſpēm habet virtutis. Pſalmo. 136.
Dixerunt, exinanite exinanite vſq; ad fundamentum in ea. Sed interceſſione ſanctorum aliquan-
do tales conuertuntur. 2. Machabæorum. 3. Onyas ſummus ſacerdos ſalutem impetrauit Heliodo
C ro, & propter hoc ibi dicitur, Onyæ ſacerdoti gratias age, nam propter eū tibi dn̄s vitā donauit.
« ¶ ⌊Hæc oſtendit mihi dn̄s deus⌋ Deſcribit hic pœnam ex parte vaſtati, & dicit tria ſicut in prę-
« cedenti. ⌊Et ecce vocauit iudicium⌋ damnationis. ſ. ⌊ad ignem⌋ vt. ſ. mœnia Iudææ incendātur
« ⌊dominus deus⌋ qui potens. ſ. eſt, & prudens ad iudicandum vbi debet. Threnorum. 2. Succēdit
« in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro, ⌊& deuorabit abyſſum multam⌋ Ignis ſcilicet
Abyſſum vocat multitudinem & profunditatem peccatorum. Hieremiæ. 17. Prauum eſt cor ho-
minis & inſcrutabile. Eſaiæ decimo: Succendetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vna,
« & gloria ſaltus eius, hoc eſt, multitudo populi eius, ⌊& comedet⌋ ſupple ignis ⌊ſimul⌋ cum popu
« lo ſupple ⌊partem⌋ in dei cultum. ſ. templum & Hieruſalem, Eſaiæ. 64. Domus ſanctificationis,
& gloriæ noſtræ vbi laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis. Et ſubdit de ſup-
« plicatione, ⌊& dixi,⌋ orando. ſ. pro populo. 2. Machabæorum vltimo: Hic eſt qui multum orat
« pro populo & pro vniuerſa ciuitate ſancta Hieruſalem. ⌊Domine deus quieſce, obſecro⌋ à vin-
dicta. ſ. quam exercere cœpiſti. Eſaiæ. 64. Ne iraſcaris domine ſatis, & ne vltra memineris iniqui-
« tatis noſtræ, ⌊quis ſuſcitabit Iacob⌋ hoc eſt, ſuſcitare poterit, ſupple, niſi tu, ⌊quia paruulus eſt,⌋
amiſſa. ſ. gratia, & vulnerato bono naturali, primę ad Corinthios decimotertio: Si charitatem au
« tem non habuero, nihil ſum. Matth. 14. Modicæ fidei quare dubitaſti? ⌊Miſertus eſt dominus ſu
« per hoc,⌋ ſupple malo. Sapientiæ. 12. Sed & his tanquàm hominibus peperciſti. Et hoc eſt quod
« ſequitur: ⌊Sed & iſtud⌋. ſ. malum, ⌊non erit, dixit dominus deus⌋ Et hoc factum eſt, quando Ie
conia transmigrato ſuſpenſa eſt captiuitas vſq; ad Sedechiam. Hic ignis tribulationem ſignificat,
vt populum conuertat per tribulationem, quia ignis peccatoribus adhibetur ad pœnitentiam, ſan

Sāctorū̃ interceſſio nō eſt abijcienda.

Adulator blāditijs vitia tegit, & virtutes perimit

*Oratio ſanctorum irę dei reſiſtit, & placat.*

ctis vero ad probationem ac meritum. Threnorum primo: De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me, & oratione ſanctorum aliquando aufertur tribulatio, ſicut Numeri.11. & Sapientiæ.18. Aaron per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem neceſſitati impoſuit. ⌊Hæc oſtendit mihi dominus deus⌋ Deſcribit hic auxilij diuini deſtitutionem, & duo dicit, auxilium quod quondam exhibuit & eiuſdem ſubtractionem. ⌊& ecce dominus ſtans⌋ vt.ſ. paratus ſit iuuare. Abacuc ſecundo: Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum, ſuper munitionem, ⌊ſuper murum litum⌋ hoc eſt, linitũ per ſyncopen. Murus dicitur populus ex viuis lapidibus coadunatus, quem ſemper cemento obſeruationis legis, & glutino charitatis, & temperamento virtutis liniuit dñs, ne caderet. Geneſi.7. Bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. Eſaiæ.26. Saluator ponetur in ea murus & antemurale ⌊& in manu eius⌋ domini.ſ. ⌊trulla cementarij⌋ ſignificatur auxilium gratiæ, quo ſemper complanauit quicquid aſperitatis ortum fuerit, ſicut cementarius cum trulla planat murum & componit. Geneſis.15. Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis, ⌊& dixit dominus ad me⌋ vt.ſ. intus inſtrueret me. Eſaię.50. Dominus mane erigit mihi aurem vt audiam quaſi magiſtrum, ⌊quid tu vides Amos?⌋ Non quęrit ex ignorantia, ſed vt ex reſponſione occaſionem accipiat inſtruendi, Simile, Hieremiæ primo: Quid tu vides Hieremia? Et dixi, reſpondens.ſ. ⌊trullam cementarij⌋ video ſupple.1. ad Corin.3 Dei ædificatio eſtis, ⌊& dixit dñs⌋ inſtruens.ſ. intus, ⌊ecce ego ponã⌋ hoc eſt, deponã & auferã ⌊trullã⌋ hoc ẽ auxiliũ meũ ⌊in medio pplı̃ mei Iſrael⌋ hoc ẽ, quæ ẽ in medio pplı̃, hoc ẽ, abſtrahã auxilium, & exponam eos tribulationibus, vt ſaltem per tribulationes ad me redeant. Oſee ſexto: In tribulatione ſua mane conſurgent ad me, ⌊nõ adijciã vltra⌋ ſicut ſupple feci antiquitus, ⌊ſuper inducere eum⌋ murum.ſ. qui trullam ſuperinducendo complanatur & politur. Dicit enim ſe nõ pręſtiturum auxilium populo. Pſalmo.62 Tradentur in manus gladij partes vulpium erunt. Item: E Pſalmo.70. Deus dereliquit eum, perſequimini & comprehendite, ⌊& tunc⌋ ſupple ⌊demolientur⌋ Aſſyrij.ſ. vel dæmones ⌊excelſa idoli⌋ hoc eſt, excelſa loca, in quibus ſtant idola, ſicut Bethel, & Dan, & Galgal, & Berſabee. Vel excelſa idoli dicũtur montes ſuperbię, in quibus miſer homo idola ſpectaculoꝝ mundi colit. Pſalmo.77. In via concitauerunt deum in collibus ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt, ⌊& ſanctificationes Iſrael⌋ quibus.ſ. ſanctificari ſe putat in idolis, quæ potius prophanationes dici deberent, ⌊deſolabunt⌋ hoc eſt, in ſolitudinem redigentur.1. Machabæorum.2. Templum eius ſicut homo ignobilis. Et.2. Machabęorum.6. Templum luxuria erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ⌊& conſurgam ſuper domum Hieroboam⌋ pronepotis.ſ. Iehu.4. Regum.14. ⌊in gladio⌋ hoc eſt, interficiendo oẽs. Eſaiæ.14. Conſurgam ſuper eos dicit dñs deus exercituum, & perdam Babylonis nomen, & reliquias & progeniem & germen.

¶ ⌊Et miſit amaſias⌋ Hic tangit de prophetæ conſtantia, qui etiam propter mortis periculũ prophetare non deſtitit. Et diuiditur in partes duas Primo eñ ponitur prophetæ increpatio. Secundo prophetæ ad increpantes reſponſio, ibi: ⌊Et rñdit Amos:⌋ Prima, tria continet.ſ. prophetæ apud regem accuſationem & obiectionem & ſacerdotum contra prophetam inuectionem ⌊Et miſit amaſias⌋ timens.ſ. ne regno perdito ipſe amitteret pontificatũ, ⌊ſacerdos⌋.ſ. ſummus ⌊Bethel⌋ hoc eſt, idoli quod fuit in Bethel ⌊ad Hieroboam⌋ pronepotem.ſ. Iehu, de quo.4. Regum.14. ⌊regem Iſrael dicens⌋ hoc eſt, decem tribuum, hoc competit nominis interpretationi, quia amaſias indignãs dñs vel furor dñi interpretatur. Et ſubdit F accuſationem: ⌊rebellauit contra te Amos⌋ falſum dicit, quia non bellum inſtruxit, ſed ſolũ verba dixit: ⌊In medio domus Iſrael⌋ ac ſi dicat, vbi potẽtior es, & ideo vituperium tuum maius eſt. Et aggrauat rebellionem, ⌊non poterit terra ſuſtinere vniuerſos eius ſermones⌋ quia ſupple non tãtum loquitur contra te, ſed contra oẽs habitantes in terra. Hoc aũt intendit quod tota terra inſurgat contra eum. *Simile quid factum eſt dño, & fit adhuc ſuis à pontificibus.* Iohannis.11. Collegerunt potifices & phariſæi conſiliũ. Et poſt pauca: *Si dimittimus eum ſic, oẽs credent in eũ, & venient Romani & tollant noſtrũ locũ & gentẽ. Similiter pręd icatores veritatis à pontificibus, ne in ſuis epiſcopatibus pręd icent, eijciuntur.*1. ad Theſſa.2. eadem paſſi eſtis à contribulibus veſtris, ſicut & ipſe dñs à Iudæis, qui & dñm occiderunt Ieſum, & prophetas, & nos perſecuti ſunt, & deo non placent, & oĩbus hoĩbus aduerſantur, prohibentes nos loqui gentibus vt ſaluæ fiant, vt impleant peccata ſua ſemper, peruenit eñ ira dei in eos vſq; in finem. Et ſubdit deſcendẽdo ad ſpeciem ⌊Hæc eñ dicit Amos⌋ attribuit homini quod deus dixerat, vt minus timeatur, cõtra quod dicit.1. ad Theſſal.2. Cũ accepiſſetis à nobis verbũ auditus dei, accepiſtis illud non vt verbũ hoĩm, ſed ſicut eſt vere verbum dei. Ezech.3. Domus Iſrael nolunt audire te. quia nolũt audire me. ⌊In gladio morietur Hieroboam⌋ mentit. Dixit eñ, conſurgã ſuper domũ Hieroboam in gladio, quod fuit cõminatio in pœniam, interminatio aũt mortis pœniam abſtuliſſet. Et aggrauando ſubdit de populo, ⌊& Iſrael captiuus migrabit de terra ſua⌋ hoc iuſtũ fuit, vt.ſ. colentes deos alienos ad terras illoꝝ deoꝝ transferrent. Hierẽ.16. Vnuſquiſq; ambulat poſt prauitatẽ cordis ſui mali, vt me non audiant, & eijciã eos de terra hac, in terrã quã ignoratis vos & patres veſtri & ſeruietis ibi dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem, Chaldæis.ſ. vel dæmonibus, Rege aũt nõ curante

*Veritatem annuntiantibus obſiſtunt pſeudoepiſcopi*

A rate accuſationem, nec reſpondente, ipſe pontifex inuehitur in prophetam. ⌊Et dixit amaſias ad
« Amos⌋ Semper eñ proniores fuerunt pontifices ad perſequendum bonos q̃ principes ſeculares, En crudeli
« ⌊qui vides⌋ hoc eſt, ò propheta. 1. Regum. 9. Qui nũc propheta dicitur, olim videns vocabatur tatem pon
« ⌊gradere⌋ hoc eſt, à loco recede ⌊in terrã Iuda⌋ hoc eſt, in regnũ duarũ tribuũ, Amos. 2. Manda tificum.
batis prophetis dicentes, ne propheteris. Quod & modo fit, prędicatores eñ veritatis eijciuntur.
« Matth. 10. Perſequent vos de ciuitate in ciuitatem, ⌊& comede ibi panem⌋ deſpectiue dicit, ac ſi
prędicatione veritatis panẽ quęreret, ſicut mercẽnarij, cũ non prędicaret vt comederet, ſed poti
« us comederet vt pdicaret. Et hoc eſt quod ſeqtur, ⌊& ibi prophetabis,⌋ pro pane. ſ. & retorquet
in eum auaritiã falſorũ prophetarũ, de quibus Ezechiel. 13. Violabant me ad populũ meũ, propter
pugillũ hordei, & fragmen panis. Contra quod dr. 1. ad Corinth. 9. Quę eſt merces mea, vt euan
gelium prędicans ſine ſumptu ponã illud, hoc eſt gratis. Matth. 10, Gratis accepiſtis, gratis date,
« ⌊in Bethel non adijcies vltra vt prophetes⌋ quaſi dicat, iſtud quod modo feciſti parco, ſed ſi vltra
« feceris, malo tuo feceris ⌊quia ſanctificatio regis eſt⌋ qui. ſ. ibi vitulũ poſuit. Et hoc explanat ſub-
« dens, ⌊& domus regni eſt⌋ in qua. ſ. rex ad regnandũ conſecrat, ſicut Babylon domus regni fuit.
Dañ. 4. Et ſicut Suſis domus fuit regni Aſſueri Heſter. 1. Sẽſus eſt, ꝙ reus ſit criminis læſæ maieſta
tis, qui contra ſedem & domũ regis loquitur. Hiere. 20. Percuſſit Phaſſur Hieremiam prophetã &
miſit eũ in neruũ Phaſſur eñ etiã erat ſacerdos q cõſtitutus erat in domo dñi. Et Hiere. 36. Com
buſtus eſt liber Hieremiæ prophetæ ab iniquo rege. Hiere. 38. Rogamus vt occidatur homo iſte, Hieremias
de indaſtria eñ diſſoluit manus virorũ bellantiũ, qui remanſerũt in ciuitate hac, & manus vniuerſi propter ve
B populi, loquens ad eos vniuerſa verba hæc, ſiquidẽ homo ille non quærit pacem populo huic, ſed ritatẽ cediꝰ
« malum, ⌊& reſpondit Amos,⌋. 1. Petri. 3. Parati ſemper ad ſatiſſactionem omi poſcenti vos ra-
tionem de ea quæ in vobis eſt ſpe. Prouer. 26. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam ne ſibi ſapiẽs
« videatur, ⌊& dixit ad amaſiam⌋ conſtanter. ſ. ſtans pro veritate. Eccl. 4. Pro iuſtitia agoniza-
re pro anima tua, & vſq; ad mortem certa pro iuſtitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos
« ⌊non ſum propheta,⌋ officio. ſ. vel parentela vel educatione inter prophetas, ſicut officio pro-
pheta fuit Heliſęus, qui in prophetã vnctus fuit ab Helia. 3. Reg. 19. Generatione aũt ſiue natalibus
propheta fuit. Eſaias & alij multi, quorũ patres prophetæ fuerũt, à quibus ad filios quaſi per hære-
ditatem gratia deſcendit prophetalis, educatione vero fuerũt prophetæ, multi qui erant cũ Heli-
« ſæo. 4. Reg. 15. Et hoc ſubdit exponendo, ⌊&⌋ id eſt, ⌊non ſum filius prophetæ⌋ Gloſſa tamẽ ali
ter exponit, dicens: Non ſum propheta nunc, quia iam in iſto inſtanti non habeo reuelationem.
Humilis iſte magna de ſe negans, & humilia confitens, imitator eſt Iohannis Baptiſtæ, de quo dr
Io. 1. Confeſſus eſt & non negauit, & confeſſus eſt, qa nõ ſum ego Chrs. Gre. Cum tantus eſſet vt
« Chrus credi potuiſſet, elegit magis ſolide ſubſiſtere in ſe, q̃ inaniter eleuari ſupra ſe, ⌊ſed armenta
« rius ego ſum⌋ Gloſſa hoc veritatis ẽ, bubulcus eñ vel paſtor alienorũ pecorũ fuit. Ro. 12 Nõ alta ſa
« piẽtes, ſed humilibus conſentiẽtes, & inter paſtores dicit ſe minimũ ſubdẽs, ⌊vellicãs Sicomoros⌋
quia. ſ. propria prata non habeo in qbus paſcã, ſed vellico ſiue diſcerpo folia Sicomorũ & aliarũ ar
borũ ad paſcua pecorũ, Sic. 1. ad Corin. 15. Ego eñ ſum minimus Aplorũ q nõ ſum dignus vocari
Aplus. 1. Re. 25. Ecce famulatua, ſit in ancillã, vt lauet pedes ſeruorũ dñi mei, negãdo ãt de ſe q̃d nõ
« fuit, & cõfitẽs humilr q̃d fuit, refert grãm q̃ humilibꝰ ſp pſto ẽ ⌊& tulit me dñs deꝰ⌋ hoc ẽ, ſpũ ſuo
« ſuſtulit, ſic in Pſal. 77. Suſtulit eũ de gregibus ouiũ, de poſt fętãtes accepit eũ, ⌊cũ ſeqrer gregẽ⌋
« more. ſ. bubulci. 1. Re. 2. Suſcitãs de puluere egenũ, & de ſtercore erigẽs pauperẽ ⌊& dixit ad me⌋ Humilitas
C ſup. dñs interiorẽ illuminationẽ infundẽdo. Ia. 5. Deꝰ ſupbis reſiſtit, hũilibus ãt dat grãm. Eſa. vl. ſemp Deo
« Ad quẽ reſpiciã, niſi ad paupculũ & cõtritũ ſpũ, & trementẽ ſermones meos ⌊vade & ppheta ad eſt grata.
« pplm meũ Iſrl⌋ ꝙ dicit vade intelligit de pfectu virtutis. Iob. 38. Nunqd emittes fulgura & ibũt,
& reuertẽtia dicẽt tibi, aſſumꝰ. Ezech. 1. Aĩalia ibãt & reuertebant in ſilitudinẽ fulguris choruſcã-
« tis, tonãtia. ſ. verbis ac choruſcãtia exẽplis ⌊& nũc⌋ qa. ſ. prohibes prophetare ⌊audi verbũ dñi⌋
« cõminatiõis. ſ. ⌊Tu dicis⌋ temere. ſ. cõtra dñm dicẽs ⌊nõ pphetabis ſup Iſrl⌋ & ſic phibes, ne ver
bũ dei loqr. Eſa. 30. dicũt vidẽtibꝰ nolite videre, & aſpiciẽtibꝰ, nolite aſpicere nobis, ea q̃ recta ſunt
« ⌊& nõ ſtillabis ſup domũ idoli⌋ Bethel. ſ. & Dĩ. Stillare vocat loq ordinate, vt pęna determinet ad
culpã. Vñ gloſſa, nõ annũtiabis irã dei cultoribꝰ idolorũ Iob. 29. Verbis meis nihil addere audebãt
ſed ſtillabat ſup eos eloquiũ meũ. Deut. 32. Fluat vt ros eloquiũ meũ, quaſi imber ſup herbã, & qſi
ſtillæ ſup gramina. Ros eñ verbũ eſt dei, dulcia pmittẽs bonis, imber ãt doctrinã exhibẽs ſimpli
cibus, ſtillę vero cõminatiões, malis inferẽs, qa ſtillę ſcdm philoſophũ ſunt magnę guttæ, q̃ cũ im
petu cadũt. Iob. 26. Cũ vix paruã ſtillã ſermõis eiꝰ audierimꝰ, tonitruũ magnitudis eius, qs poterit
« intueri, ⌊ppter hoc hæc dicit dñs⌋ hoc ẽ, propter hãc culpã. Eſa. 30. Pro eo q̃d reprobaſtis verbũ
hoc, & ſperaſtis in calũnia & in tumultu, & inixi eſtis ſup eo, ppterea erit vobis iniqtas hęc, ſicut in
« terruptio cadẽs, & reqſita in muro. Et ſubinfert qnq; pœnas. Prima ẽ: ⌊Vxor tua in ciuitate for
« nicabit⌋ Bethel. ſ. vbi tu es ſummus ſacerdos. Deut. 28. Accipies vxorẽ & alius dormiet cũ ea. For
nicationẽ vocat adulteriũ & pollutionẽ p hoſtes. Iob. 31. Scortũ ſit alterius vxor mea, & ſup illam
incuruentur alij. Threnorum. 5. Mulieres in Syon humiliauerunt & virgines in ciuitatibus Iuda,

⌊Et filij tui⌋ quæ præclarior tibi natio eſt ⌊& filiæ tuę⌋ per quas generos tibi acqrere cupiebas. D
⌊In gladio cadent⌋ hoſtiũ.ſ. Ezech.9. Senẽ adoleſcẽtulũ & virginẽ, paruulũ & mulieres interfici-
te vſq; ad internitionem. Et hęc eſt ſcđa pęna: Si obijciatur quod hoc eſt contra iuſtitiam diuinã
*Filiꝰ curpuniatur pro peccato patris.*
vt innocens occidatur. Ezechielis. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquita-
tem filij. Hieronymus reſpondet quod loquitur de illis qui iam imitatores paternæ malitiæ fuerũt
& ſi aliqui alij occiſi ſunt, bene actũ eſt cũ eis, ne malitias parentũ imitarent, ſicut dici conſueuit de
infantibus Sodomorum. Sapientiæ quarto: Ex iniquis omnes filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequi
tiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. Et ſubdit pœnam tertiam: ⌊& humus tua,⌋ ſupple,
quam poſſides, ⌊in funiculo metietur⌋ ab hoſtibus.ſ. vt æqualiter inter eos diuidatur. Threnoꝝ
vltimo: Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos. Pſalm.108. Fiant dies
eius pauci & epiſcopatum eius accipiat alter. Et ſubdit quartam: ⌊& tu in terra polluta morieris,⌋
pollutam terram dicit gentilium, propter idola quæ colebant. Eſaiæ.22. Quaſi pilam mittet te in
terram latam & ſpatioſam. Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, & ignominia domus domini
tui. Et ſubdit quintam: ⌊& Iſrael⌋ populus.ſ. decem tribuum ⌊captiuus⌋.ſ. ab hoſtibus, Chaldæ
is & Aſſyrijs, ⌊migrabit de terra ſua⌋.ſ. vel in Babylonem, vel ad montes Perſarum & Mœdo-
rum. Eſaię.51. Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum, ſicut Orix illaqueatus,
pleni indignatione domini, increpatione dei tui. Hæc ſub eiſdem auctoritatibus dicuntur de ma-
lis prælatis, quorum vxores, hoc eſt, eccleſiæ polluuntur hæreſi & peccatis, & filij & filiæ qui ſigni
ficant ſubiectos, gladio diaboli trucidantur, & ipſi inter pollutos polluti moriuntur, & poſſeſſio-
nes eccleſiæ à tyrannis diſtrahuntur, & populus eis commiſſus à diabolo captiuus & illaqueatus du E
citur. Eſa.5. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.

## ¶ In Capitulum Octauum, Enarratio.

*Eccleſia perit prælati negligẽtia.*
HAEC oſtendit mihi dominus deus.⌋ Tangit hic ſimilitudinem attractionis ſup-
pliciorum. Et habet partes duas. Primo enim oſtendit, qualiter continue attrahan
tur ſupplicia. Secundo, qualiter ipſa deſtructio fiet, infra octauo, ibi: Vidi dominũ
ſtantem ſuper altare. Prima diuiditur in duas. Primo enim ponit ſimilitudinem. Se
cundo ſimilitudinis explanationem, ibi: Audite hæc qui conteritis pauperem. In
prima duo dicũtur, ſimilitudo ſcilicet & inſtructio prophetę ad ſimilitudinis intelle
ctum: ⌊Hæc oſtendit mihi dominus deus.⌋ Oſee.12. Ego viſionem multiplicaui eis, & in manu
prophetarum aſſimilatus ſum: ⌊& ecce vncinus pomorum⌋ Hieronymus, per vncinum inttelli-
gitur abbreuiatum tempus captiuitatis, ſicut enim vncino poſt excuſſionem arboris modici fru-
ctus attrahuntur, remanentes in ſummitatibus ramuſculoꝝ, ita poſt tot concuſſiones & comminu
tiones non reſtat, niſi vt attrahantur reliqui, & de arbore naturali abrupti in vaſis ponantur hoſti-
um, & ad terram hoſtium tranſportentur. Pſalmo.20. Fructum eorum de terra perdes, & ſemen
eorum à filijs hominum. ⌊Et dixit:⌋ inſtruens ſcilicet me. ⌊Quid tu vides Amos?⌋ Hoc eſt, con
ſidera, vt intelligas quid ſignificet quod vides. Danielis decimo: Intelligentia opus eſt in viſione.
*Quam fluxa ſit vanitas mundi.*
⌊Et dixi⌋ vt occaſionem darem inſtruenti ⌊vncinum pomorum⌋ ſupple video. Per poma eñ
ſignificatur fructus vanitatis huius mundi. Sapientiæ quinto: Tranſierunt omnia illa tanquàm
vmbra, & tanquàm nuntius præcurrens, & tanquàm nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam. F
Sicut enim pomum odore ſuo reſoluitur, ſic pompa mundi & vanitas, dum in auras ſpargitur,
diſſipatur. ⌊Et dixit dominus ad me⌋ inſtruens.ſ. me de ſignificatione. Eſa.50. Dominus aperuit
mihi aurem, ego autem non contradico, ⌊venit finis ſuper populum meum Iſrael⌋ captiuitatis.ſ.
vel interfectionis. Ezechielis ſeptimo: Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terrę. Et iſte eſt
finis conſumptionis, non conſummationis. Eſaiæ decimoſexto: Finitus eſt puluis, conſummatus
*Deus diſſimulat peccata aliquãtiſper, non obliuiſcit.*
eſt miſer, defecit qui conculcabat terram, ⌊non adijciam vltra⌋ ſicut feci ſupple ⌊vt pertranſeam
eum⌋ diſſimulando.ſ. ne percuterem. Iob viceſimoquarto: Dedit ei deus locum pœnitentiæ, &
ille abutitur eo in ſuperbia. Ad tempus enim deus diſſimulat, ſed peccatorem non tranſit, quin fe-
riat, non enim pertranſit, niſi eos qui ſignum Thau habent in fronte. Ezechiel nono: Omnem ſu
per quẽ videritis Thau, ne occidatis. Exodi duodecimo: Tranſibit dominus percutiens Aegypti-
os, cumq; viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroq; poſte, tranſcendet oſtium domus, &
non ſinet percuſſorem ingredi, & lædere domus veſtras. Effectum autem ſubiungit ſignificatio-
*Cardines templi, pſides ſunt eccleſię*
nis vncini. ⌊Et ſtridebunt cardines templi in die illa dicit dominus deus⌋ Cardines templi in qui
bus voluitur oſtium templi ad intrandum & exeundum, vocat principes, & pontifices, & reges,
per quos eſt introitus vel exitus in ſynagogam vel eccleſiam, & hi tunc ſtridebunt, eo quod luge-
bunt. Threnorum ſecundo: Defixæ ſunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius, re-
ges eius & principes eius in gentibus. Et hæc dicit dominus, quem nihil latet. Hebræorum quar-
to: Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. Et hoc explanat, ſubdens: ⌊mul
ti morientur⌋ propter peccatum ſcilicet. Ro.6. Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum
Mortuus eñ eſt q principium vitę (quod eſt deus) in ſe nõ habet, ⌊in omĩ loco proijciet⌋ hoc eſt
ſpargeẽ ⌊ſilentiũ⌋ vt.ſ. nihil in quo vita eſt, audiatur. 1. Regum.2. Impij in tenebris conticeſcent.
Oſee.4.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A Oſee.4. Nocte tacere feci matrem tuã,& cõticuit populus meus,eo quod non habuit ſcientiam.
¶⌊Audite hoc⌋ Explanat hic ſimilitudinis inductionem per tria, per peccati ſcilicet exprobra-
tionem,per proſperitatis & conſolationis ablationem, ibi: Occidet ſol in meridie,& per defectus
& mortis inductionem,ibi: Ecce dies veniunt. In prima harum duo dicit, ſcilicet peccati expro-
brationem & condemnationem,ibi: Iurauit dominus. ⌊Audite hoc⌋ id eſt,quid ſignificet hoc au
dite. Iob duodecimo: Nonne auris verba dijudicat,& fauces comedentis ſaporem? ⌊qui conteri-
tis pauperem⌋ bona ſcilicet pauperum diripiendo. Eſaię tertio: Quare atteritis populum meum,
& facies pauperum commolitis? ⌊& deficere facitis egenos.⌋ Deficiunt enim egeni quando ſua
ſubtrahuntur,ſicut dicit Hieronymus: Hoc faciunt clerici noſtri temporis, qui bonas conſuetudi-
nes vocant inuentiones ad extenuandos pauperes. Prouerbiorũ triceſimo: Eſt generatio quę pro
dentibus habet gladios,& cõmandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra,& pauperes ex ho
minibus, ⌊dicentes⌋ per auaritiam ſcilicet, ⌊quando tranſibit meſſis⌋ Meſſis hic non dicitur tem
pus meſſium ſed fructus,& optant vt fructus meſſium tranſeant,vt ſua carius vendant, quæ ſcili-
cet de anno in annum propter cariſtiam reſeruauerunt, contra hoc quod dicitur Leuitici.25. Si — Vſura interdicitur.
attenuatus fuerit frater tuus,& infirmus manu,& ſuſceperis eum, quaſi aduenam & peregrinum,
& vixerit tecũ,ne accipias ab eo vſuras,nec amplius quàm dediſti. Time deum tuum vt viuere poſ
ſit frater tuus apud te,pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, nec frugum ſuperabundantiã exi-
ges ab eo. Frugum autem ſuperabundantiam quęrit qui multo maioris vendit quàm emit. Et hoc
eſt quod ſequitur. ⌊& venundabimus merces,⌋ hoc eſt,ad voluntatem noſtrã vendemus,quan-
B do pauperes ſcilicet neceſſitate famis compulſi, emere oportet,ſicut illi volunt qui habent granũ,
vel vinum, ⌊& ſabbatum,⌋ ſupple, quando tranſibit. Et intelligit de ſabbato terræ,quando terra
non ſeminabatur, tunc enim ſequenti anno cariſtia fuit, Leuitici.25. Et hoc eſt quod ſequitur:
⌊& aperiemus frumentum⌋ vt ſcilicet carius vendamus. Vnde Prouerbiorum.11. Qui abſcondit
frumenta,maledicetur in populis,benedictio autem ſuper caput vendentium. Frumenta abſcon- — Maledictus qui frumẽta abſcondit in tempore.
dit in tempore,qui antea nouum bono foro emit, & vſq; ad tempus cariſtię abſcondi. Itẽ tẽpore
autem vendit qui frumenta requirentibus vendit,non eleuato vltra communem ac iuſtã æſtima-
tionem pretio. Et hoc ſubditur, ⌊vt imminuamus menſuram,⌋ hoc eſt,menſuram paruam pro
maiori quam videlicet magnam emimus,vendamus, ⌊& augeamus ſyclum⌋ maius ſcilicet preti-
um in pondere accipiendo. Contra quod dicitur Leuitici decimonono: Nolite facere iniquũ ali-
quid in iudicio,in regula,in pondere,in menſura. Statera iuſta & æqua ſint pondera,iuſtus modi- — Abominabilis ẽ deo ſtatera doloſa
us æquuſq; ſextarius, ⌊& ſupponamus ſtateras doloſas⌋ Maiori ſcilicet emendo & minori ven-
dendo. Prouerbiorum.11. Statera doloſa abominatio eſt apud deum,& pondus æquum voluntas
eius. Michææ ſexto: Adhuc ignis in domo impij, theſauri iniquitatis, & menſura minor irę ple-
na. Et quod intentione auaritiæ hoc fecerint,ſubdit: ⌊vt poſſideamus in argento egenos⌋ neceſ- — Auaritia modum neſcit
ſe eſt enim vt & ſeipſos conſumpta ſubſtantia vendant in ſeruos & ancillas. Geneſis quadrageſi-
moſeptimo: Non cælamus dominum noſtrum quod deficiente pecunia pecora ſimul defecerunt
nec clam te eſt,quod abſq; corporibus & terra nihil habemus, cur ergo moriemur te vidente? Et
nos & terra noſtra tui erimus, ⌊& pauperes pro calceamentis⌋ ſupple poſſideamus. Calceamen-
tum autem vocat conculcationem ab vſu quia conculcatur calceamentum. Et ſenſus eſt, vt poſſi-
C deamus pauperes ad conculcandũ. Mich.6. Nunquid iuſtificabo ſtaterã impiã & ſacculi ponde-
ra doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate,& habitantes in ea loquebantur mendaciũ
& lingua eorum fraudulenta in ore eoꝝ, ⌊& quiſquilias frumenti vendamus.⌋ Sapientiæ.2. Op-
primamus pauperem iuſtũ & non parcamus viduæ. Quiſquiliæ eñ ſunt paleæ immixtæ frumen-
to quas pauperes emere coguntur,propter famis neceſſitatem. Lucę.16. Cupiens ſaturari de mi-
cis,quę cadebant de menſa diuitis. Cuius peccati ſubiungit deteſtationẽ. ⌊Iurauit dñs⌋ hoc eſt,in
ſua veritate ſtatuit ⌊in ſuperbiam⌋ hoc eſt,contra ſuperbiam ⌊Iacob⌋ hoc eſt, decem tribuum.
Gloſſa inducit illud.1. Petri.5. Deus ſuperbis reſiſtit, ⌊ſi oblitus fuero,⌋ ſupple per indulgentiam,
⌊vſq; in finem⌋ hoc eſt,vſq; ad vltimũ, ⌊omnia opera eoꝝ⌋ peccatoꝝ .ſ. Iob.14. Signaſti quaſi
in ſacculo delicta mea. Sapiæ.1. In cogitatiõibus impij interrogatio erit, & ſermonũ illius auditio
ad deũ veniet ⌊Nunqd nõ ſuper iſto⌋ ſupple peccato tã crudeli,& tã nefando ⌊non⌋ ſuppl. me-
rito, ⌊cõmouebit terra⌋ hoc ẽ,terreni cõcutient cõmotione conturbulationis. Eſaiæ.24. Diſſipa
tione diſſipabitur terra,& direptione prædabitur. Et hoc explanat ſubdens: ⌊&⌋ id eſt, ⌊lugebit
omnis habitator eius⌋ Habitator terræ eſt qui mente inhabitat terram. Eſa.24. Propter hoc ma-
ledictio vorabit terram, ideoq; inſanient cultores eius,& peccabunt habitatores eius,& relinquẽ-
tur homines pauci, ⌊&⌋ id eſt, ⌊quia aſcendet quaſi fluuius vniuerſus,⌋ ſupple, habitator terræ,
hoc eſt,ſicut Nilus obſtructus in oſtijs cumulis arenaꝝ,ſuper ripas aſcendẽs,operit terram,ita iſti
cumulis diuitiaꝝ quaſi aſcendentes inundant ſuper pauperes. Eſaiæ octauo: Ibit per Iudam inun-
dans & tranſiens vſq; ad collum veniet. Multos enim ſuffocant pauperes,quaſi ad collum ſtringẽ — Auari pauperum ſunt ſuffocatores.
tes,ſicut dicit Matth.18. Abijt & miſit eũ in carcerem,donec redderet vniuerſum debitũ, hoc eñ
malus ſeruus fecit cõſeruo. Et dr̃ ibidem,quod tenens ſuffocabat eum dicens: Redde quod debes.

⌊& eijciet⌋

⌊& eijcietur⌋ de diuitijs,ſcilicet,per captiuitatem,vel mortem,ſicut eijciuntur cumuli arenarum, »
obſtruentes Nilum. Eſaię viceſimoſecundo: Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo de- D
ponam te ,⌊& defluet quaſi riuus Aegypti,⌋ hoc eſt , ſicut Nilus remotis cumulis arenarum de- »
fluit in mare,ita iſti per mortem ablatis diuitijs,defluent in amaritudinem æternam,ſecundi Re-
gum decimoquarto: En omnes morimur,& quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertun-
tur . Pſalmo quinquageſimoſeptimo : Ad nihilum deuenient tanquàm aqua decurrens.
¶ ⌊Et erit⌋ Tangit hic lætitiæ in triſtitiam conuerſionem. ⌊Et erit⌋ certitudinem notat fu- »
turi quod prædicitur, ⌊in die illa dicit dominus⌋ claræ.ſ.iuſtitiæ, ⌊occidet ſol in meridie,⌋ hoc »
eſt,quando clarius deberet lucere,Sol autem eſt vel intelligentia veritatis,vel ſplendor proſperita-
tis. Sapiæ quinto: Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis , laſſati ſumus in via iniquitatis, ⌊& tene- »
breſcere faciam terram⌋ hoc eſt,terrenos. ⌊In die luminis⌋ quando.ſ. lumen lætitiæ & veritatis »
magis deſideraretur. Eſaię decimotertio: Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo , & luna non ſplendebit
in lumine ſuo. Iohel ſecundo: Sol conuertetur in tenebras , & luna in ſanguinem. ⌊Et conuertam »
feſtiuitates veſtras⌋ hoc eſt, lætitias mundanas, ⌊in luctum⌋ temporalis,vel æternę captiuitatis, »
Malachiæ ſecundo: Diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum,⌊& oīa »
cantica veſtra⌋ quę de vanitate.ſ.mundi ſunt,⌊in planctum⌋ ſupple conuertam. Threnorum.5. »
Verſus eſt in luctum chorus noſter. Amos quinto : Aufer à me tumultum carminum tuorum,&
cantica lyræ tuæ non audiam. Et ſubdit de ſignis triſtitiæ. ⌊Et inducam ſuper omne dorſum,ſac- »
cum⌋ qui.ſ.aſper,& humilis eſt. Tali eñ habitu tempore triſtitię vtebantur antiqui. Iob decimo- »
ſexto: Saccum conſui ſuper cutem meam,& operui cinere carnem meam . Facies mea intumuit à E
fletu,& palpebræ meæ caligauerunt,⌊& ſuper omne caput caluitium⌋ ſupple,inducam euulſis pi »
lis præ triſtitia, Ezech.29. Omne caput decaluatum eſt. Eſaiæ ſeptimo: In die illa radet dominus in
nouacula conducta in his qui trans fluuium ſunt,in rege Aſſyriorum caput & pilos pedum & bar-
bam vniuerſam,primi Eſdræ nono: Cum audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum,& tu-
nicam meam , & euulſi capillos capitis mei , & barbæ ,& ſedi męrens , ⌊&⌋ ſic, ſupple ⌊ponam »
eam⌋ terram.ſ. ⌊quaſi luctum vnigeniti⌋ ſcilicet, vt vnuſquiſq; tam amarè lugeat , ſicut conſue »
uit lugeri vnigenitus, Hieremiæ ſexto: Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum ⌊& nouiſſi- »
ma eius⌋.ſ.in Romana captiuitate,vel inferni,ſupple ponam, ⌊quaſi diem amarum,⌋ propter.ſ. »
pœnæ temporalis , vel æternæ amaritudinē, Sophoniæ primo: Vox diei dñi amara,tribulabitur
Quæ conuerſio ſit pœnitentibus neceſſaria.
ibi fortis. Hæc pœnitentibus conueniunt ſub eiſdem auctoritatibus,qui gaudia peccatorum in lu-
ctum conuertunt,ſuauitatem delitiarum in ſacci aſperitatem,caput mentis radunt à pilis malarum
cogitationum,& ponunt ſiue fundant ſe in luctum,quaſi vnigenitum lugeant,hoc eſt,ſpiritum ſu
um & nouiſſimam mortis,vel inferni amaritudinem quotidie præ oculis habent , Eccleſiaſt.7. In
omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua,& in æternum non peccabis. ¶ ⌊Ecce dies ve »
niunt,⌋ Hic tangit reſponſionis & conſolationis diuinæ ablationem , ſub methaphora famis. Et »
ideo primo ponit methaphoram . Secundo explanationem . Tertio defectum conſequentem.
⌊Ecce dies veniunt,⌋ claræ.ſ.iuſtitiæ,⌊dicit dominus⌋ q non mentitur, ⌊& emittam famem⌋ »
verbum emiſſionis notat , quòd ipſa fames quantum ad demeritum eorum diu venire debuerat,
⌊in terram⌋ terrenos,ſcilicet Iudæos, Pſalmo centeſimoquarto: Vocauit famem ſuper terram,& »
omne firmamentum panis contriuit. Geneſis.41. Creſcebat quotidie fames in omni terra. Et ex- F
planat methaphoram,⌊non famem panis⌋ materialis.ſ. ⌊neq; ſitim aquæ⌋ materialis.ſ. ⌊ſed au »
diendi verbum dei⌋ hoc eſt,reſponſa & oracula facta per prophetas,quos modo contemnitis,pri »
mi Regum tertio: Sermo dñi erat pretioſus,hoc eſt,rarus. Ioſephus eñ dicit,quòd in vltima ca-
ptiuitate reſponſum per prophetas habere non poterant. Nec mirum,quia dominum propheta-
rum occiderunt. Eſa.29. Claudet oculos veſtros, prophetas & principes veſtros q vident viſio-
nes operiet. Ezech.14. Viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis,& ſcandalum iniqui-
tatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam. Nunquid interrogatus,reſpondebo eis? quaſi diceret nō.
.1.Regum.28. Deus receſſit à me,& exaudire me noluit,neq; in manu prophetarum, neq; per ſo-
mnia. ⌊Et commouebuntur⌋ preſſi.ſ.hac fame & ſiti ⌊à mari⌋ orientali.ſ.mortuo ⌊vſq; ad ma »
re⌋ magnum.ſ.occidentale ⌊& ab aquilone⌋ quod eſt aliud latus terræ coniunctum occidenti, »
⌊vſq; ad orientem⌋ hoc eſt,ad latus meridionale,quod coniungitur orienti,⌊circuibunt⌋ igno- »
rantes.ſ.quid agant,⌊quęrentes verbum dñi⌋ Reſponſa.ſ.prophetarum. Pſalm̃.58. Famem pati »
entur vt canes,& circuibunt ciuitatem,⌊& non inuenient⌋ reſponſum.ſ. Amos.5. In gregibus ſu »
is,& in armentis vadent ad quærendum dñm,& non inuenient,ablatus eſt ab eis. Threñ.2. Pro-
phetę eius non inuenerũt viſionē à dño. Hęc ſub eiſdē auctoritatibus ad laicos referunt,quęrētes à
paſtoribus eccleſię verbi dei pabulũ,& ſapiæ potũ,& nō inueniētes. Threñ.4. Paruuli petierũt pa-
nē & nō erat q frāgeret eis. Et ſubdit de cōſequēte defectu,dicēs: ⌊In illa die⌋.ſ.cũ miſero famem, »
⌊deficiēt virgines pulchrę⌋ à pulchritudine ,ppter inediā famis. Thre.1. Virgines eius ſqualidę,& »
ipa oppſſa amaritudine ⌊& adoleſcētes⌋ ſup. deficiēt ⌊in ſiti⌋ Thr.4. Qui veſcebant voluptuoſe »
interierũt in vijs,& q nutriebant in croceis amplexati ſunt ſtercora. Iob.18. Exardeſcet cōtra eũ ſitis
Et ibidem

Et ibidem poſt pauca : Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas eius, deuoret pul-
A chritudinem cutis eius, conſumat brachia illius primogenita mors. ⌊ Qui ⌋ hoc eſt, quia ⌊ illi iu-
rant in delicto Samariæ, ⌋ hoc eſt, in idolo, quod eſt cauſa delicti. Sapientiæ. 14. Infandorum ido Idololatria
lorum cultura omnis mali cauſa eſt, & initium & finis, ⌊ & dicunt, ⌋ ſupple iurantes, & ad modum cauſa eſt oīs
antiquorum iuramenta formātes. ⌊ Viuit deus tuus Dan ⌋ In Dan vnum vitulorum Hieroboam delicti
poſuit. Vnde ſenſus eſt: Iuro per vitam idoli quod eſt in Dan, à cuius vita ſuam vitam pendere pu
tabant. Sapientiæ. 15. Non erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt, & pro ſanitate quidem infir
mum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, ⌊ & viuit via Berſabee, ⌋ hoc dicit propter duas tri
bus. Berſabee enim eſt in tribu Iuda, vbi duæ tribus idola coluerūt, ſicut in antehabitis dictum eſt
Vnde ſenſus eſt : Iuro per vitam idoli, quod eſt in Berſabee, pro cuius deuotione viam hanc ad
ipſum eundum ſuſcepi. Secundum quòd dicitur Hieremiæ quinto: Filij tui dereliquerunt me, & iu
rant in his qui non ſunt dij, ⌊ & cadent ⌋ à ſtatu ſcilicet libertatis in captiuitatem. Eſaiæ ſexageſi-
moquarto : Cecidimus quaſi folium vniuerſi & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerūt nos,
⌊ & non reſurgent vltra ⌋ Amos quinto: Domus Iſrael cecidit, non adijciet vt reſurgat. Iſte de-
fectus ſpiritualiter eſt, quando virgineæ mentes ex defectu pabuli ſpiritualis & gratiæ deſtituun-
tur, & iuuenes in quibus ætas robuſta deberet eſſe, eadem cauſa infirmantur. Et ad hoc auctorita-
tes inductæ ſufficiunt. Threnorum primo: Omnis populus eius gemens, & quærens panem, de-
derunt quæq; pretioſa pro cibo ad refocillandum animam. Zacharię nono: Quid bonum eius eſt
aut quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum & vinum germinans virgines.

B ¶ In Cap. IX. Enarratio.

VIdi dominum ſtantem, ⌋ Hic inducit duarum tribuum deſtructionem, & habet
partes duas. Primo enim dicit, qualiter deſtruentur. Secundo, falſam remouet
conſolationem, qua ſibi blandiebantur, ibi: Nunquid vt filij Aethiopum. Prima,
diuiditur in tres. Primo enim ponit deſtructionem. Secundo, fugæ impoſſibili-
tatem, ibi: Non erit fuga eius. Tertio: Ne ſe putent poſſe reſiſtere, percutientis dei
deſcribit maieſtatem, ibi: Qui tangit terram. Dicit ergo: ⌊ Vidi dominum ſtan-
tem ⌋ Vel angelum in ſpecie domini, aſſumpta ſpecie corporali, ſtantem autem dicit, ⌊ ſuper alta-
re ⌋ quaſi paratum ad receſſum ſicut deſcribitur Ezechielis decimo: Egreſſa eſt gloria domini à li-
mine templi, & ſtetit ſuper Cherubim. Super altare autem ſtat, quaſi diſſipaturus cultum & reli-
gionem propter idololatriam. Eſaiæ tertio: Stat ad iudicandum dominus, & ſtat ad iudicandos
populos. ⌊ Et dixit dominus ⌋ ſupple angelo vel prophetæ: ⌊ Percute ⌋ id eſt, percutiendum nun
tia, ⌊ cardinem templi, ⌋ hoc eſt, ſacerdotes, in quorum poteſtate eſt introitus & exitus in tem-
plum, ⌊ & commoueantur ſuperliminaria ⌋ hoc eſt, ſuper ædificata. Eſaiæ ſexto: Commota ſunt
ſuperliminaria cardinum, à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo, quod proximum ſignifi-
cabat templi incendium. Et ſubdit cauſam. ⌊ Auaritia enim ⌋ Gloſſa, cupiditas rerum tempora-
lium ſupple eſt. ⌊ In capite omnium ⌋ Supple, & ſingulorum. Summus enim princeps & inferio-
C res, non ſtudebant, niſi auaritiæ, ſimiliter etiam mens ſingulorum (quæ caput animæ eſt) nil niſi
auaritiam meditabatur. Quod magis verum eſt de principibus eccleſiæ, quàm ſynagogæ. Hiere-
miæ ſexto: Extendam manum meam ſuper habitantes terram, dicit dominus. A minore quippe Prælatorū
vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & à propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciunt do- execranda
lum. Eſaię quinquageſimoſexto: Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam ſuam auaritia.
declinauerunt: vnuſquiſq; ad auaritiam ſuam à ſummo vſq; ad nouiſſimum. Contra quod dici-
tur Eſaiæ triceſimotertio: Qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni mu-
nere, qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos, ne videat malum, iſte in
excelſis habitat, ⌊ & nouiſſimum eorum, ⌋ hoc eſt, minimum qui etiam auarus eſt. ⌊ In gladio in-
terficiā ⌋ Chaldæorum ſcilicet vel iudicij mei. Eſaiæ primo : Quod ſi nolueritis, & me ad iracun-
diam prouocaueritis, gladius meus deuorabit vos. Iob decimonono: Fugite à facie gladij, quoni-
am vltor iniquitatum gladius eſt. Nouiſſimum etiam auarorum mors eſt, quando finiuntur gla-
dio æternæ condemnationis. Matthęi duodecimo: Fiunt nouiſſima hominis illius peiora priori-
bus. Hieremię decimoſeptimo: In nouiſſimo erit inſipiēs. Propter hoc dicitur Deuteronomij. 32. Auaritię fi
Vtinā ſaperent & intelligerent ac nouiſſima prouiderēt. Et ſubdit de impoſſibilitate fugæ: ⌊ Non nis more p̄
erit fuga eis. ⌋ Manū enim dei omnipotentis nemo effugere poteſt. Amos ſecūdo: Peribit fuga à pecua
veloce. 2. Machabæorum ſexto. Manū omnipotentis neq; viuus neq; defunctus effugiam, ⌊ & q fu
gerit ex eis ⌋ hoc eſt, fugere voluerit, ⌊ non ſaluabit ⌋ ſicut Hie. vltimo: Sedechias & ſui fugere vo Manū dei
luerūt, & nō potuerūt cōprehēſi in cāpis Hiericho, & adducti in Reblata, vbi exoculatus eſt Sede nemo pōt
chias & filij eius, & principes interfecti. Et Hie. 43. vbi fugiētes in Aegyptū, ibidē interficiendi p effugere
phetant. Quod āt in vniuerſali dixit exequit per ſingula ſubdēs, ⌊ ſi deſcenderint vſq; ad infernū ⌋
Hyperbole ē, hoc ē, ſi poſſibile eſſet quod in infernū ſe mergerent, ⌊ inde manus mea educet eos ⌋
Ad iudicium ſcilicet, & ad vindictam. Iob triceſimoquarto : Non ſunt tenebræ & non eſt vm-
bra mortis, vt abſcondantur ibi, qui operantur iniquitatem, ⌊ & ſi aſcenderint vſque ad cœlum, ⌋

ſi hoc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi hoc poſſibile, ſupple eſſet, ⌊inde detraham eos,⌋ ſimile Abdiæ: Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi D
inter ſydera poſueris nidum tuum, inde detraham te dicit dominus, ⌊& ſi abſconditi fuerint,⌋ ſi
hoc poſſibile eſſet, ⌊in vertice Carmeli,⌋ Carmeli montis eſt valde condenſa ſylua, vbi multi
abſcondūtur, ſicut & Dauid cum viris ſuis, ibidem abſconditus fuit, primo Regum.25. ⌊inde ſcru-
tans⌋ eos, ſupple, ſicut feras, ⌊auferam eos⌋ Hieremiæ.16. Mittam eis venatores multos & vena-
buntur eos, de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum, quia oculi mei ſuper
omnes vias eorum. Non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occulta iniquitas eorum ab ocu-
lis meis, ⌊& ſi cælauerint ſe⌋ Hoc eſt, cælare voluerint ⌊ab oculis meis.⌋ qui tamē intuentur in
abyſſum. Daniel tertio. ⌊In profundo maris⌋ Si hoc poſſibile eſſet, ⌊ibi mādabo ſerpēti⌋ Leuia
than, ſcilicet ⌊& mordebit eos⌋ hoc eſt, abſorbebit. Hierem̄.51. Abſorbuit me quaſi draco reple
uit vētrem ſuum teneritudine mea, ⌊& ſi abierint in captiuitatem⌋ Vel literaliter, vel ſpiritualiter
⌊coram inimicis ſuis⌋ Chaldæis. ſ. vel dæmonibus, ⌊ibi mādabo gladio, & occidet eos⌋ Ezech.
5. Gladium euaginabo poſt eos. Deuteronomij.32. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripue
rit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis. Et ſubiungit generaliter, ⌊& ponam⌋
hoc eſt, figam ⌊oculos meos,⌋ quibus ſcilicet ſe ſubducere non poſſunt, ⌊ſuper eos in malum,⌋
inducēdum ſuper eos, ⌊& non in bonum,⌋ vt. ſ. aliquid boni fiat. Deuteron̄.28. Seruies inimico
tuo, quem immittet tibi dominus, in fame, & ſiti, & nuditate, & omni penuria, & imponet iugum
ferreum ſuper ceruicem tuam, donec te cōterat, ⌊ait dominus deus exercituum.⌋ Confirmatio
eſt omnium inductorum, Secūdum ſenſum ſpiritualem, in infernū fugiūt, qui ad deſperationem
vel præſumptionem confugiūt. In cœlum autem aſcendūt qui fortitudine ſuperbiæ cōtra deum
tument, & reſiſtere ſe poſſe deo putāt. In Carmelo latitāt, qui in dignitate & in condenſo familiæ
& parētum, ſubducere ſe iudicio putāt. In profundo maris qui fluctuant in amaritudinibus ſeculi.
Pſalm̄.138. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcēdero in cœlum tu illic es, ſi de-
ſcendero ad infernum ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.
Etem̄ illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Iob.11. Excelſior cœlo eſt, & quid fa-
cies. Profundior inferno, & vnde cognoſces, longior terra menſura eius, & latior mari. Et ſubdit E
de maieſtate percutientis. ⌊Qui tangit terram,⌋ hoc eſt, terrenos, ⌊& tabeſcit,⌋ hoc eſt, in tabē
reſoluitur. Tabes enīm eſt lues, vel putredo ſanguinis mortui. 1. Machabæorum.2. A verbis viri pec-

Tyrannorum minæ non ſunt anxiæ timendæ.

catoris ne timueritis, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt, hodie extollitur, & cras nō inuenie-
tur, ⌊& lugebūt om̄es habitātes in ea⌋ Eſaiæ.24. Luxit & defluxit terra, & infirmata eſt, ⌊& aſcē
det ſicut riuus.⌋ Dominus dicit ſicut riuus Aegypti aſcendere, quādo maieſtate om̄es opprimit,
ſicut Nylus egrediēs ripas, tegit Aegyptum. Eſaiæ.8. Ibit per Iudam inundās, & trāſiens vſque ad
collum veniet. Et intelligitur de trāſitu fluuij iudicialis, de quo dicitur Daniel.7. Fluuius igneus ra
pidusque egrediebatur à facie eius. Hic riuus dicitur conſummatiōis, quia iudicium illud omnia ad
ſummam iuſtitiæ deducet, ⌊& defluet⌋ inuoluēs, & trahēs om̄es malos, ⌊ſicut fluuius Aegypti⌋
defluit in amaritudinem maris, ita defluent iſti in amaritudinem æternę mortis. Iob.21. Dulcis fu
it glareis cocciti, & poſt ſe omnem hoīem trahit, & ante ſe innumerabiles. Coccitus fluuius infer-
nalis eſt, qui antea in vita iſta, in pœna & peccato trahit omnes, & poſt vitam iſtam in infernum
trahit innumerabiles. Eccl̄.1. Stultorum infinitus eſt numerus. ⌊Qui ædificat in cœlo aſcēſionem
ſuam⌋ Hoc eſt, in cœleſtibus, qui virtutibus in cœlum aſcendūt, in quibus continue exaltatur de-
us. Pſalmo.8. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos deus. Epheſi.4. Qui deſcendit ipſe eſt, & F
qui aſcēdit ſuper omnes cœlos vt adimpleret om̄ia, ⌊& faſciculum ſuum⌋ hoc eſt paruulum gre-
gem credētium bonorum ⌊ſuper terram fundauit⌋ fide. ſ. & religione ne pereat. Gloſſa: Iſte faſci
culus vna dei religiōe collectus eſt. Vn̄ & ipſa religio à religādo, ac velut in faſce deo vinciente col
ligādo nomen accepit. Canticorum.3. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Eſa.45. Poſt te vin-
cti manibus pergent, teque adorabunt, & te deprecabūtur. ⌊Qui vocat⌋ Gloſſa in aera per nubes,
⌊aquas maris⌋ Gloſſa, dulcoratas calore ſolis, ⌊& effundit eas⌋ per pluuias, ⌊ſuper faciē terræ⌋
Iob.38. Nunquid eleuabis vocem tuam in nebula, & impetus aquarum operiet te? Iſtæ aquæ vel
ſignificāt doctrinam quam pluunt doctores, vel ſignificant tribulationem quam pro tempore im
mittit deus peccatoribus in pœnitentiam. ⌊Dominus nomē eius⌋ Pſalmo.76. Dominus nomen
illi. Exo.15. Om̄ipotēs nomē eius. ⌊¶ Nunquid nō?⌋ Excludit hic falſam p̄ſumptionē. Dicebāt enīm
populū cui deus tot beneficia impēdit in eductiōe de Aegypto, & in tēpli ſanctificatiōe, & in alijs

Diligit deus cuncta quæ fecit

nō debere à deo derelinqui. Et hoc elidit hic: ⌊Nunquid nō vt filij Aethiopū?⌋ quibus. ſ. ſimilia beneficia
impendi, creando, ſcilicet & ab hoſtibus liberando, & de ſeruitute educendo. ⌊Vos eſtis mihi filij
Iſrael dicit dominus deus⌋ ac ſi dicat, alijs ſimilia beneficia impendi, ſicut vobis, & creando, & de
diuerſis periculis ac ſeruitute educendo. Sapiæ.11. Diligis om̄ia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ
feciſti. Pſalmo.18. Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Et ſpecificat ſubdens. ⌊Nunquid non
Iſrael aſcēdere feci de terra Aegypti⌋ Michææ.6. Memento quod eduxerim te de terra Aegypti
& de domo ſeruitutis liberaui te, ⌊& palęſtinos⌋ hoc eſt, Philiſtæos ſupple eduxi ⌊de Cappado-
cia⌋ Vnde & Cappadocia manus tortoris interpretatur, & in hoc ſupple ſunt ſimiles vobis, ⌊&
Syrios⌋

Syrios⌋ Gloſſa, qui modo habitant in Damaſco, ſupple, eduxi, ⌊de Cyrene⌋ quæ eſt ciuitas Li-
A byæ vltra Aegyptum. Sapiæ. 6. Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omni-
bus, Aethiopes à conſuetudine ſignificant peccatores, qui aliquando ad deum adducuntur. Pſal-
mo. 6. Aethiopia præueniet manus eius deo. Palęſtini dicuntur potione cadentes, & ſignificant in
delectatione mundi ſubmerſos, quos de Cappadocia, hoc eſt de manu tortoris, aliquando addu-
cit deus, Pſalmo. 43. Liberaſti nos ex affligentibus nos. Syri ſublimes vel altos ſignificant in gr̃a,
quos de Cyrene, hoc eſt de ſemine maledicto, aliquando adducit deus, Sapiæ. 12. Erat ſemen ma
ledictum ab initio, ⌊ecce⌋ hoc eſt, per hoc in euidenti patet, ⌊oculi dñi ſuper regnũ peccans⌋ ad
puniendũ. ſ. & regnum dicitur, quando in poteſtate peccati regnat. Romañ. 6. Non regnet pec-
catum in veſtro mortali corpore. Ecci. 10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniu-
ſtitias & iniurias & cõtumelias ac diuerſos dolos, ⌊& conteram illud,⌋. ſ. regnum ⌊à facie terrę⌋
Pſalmo. 2. Reges eos in virga ferrea, & tanquàm vas figuli confringes eos. Ab hac tamen contri-
tione finali excipit electos, ſubdens: ⌊Veruntamen conterens⌋ ſupple in præſenti, ⌊non conte-
ram⌋ in æterna. ſ. damnatione ⌊domũ Iacob⌋ hoc eſt, familiam Iacob ⌊dicit dominus,⌋ Eſa. 1.
Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus. 3. Regum. 19. Et derelin
quam mihi in Iſrael ſeptuaginta milia viroꝝ, quoꝝ genua nõ ſunt incuruata ante Baal. Permittit
eñ dñs ſuos tribulari, ſed non deſtruit. 1. Corint. 10. Fidelis deus q non patietur vos tentari ſuper Deus corri
id quod poteſtis. Qualiter autem fiat hoc, ſubdit: ⌊Ecce eñ⌋ quaſi in euidẽti eſt, ⌊ego mãdabo⌋ git hic ſuos
per occultum inſtinctum, Gloſſa, miniſtris meis Antiocho Epiphane & ſucceſſoribus Alexandri, non perdit
& regi Aſſyriorum & Chaldæorum & etiam ipſi dæmoni licentiam dando tentandi, ⌊& concu-
tiam⌋ hoc eſt, ſimul quatiam, ſiue quaſſabo ⌊in om̃ibus gentibus⌋ malis. ſ. ⌊domum Iſrael⌋ hoc
B eſt, familiam Iſrael. 2. ad Timotheum. 3. Omnes q pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem pa
tientur, ⌊ſicut concutitur⌋ hoc eſt, ſicut concuſſio fit, ⌊triticum in cribro⌋ Concuſſio eñ in cri-
bro fit, apprehenſo cribro ambabus manibus, & quaſſando ad omnem partem granum, donec pa
lea & puluis exeant. Lucæ viceſimoſcd̃o: Symon ecce Satan expetiuit vt cribraret vos ſicut triticũ
Ecci. 27. In percuſſura cribri remanet puluis cadens. ſ. de cribro, ⌊& non cadet lapillus ſup̃ terrã⌋
ſed puluis. ſ. & palea. Lapillum dicit granum ſolidum per charitatem, & graue per maturitatem
virtutis, quod vento tentationum exufflari non poteſt. Septuaginta habent ventilabro. Lucæ. 3.
Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam. Quid autem fiat de paleis, ſubdit:
⌊In gladio morientur⌋ ſententia. ſ. diuini iudicij ⌊omnes peccatores⌋ Gloſſa, vſq; ad mortem in
peccatis perſeuerantes ⌊populi mei⌋ numero. ſ. & non merito immixti populo meo, Pſalmo. 7.
Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrauit, ⌊qui⌋ hoc eſt, quia illi contradicentes, ſupple, pro
phetis ⌊dicũt nõ appropinquabit⌋ ſupple, nobis malum. Et hoc eſt quod ſubdit ⌊&⌋ id eſt, ⌊nõ
veniet ſuper nos malum⌋ & ſic promittebant impunitatem peccatoribus, quod eſſet contra diui
nam iuſtitiam. Hiere. 7. Ecce vos confiditis vobis in ſermonibus mendacij, q non proderunt vo-
bis, furari, occidere, adulterari, & iurare mendaciter libare Baalim & ire poſt deos alienos, ſperan-
do, ſupple, impunitatem in iſtis, cum ſcriptum ſit in Pſalmo. 58. Non miſerearis omnibus qui ope
rantur iniquitatem. ¶ ⌊In die illo.⌋ Tangit hic conſolationem duarum tribuum, in tribus. ſ.
regni reſtitutione, terræ fertilitate, ibi: Ecce dies veniunt, & ciuitatum reædificatione ibi, & ædi-
ficabunt ciuitates deſertas. ⌊In die illo⌋ claritatis. ſ. & lætitiæ, Pſalmo. 117. Hæc eſt dies quam fe-
cit dominus, exultemus & lętemur in ea, ⌊ſuſcitabo⌋ quaſi de mortuis. Ro. 5. Vocat ea quę non
ſunt tanq̃ ea q̃ ſunt ⌊tabernaculũ Dauid⌋ hoc eſt regnum, quod non legit̃ eſſe factũ non per Chri
C ſtum. Per Zorobabel eñ qui reuerſus eſt de captiuitate, regnum ſuſcitatum non eſt, ſed deſtructũ Zorobabel
& tranſlatum ad ſacerdotes. Per Chriſtum autem natum de ſemine Dauid, ſp̃ualiter eſt ſuſcitatũ trãſtulit re
Hiere. 23. Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex. Lucæ. 1. Dabit illi dñs deus ſedem Da gnum Iſra-
uid patris eius. Ezechieľ. 37. Ego ero eis deus, & ſeruus meus rex Dauid ſuper eos, & paſtor vnus el ad ſacer-
erit omnium eorum. Apocalypſis. 21. Ecce tabernaculum dei cum hoı̃bus & habitabit cum eis. dotes
⌊quod cecidit⌋ per peccatum. ſ. & idololatriam & negationem, qua Chr̃m regem eſſe negauerũt
Danieľ. 9. Non erit eius populus, q eum negaturus eſt. Eſa. 9. Verbum miſit dñs in Iacob, & ceci-
dit in Iſrael. Qualiter autem hoc fiat, ſubdit: ⌊&⌋ id eſt, ⌊reædificabo aperturas⌋ hoc eſt ſciſſuras
& ruinas ⌊murorum eius⌋ de viuis. ſ. lapidibus. Eſa. 58. Aedificabuntur in te deſerta ſeculorum,
fundamenta generationis & generationis ſuſcitabis. Epheſiorum. 2. In quo & vos coædificamini
in habitaculum dei in ſp̃ũ ſancto. 1. Pe. 2. Tanquàm lapides viui ſupęedificamini in domos ſp̃ũales,
⌊& ea⌋ loca. ſ. vel ædificia quæ corruerãt propter cauſas prius dictas ⌊inſtaurabo⌋ de Iudæis. ſ.
& gentibus, reſtituẽdo ruinam ſynagogæ, Eſa. 51. Conſolabit̃ dñs Syon, & conſolabitur om̃es rui
nas eius. Et ponet deſertum eius, quaſi delitias, ⌊& reædificabo eum⌋ tabernaculum. ſ. ⌊ſicut in
diebus antiquis⌋ tempore. ſ. Salomonis & patrum, ad eandem. ſ. gloriam & fidem, Aggæi. 2. Ma
gna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus quàm primę, Mala. 3. Placebit deo ſacrificium Iuda, Vtriuſq; te
& Hieruſalem, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. In vna enim fide & patres ſunt & ſucceſſores, ſtamẽti vna
⌊vt poſſideant reliquias Idumææ⌋ quod literaliter nunquàm accidit, quàmuis Iudæi fabulentur, eſt fides.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ hoc in autea Hieruſalem futurum ſit. Vnde reliquiæ Idumææ ſunt carnales ſecundum carnem D
& ſanguinem viuentes, qui ab eccleſia poſſidentur, quando ad vitam eccleſiaſticam formantur. 1.
P. tri ſecundo: Obſecro vos tanquàm aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs
quæ militant aduerſus animam, Romanoꝶ. 2. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuētem, ſanctā
deo placentem. Galat. 5. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, ⌊& omnes nationes⌋ ſup
ple, poſſideant. Actorum ſecundo: Erant in Hieruſalem habitantes viri religioſi ex omni natione
quę ſub cœlo eſt, hoc eſt in eccleſia, Eſaiæ ſexageſimo: Gens & regnum quod non ſeruierit tibi, pe
ribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur, ⌊eo quòd inuocatum ſi, t⌋ in ſanctificatione, ſcilicet ſacra-
mentorum, ⌊nomen meum ſuper eos⌋ Hieremiæ decimoquarto: Tu in nobis es domine, & no-
men tuum inuocatum eſt ſuper nos. Eſt autem inuocatum .i. intus vocatum quantum ad intelle-
ctum & affectum, ſicut dicit Auguſtinus. Numeri ſexto: Inuocabunt nomen meū ſuper filios Iſ-
rael, ego autem benedicam eis. ⌊Dicit dominus faciens hæc⌋ Dictum enim dei factiuum eſt, Pſal
mo centeſimo quadrageſimooctauo: Dixit & facta ſunt. ¶ ⌊Ecce dies veniunt⌋ Tangit de ter
ræ fertilitate, quam diem vocat. Romanorum decimotertio: Nox præceſſit, dies autem appropin
quabit, ⌊dicit dominus,⌋ qui lux eſt faciens diem, Iohan. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum, ⌊& comprehendet⌋ opere, ſcilicet ⌊arator meſſorem⌋
ita ſcilicet quod nō interueniet raptor qui meſſem auferat, Iacobi quinto: Ecce agricola expectat
Prędicator ſimilis ē aratori — pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Arator au
temeſt, qui vomere prędicationis, ſcindit corda auditorum. Meſſor autem qui fructum boni ope
ris colligit in vitam æternam, ⌊& calcator vuæ⌋ ſupple comprehendet ⌊mittentem ſemen⌋ ra-
ptore non interueniente. Calcator vuæ eſt qui comprimit ad vinum compunctionis, mittens au E
tem ſemen, qui ſemina virtutum concipit ad initium bonæ conuerſationis. Eſaiæ ſexageſimoſecū
do: Iurauit dn̄s in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ ſi dedero triticum tuum vltra cibum
inimicis tuis, & ſi biberint filij alieni vinum tuum in quo laboraſti, quia qui congregabunt illud, co
medent & laudabunt dominum, & qui comportant illud, bibent in atrijs ſanctis meis, ⌊& ſtilla-
bunt montes⌋ hoc eſt terra montoſa, ⌊dulcedinem⌋ per quos ſignificantur doctores, dulcedinē
verborum in alios diſtillantes, ⌊& omnes colles⌋ inferiores in partem ſolicitudinis vocati, ⌊cul-
ti erunt,⌋ cultu ſcilicet iuſtitiæ. Eſaiæ triceſimoſecundo: Erit cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas
vſqȝ in ſempiternum, Iohelis vltimo: In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent la-
cte & melle. ⌊Et⌋ ſupple in his & taliter ⌊conuertam⌋ ad me ſupple ⌊captiuitatem populi mei
Iſrael⌋ tertij Regum decimooctauo: Diſcat populus iſte, quia tu es dominus deus, & tu conuerti-
ſti cor eorum iterum. Eſaię qnquageſimoquinto: Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines
terræ. ¶ ⌊Et ædificabunt⌋ Tangit hic de ciuitatum ſpiritualium reædificatione. ⌊Et ædifica-
bunt ciuitates deſertas⌋ vel literaliter vel eccleſias in ędificijs virtutum, Eſaię quinquageſimoocta
uo: Vocabitur in te ædificator ſepium, conuertens ſemitas in quietem, ⌊& habitabunt in eis⌋ ho
ſte ſcilicet eos non eijciente, Pſalmo. 86. *Sicut* lætantium omnium habitatio eſt in te. Ezechielis vl
timo: Nomen ciuitatis à die illa dominus ibidem. Eſaiæ ſexageſimoſecundo: Non vocaberis vl-
tra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea, & ter-
ra tua inhabitabitur, quia complacuit domino in te. ⌊Et plantabunt vineas⌋ Literaliter vel ſpiri-
tualiter eccleſias de viris germinantibus gaudium ſpiritus ſancti, ⌊& bibent⌋ per conſolationem
de profectu ſubditorum ⌊vinum eorum⌋ Pſalmo centeſimoſexto: Seminauerunt agros, & plan
tauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis, Canticorum ſeptimo: Dabo tibi vinum conditū, F
dignum dilecto meo ad potandum, labijsqꝫ & dentibus eius ad ruminādnm ⌊& facient hortos⌋
ab oriendo dictos, eo quod omnes ſtirpes oriuntur in eo, qui ſignificant eccleſias collegiatas & re-
ligiones, Canticorum ſexto: Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt
ibi paſcatur in hortis & lilia colligat. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& comedent fructus eorum⌋ hoc
eſt, in profectibus virtutum reficientur, Canticorum quinto: Veniat dilectus meus in hortum ſu-
um, vt comedat fructus pomorum ſuorum, Eſaiæ quinquageſimooctauo: Eris quaſi hortus irri-
guus, & ſicut fons aquarum cuius non deficient aquæ. Canticorum quarto: Hortus concluſus fons
ſignatus, ⌊&⌋ ſupple taliter ⌊plantabo eos ſuper humum ſuam⌋ quæ ſtabilem & pretioſum fun
dum eccleſiæ ſignificat, Hieremiæ duodecimo: Plantaſti eos & radicem miſerunt, proficiunt &
Eccleſia nū quam ſubuertetur — faciunt fructum. Exodi decimoquinto: Introduces & plantabis eos in monte hæreditatis tuę, fir-
miſſimo habitaculo, quod opatus es domine, ⌊& non euellam eos vltra⌋ .ſ. ſicut feci antea per ca-
ptiuitatem, quod ſignificat eccleſiam non eſſe euellandam, Hieremiæ triceſimoprimo: Sanctum
domini non euelletur, & non deſtruetur in perpetuum vltra, ⌊de terra ſua quam dedi eis⌋ in pro
miſſionibus ſcilicet patrum. Eſaiæ quinquageſimooctauo: Suſtollam te ſuper altitudinem terræ,
& cibabo te hæreditate Iacob patris tui, ⌊dicit dominus deus tuus.⌋ Confirmatio eſt omnium
prædictorum, ad Titum primo: Quam promiſit qui non mentitur deus.

Prologi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ¶PROLOGI DIVI HIERONYMI IN ABDIAM Prophetam, Explicatio.

IAcob patriarcha: Iſte prologus in duas partes diuiditur. In prima oſtēdit contra quē & propter q̄d Abdias prophetat. In ſecunda merita deſcribit prophetātis, ibi, Hebręi hunc dicūt eſſe. In primo dicit quatuor .ſ. ꝙ cōtra Eſau propter odiū & cōtra filíes Eſau in odio & cōtra gētes iudicium diuinū proceſſuꝝ prophetat Abdias. ⌊Iacob patriarcha⌋ Patriarcha eſt princeps patrū, eo ꝙ totū ſemen eius in benedictione fuit, Geneſis. 49. ⌊frēm habuit Eſau⌋ Gene. 27. ⌊qui⌋ .ſ. Eſau ⌊ob ruborem corpis ſui Edom hebræa lingua appellatus eſt⌋ Gene. 25. Qui primus egreſſus, rufus erat & totus in morē pellis hiſpidus, vocauitq; nomen eius Eſau, cognomen autem ab accidente impoſitum fuit Edom, ⌊quod⌋ .ſ. Edom ⌊latine ſanguineus dr̃⌋ eo ꝙ ſanguis rubeus eſt. Et ſubdit propter q̄d prophetat contra illū. ⌊Is⌋ .ſ. Edom ⌊memoratū frēm ſuū⌋ Iacob .ſ. ⌊qui⌋ .ſ. Iacob ⌊Iſrael nomen acceperat⌋ Gene. 32. Nequaq̄ vocaberis Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuū, ⌊graui odio commotus⌋ Grego. Odiū inueterata ira eſt, ⌊interimere conatus eſt⌋ Gene. 27. Veniēt dies luctus pr̃is mei, & interficiam fratrem meum. Et ſubdit, qūo nomen Edom in alios filíes ſibi in odio propagatur, ⌊qua de cauſa oēs qui populū Iſrael⌋ ſpūalem .ſ. ⌊id eſt, filios Iacob pr̃iarchæ prædicti⌋ & intelligit de filijs ſpūalibus ⌊Eſau odiū imitati⌋ Geñ. 37. Oderāt eum, nec poterāt ei quicq̄ pacifice loqui, ⌊perſecuti ſunt⌋ .2. Timo. 3. Oēs qui in Chr̃o pie volunt viuere perſecutionē patiētᷣ ⌊Eſau & Edom⌋ propter ſimilitudinē odij .ſ. ⌊appellati ſunt⌋ Exo. 1. Oderāt filios Iſrael Aegy-

Eſau cur Edom dictꝰ ſit.

B ptij, & affligebāt illudentes eis, atq; ad amaritudinem perducebāt vitā eoꝝ. Gene. 27. Oderat ergo ſp̄ Eſau Iacob, pro benedictione, qua benedixerat ei pater. Et deſcendit ad ſpeciale ſubdens: ⌊Et q̄a populus Iſrael⌋ hoc eſt, filioꝝ Iſrael, ⌊de captiuitate Chaldæoꝝ⌋ facta .ſ. per Nabuchodonoſor ⌊per Cyrum regem Perſaꝝ⌋ de quo Eſa. 45. Chriſto meo Cyro cuius apprehendi dexterā ⌊nutu⌋ hoc eſt inſtinctu ⌊dei reuocatus in Hieruſalē⌋ .2. Para. vltimo: Suſcitauit dñs ſpm̄ Cyri regis Perſaꝝ, q̄ iuſſit prędicari in vniuerſo regno ſuo etiā per ſcripturā, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Perſaꝝ: Oīa regna terræ dedit mihi dñs deus cœli, & ipſe pręcepit vt ædificarem ei domum in Hier̃lm, quæ eſt in Iudæa. Quis ex vobis eſt in oī populo eius, ſit dñs deus ſuus cum eo, & aſcendat. Hoc idem cōtinet .1. Eſdræ. 1. ⌊ab alio regno⌋ q̊d .ſ. Alexādro ſucceſſit in Antiocho Epiphane, ſicut dr̃ .1. Macha. 1. ⌊grauiter afflictus atq; oppreſſus eſt⌋ Afflictus bello, opp̄ſſus ſeruitute & tributis, ⌊ideo hoc regnum⌋ perſecutoꝝ .ſ. ⌊q̊d more Eſau⌋ primi inimici & inuidētis, ⌊prędictū populū⌋ Iſrael .ſ. ⌊perſecutū eſt⌋ Pſal̃. 108. Perſecutus eſt hoīem inopem & mendicū, & cōpunctū corde mortificare ⌊per denuntiationē Abdiæ prophetę⌋ propheticā .ſ. ⌊increpatᷣ⌋ 2. ad Timo. 4. Argue, obſecra, increpa in oī patiētia & doctrina, ⌊quod nō dei indignatione⌋ hoc eſt, pro dei indignatione, ⌊ſed ſua⌋ propria .ſ. ⌊virtute⌋ hoc eſt fortitudine ⌊pp̃lm⌋ .ſ. dei ⌊ſuperatum gloriabatᷣ,⌋ Eſa. 10. Dixit eñ in fortitudine manus meæ, ego feci, & in ſapīa mea intellexi, & abſtuli terminos populoꝝ, & principes eoꝝ dep̄datus ſum, ⌊de quo regno⌋ perſequēte .ſ. eccleſiā, ⌊olim⌋ diu ante, ⌊per Dauid in Pſalmo. 136. dictū eſt⌋ Iſtud .ſ. ⌊memorare dñe filiorum Edom⌋ ad vltionē .ſ. ⌊in die Hier̃lm,⌋ hoc eſt, in die lætitiæ Hier̃lm, Michęę. 7. Aſpiciet me

C inimica mea & operietᷣ confuſione. Et ſubdit de iudicio proceſſuro in gentes. ⌊Nam reliqua à⌋ p̄inductis .ſ. ⌊lectione comp̄henſa⌋ Abdiæ .ſ. ⌊futurum in gentes⌋ hoc eſt, contra gentes ⌊iudicium⌋ hoc eſt vindictā ⌊ob cauſas⌋ hoc eſt propter cauſas, ⌊lectiōe comprehēſas⌋ in textu .ſ. Iohelis. 3. congregabo omnes gentes in vallem Ioſaphat & diſceptabo cum eis, ⌊& regnū dei⌋ ſupple futuꝝ eſſe ⌊in populo Iſrael ſignificāt⌋ vltimum eñ verbū prophetiæ eſt, erit dño regnum.

¶⌊Hebręi hunc⌋ In hac ſecūda parte meritū tāgit prophetæ in quatuor, in eleemoſyna .ſ. in gloria ſepulturæ, in honore exaltatiōis, & in noīe. ⌊Hebræi hunc, dicūt eſſe⌋ q̄uis per ſcripturā confirmari non poſſit, ⌊qui ſub rege Samariæ Achab⌋ de quo .3. Regū. 18. ⌊& imp̄iſſima Iezabel,⌋ quæ fluxus ſterquilinij interpretatᷣ, ⌊pauit cētum prophetas⌋ latitātes .ſ. propter p̄ſecutionē Iezabel, ⌊in ſpecubus⌋ Hoc ideo creditᷣ, quia .3. Re. 18. Achab Abdiā miſit pro Helia, qui ibidem dixit Heliæ: Nunq̄d nō indicatū eſt tibi dño meo, q̄d fecerim cū interficeret Iezabel prophetas dñi, ꝙ abſconderim de prophetis dñi cētum viros, q̄nquagenos & q̄nquagenos in ſpeluncis, & pauerim eos pane & aqua. Sed ꝙ idem ſit iſte Abdias & ille nō eſt probatū ⌊qui nō curuauerūt genua ante Baal,⌋ hoc eſt, idola nō adorauerūt, ⌊& de ſeptem milibus erāt.⌋ quātum ad meritum. ⌊quos Helias⌋ .3. Re. 19. ⌊arguitᷣ ignoraſſe⌋ cū eñ diceret Helias, ego relictus ſum ſolus, & opinaretᷣ ſe ſolum eſſe ſupſtitē inter ſeruos dei, arguēs eū, r̄ndit dñs: Relinquā mihi ſeptē milia viroꝝ, qui nō curuauerūt genua ſua ante Baal, & idē inducitᷣ. Ro. 11. Et ſubdit de ſepulchro: ⌊Sepulchrū quoq; eius⌋ Eſa. 11. Erit ſepulchrū eius glorioſum ⌊vſq; hodie⌋ p̄ ſucceſſiōes .ſ. generationū ⌊cum Mauſoleo Heliſæi prophetæ⌋ Mauſoleū ſepulchrū ædificatū & ornatū eſt, in quo defuncti p̄clara facinora, ac res memoria dignę ſunt deſcripta. Dicitᷣ autem à Mauſolo Carię rege, cui Arthemiſia vxor ſe-

Abdias cētum p̄phetas pauit in ſpecubus

pulchrum ædificauit ita egregijs operibus, vt inter ſeptẽ orbis miracula numeref. Attollif in altitu D
dinẽ.25.cubitis. Cingif columnis.36. A quo ſepulchro oĩa ꝓtioſa ſepulchra ex noĩe eius Mauſolea
dicunf. ⌊Et Baptiſtę Iohãnis⌋ ſupple Mauſoleo ⌊in Sebaſte⌋ ciuitate.ſ. Samariæ ⌊venerationi
habef⌋ ſicut dignũ eſt oſſibus ſanctoꝝ venerationẽ impẽdi, ⌊quæ⌋.ſ. Sebaſte ⌊olim Samaria di-
cebatur⌋ vt dicit Chryſoſtomus à quodã Samer q montẽ, quẽ poſſedit & ciuitatẽ, quã ibi ædifica
uit, Samariã vocauit, quæ cũ metropolis facta eſſet terræ, ab ipſa tota terra nomẽ accepit ⌊hãc⌋.ſ.
ciuitatẽ ⌊Herodes rex⌋ q alienigena in Iudæa regnauit ⌊antipatris filius⌋ q de ſucceſſoribus An
tiochi fuit, ⌊in honore Auguſti Cæſaris⌋ ſub quo ipẽ regnauit ⌊grę co noĩe vocauit auguſtã⌋ Au
guſtus enĩ in grę co, latine ſonat ſolenniter ſtãs, vel ſolennitatis additio, propter q̃d etiã ſcripto-
res ſolẽnizati auctores dicunf, & deus auctor boni dr̃ potius q̃ actor, quia ſolẽnis eſt in boni pro-
fuſione. Et ſubdit de profectu honoris. ⌊Hic igif qui cẽtum prophetas pauerat,⌋ merito ſupple
illius eleemoſynæ & pietatis ⌊accepit grãm prophetalẽ⌋.1. Timo.4. Pietas ad oĩa vtilis eſt, pro-
miſſionẽ habẽs vitę quę nũc eſt & futurę. Ecci.4. Eleemoſynã pauperis ne defraudes & oculos tu
os, ne trãſuertas à paupere, ⌊& de duce exercitus⌋ corpalis.ſ. ⌊fit dux eccleſiæ⌋ ſicut Petrus de pi
ſcatore piſciũ factus eſt piſcator hoĩm. Mat.4. Pſal.67. Principes Iuda duces eoꝝ, Eſa.32. Prin-
ceps quæ ſunt digna principe cogitabit, & ipſe ſup duces ſtabit, ⌊tũc in Samaria⌋ quãdo dux erat
Achab.3. Regũ.18. ⌊Paruũ gregẽ pauerat⌋ cẽtum.ſ. viros tm̃ ⌊nunc⌋ factus ſupple dux ſpũalis,
⌊in toto orbe Chr̃i paſcit eccleſias⌋ pabulo.ſ. verbi dei & myſterioꝝ, Deute.18. & Matth.4. Nõ
in ſolo pane viuit homo ſed in om̃i verbo quod procedit de ore dei. Sap.16. Nõ natiuitatis fructus
paſcũt hoĩes, ſed ſermo tuus hos q in te crediderit, cõſeruat. Et ſubdit de noĩs dignitate. ⌊Et ſicut
Stephanus,⌋ corona interpraf ſcd̃m cõgruentiã ſui noĩs ⌊coronã meruit paſſionis⌋ primus.ſ. & E
ꝑcipuus, Pſal.8. Gloria & honore coronaſti eũ dñe. ⌊Sic hic⌋ propheta.ſ. ⌊ſeruitute dei⌋ interꝑ-
tione.ſ. noĩs ⌊cũ Paulo apl̃o⌋ qui in prima ſua epl̃a, ad Rom̃.1. ſcribit Paulus Ieſu Chriſti ſeruus,
⌊nomine⌋ hoc eſt, noĩs interꝑtatiõe ⌊gloriatur⌋ Pythagoras enĩ vult, ꝙ nomẽ qualitatem indi
cet ꝑſonæ. Et ſubdit rõnem, ⌊qa Abdias ſeruus dñi in noſtro⌋ hoc eſt in latino ⌊ſonat eloquio.⌋

Sebaſte olĩ dicta Samaria

Aiias, Auguſtum dr̃ vel ab augẽdo, vl̃ q̃ ſi rite a populo ſacerdotibusq; dicatum

Animæ pabulum, eſt verbũ dei.

## ¶IN CAPITVLVM VNICVM ABDIAE PROPHETæ, Explicatio.

V Iſio Abdiæ⌋ Iſta prophetia diuidif in titulũ, & in tractatũ. Titulus duo
cõtinet, certitudinẽ.ſ. veritatis & cõfirmationẽ auctoritatis. Certitudo
veritatis importaf per hoc q̃d dicif Abdiæ, qa cũ ſint tres modi reuela-
tionis.ſ. ſenſibilis, imaginabilis & intellectualis. In ſenſibili & in imagi-
nabili multæ ſunt illuſiones, hæc aũt prophetia ſola intellectuali viſione
reuelata eſt, propter q̃d certiſſima eſt, & nulli ludificationi expoſita. Ge
ſceleratis,⌊& in peccatis⌋ hoc eſt pro peccatis,⌊domus Iſrael.⌋Gloſſa,qui deum ſe videre men
tiuntur. Titũ primo: Confitentur ſe noſſe deum,factis autem abnegant.Et hoc probat conuin-
cens eos proprio teſtimonio,⌊quod ſcelus Iacob⌋ hoc eſt, quod poſſet eẽ apertius & maius ſce
lus,⌊nonne Samaria⌋ hoc eſt idololatria vituloꝝ poſitoꝝ in Dan & in Bethel,quæ ſunt loca Sa
mariæ.Et Samaria quæ cuſtodia interpretatur ,prælatos ſignificat,qui per malũ exemplum alijs
ſunt cauſa ſceleris.Oſee.5.Laqueus facti eſtis ſpeculationi,⌊& quæ excelſa Iudæ⌋duarum.ſ.tri-
buum,⌊nonne Hieruſalem⌋ à qua .ſ.per malum exẽplum ſacerdotũ & principũ deriuatum eſt
peccatũ in totũ populum.Ezech.8.Vniuerſa depicta erãt in pariete, idola domus Iſrael.Sicut &
nunc à clero peccatũ deriuatur in populũ.Eſa.22.De Sobna præpoſito templi,qui per malũ ex-
emplum ruina fuit populi cui dicitur:Ecce dñs aſportari te faciet ſicut aſportatur gallus gallina-
cius,& quaſi amictũ ſic ſubleuabit te.Et ſubdit de pœna.⌊Et ponam Samariam.⌋Et tãgit pœ
næ dilatationẽ per ruinas ciuitatum & villaꝝ,& ignis exuſtionem,ſubdens cauſam quę eſt turpe
lucrum idololatriæ,⌊ponã Samariam⌋ terram decem tribuum ,⌊quaſi aceruum lapidum in a-
gro⌋ vt.ſ.muris ruentibus,non ædificia,ſed acerui lapidum appareant,ſicut in loco vbi plantã-
da eſt vinea,primo colligunt lapides in aceruos magnos,vt in fundo libero vites plantentur. Et E
hoc eſt quod ſequitur,⌊cum plantatur vinea⌋ Eſa.25.Poſuiſti ciuitatẽ in tumulum, & vrbẽ for
tem in ruinam,domum alienorum vt non ſit ciuitas,⌊& detraham in vallem lapides eius⌋ ciui-
tates in montibus ædificatę erant & ruentibus ciuitatibus lapides muroꝝ non in cacumine mõ-
tium remanſerunt,ſed ad præcipitia vallium ſubmiſſi ſunt, ne de facili mons poſſet reædificari,
⌊& fundamẽta eius reuelabo.⌋Hieronymus,tanta erit ſubuerſio vrbis,vt non ſolũ ædificia cor-
ruant,ſed etiã fundamenta vſq; ad extremũ lapidem effodiant. Eſa.14. Perdam Babylonis no-
men & reliquias,& progeniem & germen,dicit dominus.Pſal.136. Dixerunt exinanite exinani-
te vſq; ad fundamentũ in ea,⌊& oĩa ſculptilia eius⌋ Samariæ.ſ.⌊concidentur⌋ Auaritia eñ
auri & metalli quod erat in idolis,cupidos fecit hoſtes vt conciderentur idola & diuiderentur ra-
ptoribus.Ecci.27.Conteretur cum delinquente delictũ.Et ſubdit de ignis combuſtione,⌊& oẽs
mercedes eius comburent igni⌋ mercedes vocat opes,quas vt putabãt idola cõferebãt pro mer
cede hominibus,vt colerẽtur ab eis,ſicut dixerunt,Cererem cõferre fruges:Aeſculapium,herbas:
Bacchum,vinũ & cæteros hmõi.Oſee.2.Corrumpã vineã eius & ficũ eius, de quibus dixit mer-
cedes hæ meæ ſunt,quas dederũt mihi amatores mei. Hæc eñ igni comburent, vel æterno,vel
temporali ab hoſtibus.Iob.18.Ignis deuorabit tabernaculum eoꝝ qui libenter munera accipiunt
1.ad Corinth.3.Vniuſcuiuſq; quale ſit opus ignis probabit,⌊& omnia idola eius ponam in per-
ditionem⌋ hoſtibus.ſ.omnia conflantibus.Eſa.2.Exaltabit dominus ſolus in die illa, & idola pe
nitus conterentur.Et poſt pauca : In die illa proijciet homo idola argenti ſui & ſimulachra auri
ſui quæ fecerat ſibi. Et ſubdit cauſam turpis lucri, ⌊quia de mercedibus meretricis congregata
ſunt⌋ meretricem vocat terram decem tribuum,fornicationi idolorum ſe exponentem pro opi
bus quas idola conferre putabant.Eſa.1.Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. Ezech.16. F
Diuiſiſti pedes omni tranſeunti ,⌊& vſq; ad mercedem meretricis reuertentur,⌋ hic meretricẽ
vocat Niniuen,vbi fuit ſedes regis Aſſyriorum,quæ etiam ſpe mercedis temporalis cũ idolis for-
nicabatur.Et eſt ſenſus,ꝙ diuitię quas congregauerant colentes idola,ad terras idolorum illoꝝ
cũ ipſis hoſtes deducerent.Hiere.16.Sicut ſeruiſtis dijs alienis in terra veſtra,ſic ſeruietis dijs alie-
nis in terra non veſtra. Hæc moraliter ad malos vel hæreticos referuntur, quorum diuitiæ quas
cuſtodiũt quotidie ruunt,ſicut dicitur Apoc.18.de Babylone:Cecidit cecidit Babylon,& ipſi ma
li vt duri corde in pręceps in vallem inferni detrahuntur.Mich.3. Hieruſalẽ in aceruum lapidum
erit.Iſti lapides de eccleſia abijciuntur,ne alios ſcandalizent.Eſa.62.Planum facite iter & eligite
lapides.Ecci.21.Via peccantium complantata lapidibus,& in fine illoꝝ inferi, & tenebre & pœ
næ.Et loco illoꝝ plantatur vinea de viris ſanctis & virtuoſis,quia ſicut dicit Boetius,prius extir-
panda ſunt vitia vt inſerantur virtutes.Hieremiæ ſecundo:Ego te plantaui vineam electam,om
ne ſemen verum.Fundamenta maloꝝ per confeſſionem reuelanda ſunt,aſſertiones hæreticoꝝ,
diuitiæ auarorum,delitiæ libidinoſorum & honores ambitioſorum. Iob viceſimo: Diuitias quas
deuorauit,euomet,& de ventre eius extrahet eas deus.Hæc eſt domus fundata ſuper harenam,
cuius ruina facta eſt magna,ſculptilia figmenta cordis ſunt ad venerationem idolorum conficta,
quæ in morte conterentur.Sapientiæ decimotertio.Infelices ſunt & inter mortuos ſpes illorum
eſt,qui appellauerunt deos opera manuum hominum aurum & argentum, mercedes hoꝝ igni
cõburentur vel charitatis in pœnitentia vel inferni in pœna. Eſaiæ primo:Erit fortitudo veſtra
vt fauilla ſtuppę,& opus veſtrum quaſi ſcintilla & ſuccẽdet vtrũq; ſimul,& nõ erit q extinguat,
idola horum perduntur,quia vanitates eorum,quas pro dijs dilexerãt pro nihilo reputabuntur.

Hæreticorum cõuenticula ſunt ſubuertenda.

Hiere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A Hiereṁ.10.Falſum eſt quod conflauit & non eſt ſpũs in eis,vana ſunt & opus riſu dignũ in tem
pore viſitationis ſuæ peribũt,quæ habẽt de mercede meretricis ſunt,qa niſi à deo fornicati eẽnt,
talibus non inhærerent.Pſal.72. Perdes omnes qui fornicãtur abs te.Hæc ad proſtibulum mere
tricis reuertuntur,quia mortuis dominis aliorum concupiſcentijs ea quę relinquunt,exponuntur.
Iob.19.Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui nõ eſt.ſ.diaboli,ſocij eius ſunt ambitioſi & va
ni & auari qui in ruinis hominum habitant,vt ea quæ relinquunt,poſſideant.Propter hoc præci
pitur,Deuter.23. Non offeres mercedem proſtibuli, nec precium canis in domo dñi dei tui ad
omne votum.⌊Super hoc plangam⌋ exaggerat hic magnitudinem mali per planctum, & ha-
bet tres partes.Deſcribit enim primo habitum plangentis,Secundo quid plangat,ibi, Et tranſite
vobis.Tertio,qualiter,ibi,In Geth.In prima quatuor ſunt.ſ. quod planget,quod habitum plan-
gentis aſſumet,& quod modũ plãctus exponit,& cauſam planctus ſubiungit.⌊Super hoc⌋ hoc
eſt propter hoc malum,⌊plãgam⌋ Sancti eñ plangunt miſerias peccatoꝝ,ſicut Dauid ,Saul &
Ionathan.2.Reg.1.Hiere.9.Plorabo die ac nocte,interfectos filiæ populi mei. ⌊Et vlulabo⌋ q̃d Miſeriæ pctõꝝ plã-
canum vel lupoꝝ eſt,& magnitudinem planctus ſignificat.Eſa.65.Præ dolore cordis clamabi- gunt a ſan
tis & præ contritione ſpũs vlulabitis.Ft ſubdit de habitu plangentis, ⌊vadam ſpoliatus,⌋ veſti- ctis.
bus.ſ.vt ſignificem terram in proximo ſpoliandam opibus & rebus, ⌊& nudus⌋ vt ſignificem
terram cito denudandam.Ezech.12.Quomodo feci ſic fiet illis,in tranſmigrationẽ ibũt & in ca-
ptiuitatem.Et ibidem:Portẽtũ dedi te domui Iſrael.Eſa.20.Sicut ambulauit ſeruus meus Eſaias
nudus & diſcalciatus,trium annorum ſignum,& portentum erit ſuper Aegyptũ & ſup Aethio-
B piam,ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti & tranſmigrationem Aethiopiæ, iuue-
nem & ſenem nudam & diſcalciatam,diſcoopertis natibus,ad ignominiam Aegypti. Et ſubdit
explanationẽ modi planctus per metaphoram,⌊faciam planctũ velut draconũ⌋ Draco hic in-
telligitur magnæ longitudinis & magnitudinis in corpore,qui (vt dicunt naturales)non veneno,
ſed foſſura dentium interficit,De quo dicit Hreronymus,ꝙ dum vincitur ab elephante prę ma-
gnitudine doloris ſibilum magnũ,& ſtridorẽ emittit. Et eſt ſenſus,tantũ plãgam ꝙ præ magni-
tudine doloris,acumine vocis potius ſibilum draconis & ſtridorem ,quam humanã vocẽ videar
emittere.Threñ.1.Plorans plorauit in nocte,& lachrymæ eius in maxillis eius,⌊& luctum quaſi
ſtrutionũ⌋ Strutio vt dicitur Iob.39. in puluere ponit oua ſua,& obliuiſcitur ꝙ pes hominis vel
beſtia conculcet ea.Et eſt ſenſus,ꝙ ſicut ſtrutio derelicta oua perdit,ita ego plangam filios dere-
lictos & perditos. Septuaginta ſic,Propter hoc planget atq; lugebit, ibit diſcalciata & nuda,fa-
ciet planctũ quaſi draconũ & luctũ quaſi filiæ Syrenaꝝ.Eſa.13.Syrenę in delubris voluptatũ. Et
ſubdit cauſam,⌊quaſi deſperata eſt plaga eius⌋ hoc eſt,quia deſperatio & impœnitentia non ꝑ-
mittunt redire ad pœnitentiam.Hiereṁ.10.Væ mihi ſuper contritione mea,peſſima plaga mea.
Hier.30.Inſanabilis eſt fractura tua,peſſima plaga tua.Et ſignũ huius ſubdit, ⌊quia venit⌋ ꝑ ex-
emplum.ſ.& imitationem peccatũ Samariæ,⌊vſq; ad Iudam⌋ hoc eſt vſq; ad duas tribus,⌊te-
tigit portam populi mei,⌋ Hic ſi per portã intelligant ſenſus corporis, per quos velut per portã
intratur ad interiora ſpiritus,notatur idololatriæ crimen tã fuiſſe cõmune & publicũ,vt omnium
ſenſui eſſet expoſitũ & obuium,vnde & videtur ad literam,ꝙ idola iuxta portas ponebant,quæ
intrantes & exeuntes de ciuitate venerarentur.2.ad Timoth.2.Multi eñ proficiunt ad impietatẽ
& ſermo eoꝝ vt cancer ſerpit,⌊vſq; ad Hieruſalem⌋ ita.ſ.ꝙ etiã in templo idola colerentur,ſi-
C cut dicitur Ezech.8.Eſa.57.Iuxta me diſcooperuiſti & ſuſcepiſti adulterum. Hanc malitiã præ-
latorum in eccleſia videmus dilatatã etiã vſq; ad religionẽ, vt verum ſit quod dicitur Eſaiæ.1.A
planta pedis vſq; ad verticẽ,nõ eſt in eo ſanitas.Et ſubdit de habitu timentis,qui præ timore mu
tire non audebat.⌊In Geth nolite aununtiare⌋ Geth metropolis eſt Philiſtinoꝝ, vnde fuit Go
liad Etheus,quẽ Dauid interfecit.1.Reg.17.Et eſt ſenſus Philiſtæi neſciant malũ noſtrũ,ne lætẽ-
tur,deriſio enim inimici pœna ſuſtinentis eſt.2.Reg.1.Nolite annuntiare in Geth, ne forte exul-
tent filiæ incircũciſoꝝ.Plagæ enim occultandæ ſunt,ne per exemplũ ad alios deriuẽtur,⌊lachry
mis ne ploretis⌋ aperte.ſ.ne hoſtes lachrymis ad deteriora prouocentur.Pſal.38.Obmutui & hu
miliatus ſum & ſilui à bonis,dum conſiſteret peccator aduerſum me.Eſa.29.Humiliaberis,de ter
ra loqueris,& erit quaſi phitonis de terra vox tua,& de humo muſitabit eloquiũ tuũ. Et eſt hoc Peccata p̃-
argumentũ,ꝙ peccata prælatoꝝ vel cleri nec nuntianda nec plangenda ſunt in publico, ne alij latoꝝ non
ſcandalizentur.⌊In domo pulueris⌋ hoc eſt,ruinoſa & in puluerẽ redacta, in qbus potius antra ſunt teme-
quædã quàm domus remanẽt,⌊puluere vos cõſpergite,⌋ hoc eſt cinere ruinaꝝ.Et eſt ſenſus,in re publicã
plateis & in publico,conſperſione pulueris ſigna triſtitiæ non oſtendite propter cauſas ſupradi- da.
ctas,ſed in occculto.Eſa.2.Intrabunt in ſpeluncas petrarum,& in voragines terrę à facie fortitu-
dinis dñi,& à gloria maieſtatis eius,cum ſurrexerit percutere terrã.Moraliter aũt in domo pulue
ris,hoc eſt huius terrenæ habitatiõis,ſe puluere cõſpergit,q ſe ſemp puluerẽ fore meditaṫ.Iob.7.
Ecce nunc in puluere dormio.Gene.3.Puluis es,& in puluerem reuerteris. Et ſubdit quid plan-
gat,⌊& tranſite vobis⌋ hoc eſt,tali habitu timoris & triſtitiæ tranſite vobis, hoc eſt ad vtilitatẽ
vitæ,in captiuitatem,quia melius eſt vt ſaltem captiui viuatis,quã ab hoſtibus interficiamini. Iu-
dith.3.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dith.3. Melius eſt vt viuentes ſeruiamus regi Nabuchodonoſor,& ſubditi ſimus tibi quã moriẽtes cũ interitu noſtro ipſi ſeruitutis noſtræ dãna patiamur, ⌊habitatio Saphir⌋ quod pulchra interpretat̃. Samaria em̃ quondã in pulcherrimo fuit loco habitationis, ⌊confuſa ignominia⌋ nũc ſupple. 1. Machab. 2. Secũdũ gloriã eius ita & ignominia eius. Oſee. 4. Gloriã eoꝝ in ignominiã cõmutabo. Hoc de tranſitu pœnitentis planũ eſt exponere. Et ne cauſari poſſent, ꝙ duæ tribus ſic non tranſeunt in captiuitatem, ſubdit, ⌊non eſt egreſſa quæ habitabat Sennan⌋ quod interpretatur in exitu,& ſecundũ Hieronymũ intelligit̃ de Samaria, quæ iam in foribus captiuitatis habitabat,& propria voluntate tranſire noluit. Poſſet tamen dici, ꝙ intelligit̃ de duabus tribubus, hoc eſt de Iudæa quæ propter ſimile peccatũ etiã in exitu habitabat, licet tunc cũ decẽ tribubus non egrederet̃. Hiere. 15. Ejce eos à facie mea,& egrediant̃, ꝙ ſi dixerint ad te quo egrediemur, dices ad eos: Hæc dicit dñs: Qui ad mortem ad mortẽ,& qui ad gladiũ ad gladiũ,& qui ad famem ad famẽ,& q ad captiuitatem ad captiuitatẽ, ⌊planctũ domus Aſel,⌋ quod interpretat̃ vicinę vel ex latere,& eſt domus Aſel genitiui caſus,& ſingularis numeri, ⌊accipiet ex vobis⌋ vt ſicut fuiſtis primi in culpa, quæ ex vobis tranſiit in Iudam, ita ſitis priores in pœna. Vnde planctus domus vicinę planctus eſt decẽ tribuũ, quæ vicinę per generationẽ vnius patris,& per vicinitatem loci ſunt ad duas tribus,& ſimilẽ cauſam planctus ab eis & poſt eos acceperũt. Et hoc eſt quod ſequit̃, ⌊quæ ſtetit ſibimet⌋ hoc eſt, cũ vos ꝑ idololatriam caderetis. 3. Reg. 14. Illa in cultu & p̃ſidio dei ſtetit ad vtilitatẽ ſuiịpſius. Deuter. 4. Vos q adhæretis dño viuitis vniuerſi. Hiere. 17. Recedentes à te in terra ſcribent̃. **E** Et bene dico, quod accipiet planctũ ex vobis, ⌊quia⌋ ſupple licet antiquitus ſtaret vt fortis, tamen modo per peccatũ, ⌊infirmata eſt in bono⌋ hoc eſt ad bonum faciẽdum. 1. Reg. 2. Quę multos habebat filios infirmata eſt. Quod ſignatũ eſt. 2. Paralyp. 16. vbi dicitur, ꝙ Aſa multa fortia & bona fecit in iuuentute, in ſenectute aũt doluit pedes,& nec tũc q̃ſiuit dñm. Galat. 3. Sic ſtulti eſtis, vt cũ ſpũ cœperitis nũc carne conſummamini, ⌊quæ habitat in Maroth,⌋ quod interpretat̃ amaritudo, & intelligit de Iuda quæ in anguſtia futuræ captiuitatis iam tunc habitabat. Threñ. 3. Repleuit me amaritudine, inebriauit me abſinthio. Et bene dico, ꝙ planctũ accipiet ex vobis, q̃a per ordinationẽ dei, ſupple, ⌊deſcendit⌋ ad vos malũ captiuitatis, ⌊à domino⌋ omnia diſponente, ⌊in portã Hieruſalẽ⌋ hoc eſt, ita vt etiã portæ Hieruſalẽ obſideantur ab hoſtibus. Amos. 3. Si eſt malũ in ciuitate quod dominus non fecerit. Eſa. 31. Ipſe ſapiens adduxit malũ,& verba ſua non abſtulit. Quod aũt ſit illud malũ explanat, ſubdens, ⌊tumultus quadrigæ ſtuporis⌋ hoc eſt ſonitus quadrigaꝝ exercitus Babylonis ſtuporẽ inducẽs. Eſa. 5. Rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis, rugitus eius vt leonis. Quadrigæ aũt fuerũt ad arma & victualia portanda exercitui, ⌊habitanti Lachis⌋ Ibi em̃ fuit Sennacherib anteq̃ veniret Hieruſalẽ, ſicut dicitur Eſa. 37. Reuerſus eſt Rapſaces,& inuenit regẽ Aſſyrioꝝ præliantẽ aduerſus Lobnã, audierat em̃ ꝙ profectus eſſet de Lachis. Quare aũt præcipue Lachis timuerint, ſubdit, ⌊principium peccati eſt filiæ Sion⌋ ipſa. ſ. Lachis. Qualiter aũt hoc ſit, ſubdit, ⌊q̃a in te⌋ ò Lachis, ⌊inuenta ſunt ſcelera Iſrael,⌋ hoc eſt, decem tribuũ. Hieronymus, quia ab Iſrael venit idololatria ad Lachim,& à Lachis in Iudam. Eſa. 3. Ruit populus vir ad viꝝ, vnuſquiſq; ad proximũ ſuũ. **F** 2. ad Timoth. 3. Mali hoĩes proficiant in peius, errãtes & in errorẽ mittẽtes. Et ſubdit, ꝙ propter hoc punient̃ authores culpaꝝ, ⌊propterea dabit⌋ hoc eſt dari diſponet dñs per Aſſyrios, ⌊emiſſarios⌋ hoc eſt latrunculos & vaſtatores, ⌊ſuper hæreditatẽ Geth⌋ hoc eſt territoria poſſeſſa à ciuitate Geth, quę metropolis eſt Philiſtinorum. Ex illa em̃ vrbe propagata dicitur eſſe idololatria in Iſrael. Et hoc eſt q̃d ſequitur, ⌊domos mendacij⌋ hoc eſt ſuper domos mendacij ſiue idoli, quod mentitur diuinitatem. Iohan. 8. Cum loq̃tur mendaciũ, ex proprijs loquit̃, quia mẽdax eſt & pater eius, ⌊in deceptionem regibus Iſrael⌋ Ex Alophilis em̃ reges Iſrael decepti, idololatriã induxerũt. Galat. 3. O inſenſati Galatæ, q̃s vos faſcinauit veritati non obedire? 3. Regũ. vlt. Dixit ſpũs mendax, ego decipiam Achab, q̃a ero ſpũs mendax in ore omniũ prophetaꝝ eius. Et q̃a ſic deceptoribus conſenſerũt, ideo ſubdit. ⌊Adhuc hæredem adducã tibi hoſtem⌋. ſ. qui tuã hæreditatem ſuam fecit, ⌊quæ habitas in Mareſa⌋ quæ ciuitas eſt Samariæ & hæreditas interpretat̃, eo ꝙ illa primo conſenſit in idololatriã. Threñ. vltimo: Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, dom⁹ noſtræ ad extraneos. Lucę. 12. Stulte hac nocte repetent animam tuam,& quæ præparaſti cuius erunt? Eccleſiaſt. 5. Eſt & alia infirmitas peſſima quam vidi ſub ſole, diuitiæ congregate in malũ domini ſui, pereunt em̃ in afflictione peſſima, ⌊vſq; ad Odollam veniet⌋ quæ ciuitas eſt decem tribuum,& ſeculũ interpretat̃, vt dicit Hieronymus, eo ꝙ ibi gloria ſeculi in ſummo fuit. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊gloria Iſrael⌋ Hieronymus, q̃a glorioſa eſt in vrbibus Iſrael. Et nota ꝙ falſa eſt litera, quæ dicit vſq; ad Ollam, q̃ tabernaculũ interpretat̃. Apoca. 18. Quantũ glorificauit ſe,& in delitijs fuit, tantũ date illi tormentũ & luctum. Et ſubdit qualiter plãgendũ ſit, ⌊decaluare⌋ euulſis. ſ. pilis, vt ſignifices quoſdam de populo penitus euellendos à capite, ⌊& tondere⌋ vt ſignifices aliquos ſpolio eẽ decurtando. Ezech. 5. Et tu fili hominis ſume tibi gladiũ acutum radẽtem pilos,& aſſumes eum & duces per caput tuum,& per barbam tuam, ⌊ſuper filios delitiaꝝ tuaꝝ⌋ Filij delitiaꝝ ſunt nutriti in delitijs,& ad vltimam infelicitatem & miſeriam deuenerunt.

Mareſa interp̃tat̃ hæreditas.

Threñ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A Threñ.4. Qui veſcebantur voluptuoſe, interierunt in vijs, qui nutriebantur in croceis, amplexa
ti ſunt ſtercora, ⌊dilata caluitium tuum ſicut aquila,⌋ quæ mutando ſe, pennam poſt pennam
abijcit, donec tota deplumetur, ⌊qm̃ captiui ducti ſunt ex te⌋ ſupple filij tui leuiter ſicut pennæ
cadentes, Baruch.4. Nemo gaudeat ſuper me viduã & deſolatam, à multis derelicta ſum pro-
pter pctã filioꝝ meorum, Eſa.51. Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum,
ſicut orix illaqueatus, pleni indignatione domini, increpatione dei tui.

¶ In capitulum ſecundum enarratio.

VAe qui cogitatis inutile.⌋ In parte iſta comminatur malum in comparatione ad
ſtudium Niniue contra proximũ, Et habet duas partes, mali.ſ. exaggeratioẽ &
prophetæ compaſſionem, ibi, Vtinam non eſſem vir. Prima in tres, Primo enim
malum exaggerat, ſecũdo quæſtioni populi reſpondet, ibi, Quomodo recedet à
me. Tertio, exaggerato malo, pœnam cõminatur, ibi, Deſuper tunicam. In pri-
ma tria ſunt.ſ. culpæ exaggeratio, pœnę interminatio, ibi, Idcirco hæc dicit dñs,
Et magnitudinis pœnę deſcriptio, ibi, In die illa aſſumet ſuꝑ vos parabola. In prima tria ſunt.ſ.
peccati maledictio, ad pctm̃ perpetrandum ſtudioſa cogitatio & omnium pctoꝝ in auaritia ra
dicatio. ⌊Væ q cogitatis inutile,⌋ Inutile vocat nociuum, hoc eſt peccatum, Rom̃.6. Quem fru
ctum habuiſtis tunc, in qbus nunc erubeſcitis? nam finis illoꝝ mors eſt, Pſalm̃.4. Vt qd diligitis
vanitatem & queritis mendacium? Eſa.1. Auferte malũ cogitationũ veſtraꝝ ab oculis meis, ⌊&
operamini malũ,⌋ quod añ.ſ. cogitaſtis, ⌊in cubilibus veſtris,⌋ notat pctã libidinis, quæ mente
B primo tractantur, & poſtea in ſtupris & adulterijs cõmittuntur. Vnde Hierony. Cubilia ad qui-
eſcendum data, ſtupris polluiſtis, Gene.49. Aſcendiſti cubile patris tui & maculaſti ſtratũ eius,
Apo.2. Permittis mulierem Iezabel, quę ſe dicit prophetare, ſeducere ſeruos meos, fornicari &
mãducare de idolothytis, Amos.6. Laſciuitis in ſtratis veſtris. Hoc eſt cubile meretricis, Prou.7
Aſperſi cubile meum myrrha & aloe & cynamomo, quę.ſ. libidinem incitant, Veni inebriemur
vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. Et ſubdit de ſtudio perficiẽdi, ⌊in
luce matutina faciunt illud,⌋ hoc eſt in publico & mane, Iob.24. Mane primo conſurgit homici
da & interficit egenum & pauperẽ. In luce faciunt q ad ſcandalum plurimoꝝ peccant, Eſaiæ.3.
Peccatum ſuum ſicut Sodoma ꝑdicauerunt, nec abſconderunt, Hiere.3. Frons mulieris meretri-
cis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere, ⌊qm̃ contra deum eſt manus eoꝝ,⌋ hoc eſt tota poteſtas q̃
poſſunt malignari, Iob.15. Cucurrit contra deũ erecto collo & pingui ceruice armatus ẽ. Et ſub-
dit de pctoꝝ in auaritia radicatione, ⌊& concupierũt agros⌋ alienos ſupple.1. ad Timoth.6. Ra- Radix oĩm
dix omnium maloꝝ eſt cupiditas. Contra quod dicitur Exo.20. Non cõcupiſces rem proximi maloꝝ eſt
tui, Iaco.4. Vnde bella & lites in vobis, nonne ex concupiſcẽtijs veſtris quæ militant in membris cupiditas.
veſtris? ⌊& violẽter tulerunt,⌋ hoc eſt abſtulerunt, Iob.24. Agrũ non ſuum demetunt, & vineã
eius quẽ vi oppreſſerunt, vindemiant. Simile factũ eſt.3. Regũ.21. vbi Naboth interfecto, Achab
vineam eius poſſedit, ⌊& domos rapuerũt,⌋ alienas.ſ. per rapinã ſuas eſſe dixerũt, Eſa.5. Væ qui
coniungitis domũ ad domũ & agrum agro copulatis vſq; ad terminũ loci, ⌊& calumniabantur
virum,⌋ hoc eſt ꝑ calumniã oppreſſerũt, Gene.43. Introducti ſumus vt deuoluat in nos calum-
niam, & violenter ſubijciat ſeruituti & nos & aſinos noſtros, Eſa.52. Aſſur abſq; vlla cauſa calum
niatus ẽ eum, ⌊& domũ eius,⌋ hoc eſt familiam eius, vt nõ tantum ſubijcerent patrẽfamilias, ſed
C etiam filios & filias eius acciperent in ſeruos & ancillas, 4. Regum.4. Ecce venit creditor vt tol-
lat duos filios meos ad ſeruiendũ ſibi, ⌊viꝝ⌋ ſupple calumniabantur, ⌊& hæreditatẽ eius,⌋ quæ
.ſ. extra domum ad ſuſtentationem filiorum pertinebat.3. Regum.19. Propitius ſit mihi deus, ne
dem hæreditatem patrũ meoꝝ tibi, Threñ. vlt. Hæreditas noſtra verſa ẽ ad alienos, domus nr̃æ
ad extraneos. Et ſubdit, pœnam & magnitudinẽ pœnę exaggerat ꝑ parabolam & modum va
ſtationis. ⌊Idcirco hæc dicit dñs, Ecce ego cogito,⌋ diſponẽdo.ſ. & adducẽdo, Eſa.31. Ipſe ſapi-
ens adduxit malum & verba ſua non abſtulit, ⌊ſuꝑ generationem iſtam⌋ peſſimã ſupple ⌊ma
lum⌋ pœnæ, Deut.32. Generatio peruerſa ẽ & infideles filij, Eſa.31. Conſurget contra domum
peſſimorum, ⌊vnde non auferetis colla veſtra,⌋ hoc ẽ, aufferre non poſſitis. Hoc maxime vide Iudæoꝝ ꝑ
tur intelligi de captiuitate Romana, Ecci.24. Superboꝝ & ſublimium colla propria virtute cal- petua eſt ca
caui, Ecci.40. Occupatio magna creata ẽ oĩbus hoĩbus & iugum graue ſuper filios Adam. Et ptiuitas.
ex ſermone iſto videtur ꝙ liberandi non ſint, ſed condemnati ad perpetuam ſeruitutem, Oſee.11
Iugum imponetur eis ſimul quod non auferetur. Et ibidem: Ero eis quaſi exaltans iugũ ſuꝑ ma
xillas eoꝝ, ⌊& nõ ambulabitis ſuperbi⌋ pœna.ſ. captiuitatis vel pœnitẽtiæ vos humiliãte, Eſa.2
Incuruabitur altitudo viroꝝ & exaltabitur dñs ſolus in die illa, ⌊quoniam tempus peſſimum ẽ⌋
propter.ſ. pœnę magnitudinem, Matth.24. Erit em̃ tunc tribulatio magna, qualis nunquã fuit
ab initio mundi vſq; modo, Danie.12. Veniet tempus quale non fuit ex quo gentes eſſe cœpe-
runt, vſq; ad tempus illud. Et exaggerat ꝑ parabolam ſubdens, ⌊In die illa ſumetur ſuꝑ vos pa
rabola,⌋ vt.ſ. ex pœna veſtra alijs fiat parabola correctionis, Pſal.68. Factus ſum illis in parabo-
lam. Sic Eſaias parabolam ſumpſit ſuper regẽ Babylonis, Eſa.14. Sic Ezechiel cõtra regẽ Tyri,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ezech.28.⌊& cantabitur canticum⌋miſeriæ veſtræ ſupple,⌊cũ ſuauitate dicentium⌋qui.ſ.læ D
tabuntur in pœnis noſtris,Threñ.1.Omnes inimici mei audierunt malũ meum,lætati ſunt , qm̃
tu feciſti,Iob.30.Nunc in eorum canticum verſus ſum & factus ſum eis in prouerbiũ, Pſal.78
Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris,ſubſannatio & illuſio his q in circuitu noſtro ſunt. Et
ſubdit de modo vaſtationis in ſe & in ſigno.Et eſt ſermo prophetæ recognoſcẽtis pœnã iudi-
cis,⌊Depopulatione vaſtati ſumus,⌋Tyrannus em̃ rapiens,aliqd relinquit, depopulatio populi
nihil,Hiere.4.Vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt,& nõ habitat in eis homo, tu aũt vaſtata qd faci-
es?Et huius ponit ſignũ,⌊pars populi mei cõmutata ẽ,⌋ Hiero.hoc eſt, templũ meũ q̃d in vo-
bis & nõ in alijs gentibus habebã,mutabit in ruinã.Poſſet tñ dici, ꝙ intranſitiua cõſtructio eſt,
inter obliquũ & rectũ,Et eſt ſenſus,Pars q̃ eſt populus meus, cõmutata ẽ & cultu & morib' &
dominatu,qa ad alienos dños tranſiuit,Threñ.vlt.Serui dominati ſunt noſtri,nõ fuit q redime-
ret de manu eorꝝ,Iohã.8.Qui facit pctm̃,ſeruus ẽ peccati.¶⌊Qũo recedet à me⌋Remouet hic
falſas rõnes & cõſolationes populi,& ſunt duæ,vna ꝙ tranſitorium ſit flagellũ , ſecũda ꝙ tanta
ſit miſericordia dei,ꝙ malũ non immittet.Prima tacita eſt,& eſt ac ſi dicat, Vos dicitis ꝙ trãſi-
toria eſt tribulatio,& ꝙ recedet tribulator,ego vero per affectũ connumerãs me populo,reſpõ
deo,⌊Qũo recedet à me?⌋hoc eſt,à ſorte mea,Aſſyrius.ſ.vel Romanus vel diabolus,⌊cum re-
uertatur,⌋iterata tyrannide,⌊q regiones noſtras diuidat,⌋hoc eſt ſuis ſatellitibus ſorte diſtribu-
at,Simile Eſa.28.Dixiſtis em̃,percuſſimus fœdus cũ morte,& cũ inferno fecimus pactũ, flagellũ
inundans cũ tranſierit,non veniet ſup nos.Et poſt pauca reſpondet: Delebitur fœdus veſtrum
cum morte,& pactũ veſtrum cum inferno non ſtabit,flagellum inundans cum tranſierit, eritis
ei in conculcationem,Eſa.1.Regionem veſtram coram vobis alieni deuorãt,& deſolabitur ſicut E
in vaſtitate hoſtili,⌊propter hoc⌋.ſ.quia talem falſam cõſolationem tibi promittis,⌊non erit ti
bi mittens funiculum ſortis,⌋in reſtituenda tibi hæreditate,⌊in cetu domini,⌋hoc eſt,in cetu re
uertentium de captiuitate,hoc ſignificatũ eſt Eſdræ vlt. vbi q non inuenerunt genealogiam ſcri
pturæ ſuæ,ſeparati ſunt ab hæreditate domini,⌊ne loquamini loquentes,⌋ ſecunda conſolatio,
vbi ſibi impunitatem ex miſericordia dei promittebãt,⌊Ne loquamini loquẽtes⌋Eſa.3.Popule
meus q te beatum dicunt,ipſi te decipiũt,& viam greſſuũ tuorꝝ diſſipãt,⌊Nõ ſtillabit ſup iſtos⌋
ira dei ſupple p temporalem pœnam,qa ſicut ſtilla poſt ſtillam,ita pœna poſt pœnã ordinate
inducitur,Iob.29.Stillabat ſuper illos eloquium meum,Et quod dixit,exponit ſubdens,⌊nõ cõ
prehendet confuſio,⌋per pœnam.ſ.hoc eſt em̃ contra hoc quod dicitur Matth.21.Malos ma
le perdet,⌊dicit domus Iacob,⌋impunitatem.ſ.in peccatis ſibi promittẽs, quod eſt lactare pec-
Pctõres ſpe impunitatis nõ ſunt lactandi catores,Prouer.1.Fili mi ſi te lactauerint pctõres,ne acquieſcas eis,⌊Nunqd abbreuiatus eſt ſpi-
ritus domini?⌋ratio ẽ populi ad confirmandam falſam conſolationem,& eſt ſenſus,Nunqd ſpi
ritus domini omnibus largus in bonitate,breuis & reſtrictus erit nobis? quaſi dicat,non , & ideo
ſaluabit nos,Fundatur ſuper illud Eſa.59.Ecce non eſt abbreuiata manus domini vt ſaluare ne-
queat,neq; aggrauata auris eius vt non exaudiat.Et addunt aliam rationem,⌊& tales ſunt cogi
tationes eius,⌋quales.ſ.hominum,vt antiquam retineat iram,Eſa.55. Sicut exaltantur cœli à ter-
ra,ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris,& cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.Et ſub-
dit reſponſionem domini contra præſumptionem eorum,⌊Nonne verba mea,⌋ per prophe- F
tas.ſ.dicta,⌊bona ſunt?⌋hoc eſt conſolatoria& multa bona promittentia,⌊cum eo,⌋ bono.ſ.
viro,⌊qui recte graditur⌋Hierony.Bonus quidem ſum,ſed non malis, ſed eis q recte gradiun-
tur.Zach.1.Reſpondit dominus angelo,q loquebatur in me verba bona,conſolatoria,Pſalm̃.27
Quàm bonus Iſrael deus,his q recto ſunt corde,⌊Et econtrario,⌋cõtra me.ſ.ſeuiendo , ⌊Popu
lus meus⌋quondã ſupple,⌊in aduerſariũ conſurrexit,⌋contra me.ſ.propter q̃d Hiere.3.dicitur:
Aduerſatrix filia Iuda,qa aduerſatur deo ſuo,Hiere.12. Facta ẽ mihi hæreditas mea quaſi leo in
ſylua,dedit contra me vocem.In quo aũt aduerſetur,ſubdit,pctã improperãdo,⌊deſup tunicã,
pallium ſuſtuliſtis,⌋tunica à tegendo dicta opetimentũ nuditatis eſt, palliũ vero exterius veſti-
mentum,quod tollebant ſolũ tegimẽ nuditatis propter confuſionem relinquentes,Iob.24.Nu-
dos dimittunt hoĩes indumenta tollentes, quibus non ẽ operimentum in frigore,Cant.5. Tule-
runt pallium meum cuſtodes murorꝝ.Quod etiam prælatis conuenit per calumniam populum
ſpoliantibus,Et ſubdit,⌊& eos q tranſibant ſimpliciter,⌋hoc eſt ſine dolo & fraude negotia ſua
agentes,⌊conuertiſtis in bellum⌋per aduocatos.ſ.& cauillationes,Pſal.67.Diſſipa gentes quæ
Aduocator ꝑuerſitas. bella volunt.Aduocati em̃ ſunt qui omne rectũ peruertunt, Amos.5. Conuertitis in abſinthium
iudicium & iuſtitiam domini in terra relinquitis,Eſa.5.Iuſtificatis impium pro muneribus, & iu
ſtitiam iuſti aufertis ab eo,Nec hoc ſolum,ſed ⌊& mulieres populi mei eieciſtis⌋ vel in captiui-
tatem mittendo propter pctm̃,vel à viris ſuis ſeparandõ p calumniam, Et hoc ẽ quod ſequitur,
⌊de domo delitiarꝝ ſuarum,⌋hoc ẽ,in quibus quondam delicate viuebant cum maritis & pue-
Lingua tertia deteſtãda. ris,Mala.2.Contaminauit Iudas ſanctificationem domini,quam dilexit,hoc ẽ matrimonium,&
habuit filiam dei alieni,Diſperdat dominus virum qui fecerit hoc , magiſtrum & diſcipulum in
Iſrael,Hæc eſt lingua tertia aduocatorum,de qua dicitur Ecci.28.Lingua tertia mulieres viratas
eiecit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A eiecit & priuauit illas laboribus ſuis. Prima em̄ lingua, expoſitio veritatis eſt in cõquerente. Se-
cunda lingua, reſponſio veritatis eſt in iudice. Tertia lingua, iuſtitiæ peruerſio eſt in cauillatore,
⌊à paruulis earū,⌋ quos. ſ. nutriendos ad laudem meam ſuſceperunt, ⌊tuliſtis,⌋ hoc eſt abſtuli-
ſtis, ⌊laudem meam,⌋ hoc ē materiam laudis meæ, ⌊in perpetuum,⌋ eiecti em̄ & ſpoliati benefi
cijs, deum iam non laudant, ſed potius murmurant & blaſphemant, Eſa. 52. & Roma. 2. Iugiter
tota die blaſphematur nomen meum per vos inter gentes. Econtra autem de bonis dicitur in
Pſal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem, Hierony. Per matronas, vrbes Iudæ
metaphorice captæ intelliguntur. Ex oĩbus his infert cõminationem, ſubdens, ⌊ſurgite,⌋ ſupple
ergo, ⌊& ite⌋ in captiuitatem, ⌊quia non habetis hic⌋ in domibus & in terra veſtra, ⌊requiē,⌋
Hiere. 16. Seruietis dijs alienis qui nõ dabunt vobis requiem die ac nocte, Threñ. 5. Ceruicibꝰ mi
nabamur, laſſis non dabatur requies. Quare autem non ſint hic habituri requiem, ſubdit ſupple
quia, ⌊propter immunditiam eius⌋ populi. ſ. in pctĩs & idololatrijs, ⌊corrumpetur⌋ ſupple ter-
ra, fœtore. ſ. cadauerum, ⌊putredine peſſima,⌋ per gladium. ſ. regis Babylonis vel extremæ con
demnationis, Amos. 4. Percuſſi in gladio iuuenes veſtros vſq; ad captiuiuitatem equorum ve-
ſtrorum, & aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras, Eſaię. 34. Inebria
bitur terra eorum ſanguine & humus eorum adipe pinguium, quia dies vltionis domini eſt, Se-
ptuaginta ſic, Duces populi mei proijcientur de domibus delitiarum ſuarum, propter malas ad-
inuentiones ſuas eiecti ſunt, Hierony. Eccleſię principes qui delitijs affluunt, & inter epulas atq; Pudicitiam
laſciuias pudicitiam ſe ſeruare credunt, propheticus ſermo deſcribit, ꝙ eijciendi ſint de ſpatioſis inter epulas
B domibus, lautiſq; conuiuijs & multo labore epulis conqueſitis, & eijciendi propter malas cogita- ſeruare dif
tiones & opera ſua. Et ſi vis ſcire quo eijciendi ſint, euangelium lege Matth. 25. In tenebras. ſ. ex ficile.
teriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. An non confuſionis & ignominiæ ē, Ieſum crucifixum
magiſtrum pauperum atq; eſurientem, fartis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam ru
bentes buccas, tumentiaq; ora proferre? ¶ ⌊Vtinam non eſſem vir.⌋ Tangitur hic compaſſio ꝓ
phetæ in tribus, affectu. ſ. compaſſionis, prædicatione veritatis, & promiſſione conſolationis.
⌊Vtinam non eſſem vir⌋. ſ. non fractus mollitie falſitatis, ſed viriliter ſtãs veritatis vigore. 1. ad
Timoth. 2. Vir non eſt ſeductus, ſed mulier ſeducta in præuaricatione fuit, ⌊habens ſpm̄,⌋ Hiero
nymus: Vbicunq; in veteri vel nouo teſtamento, ſpũs, ſine additamento ponitur, in bonam par-
tem accipitur, ⌊& mendacium potius loquerer,⌋ hoc ē, vtinam ſpiritu meo, qui falli poteſt, hoc
dicerem, & non à ſpũ veritatis, Et ſic excluditur obiectio quorundam, dicentium, non debere
ſanctum virum optare ſe ſpm̄ dei nõ habere. Cum verbis em̄ ad animam pertinentibus nõ va Nota regu
let huiuſmodi proceſſus, volo hoc, ergo non volo contrarium eius, quod cum ipõ ſtare non põt. lã de verbis
Vnde voluit & ſpm̄ dei habere, & tamen hoc quod dixit, à ſpũ dei non dicere, Simile Romañ. 9 ꝓ hęreticis.
Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chr̄o pro fratribus meis, Hierem̄. 28. Cum Ananias pſeudo-
propheta diceret, Contriui iugum regis Babylonis, & ꝙ referenda eſſent vaſa domini in Hie-
ruſalem, ait Hieremias ad Ananiam, Amen, ſic faciat dominus, ſuſcitet dominus verba tua quæ
propheraſti, vt referantur vaſa in domum domini. Et ſubdit de prædicatione veritatis, ⌊ſtillabo
tibi in vinum,⌋ ac ſi dicat, infra Mich. 3. ego repletus fortitudine ſpũs domini, qui ē ſpũs verita-
C tis, ſtillabo, hoc ē ordinate prophetabo, in vinum compunctionis. ſ. & amaritudinis, Pſalm̄. 59.
& 79. Potaſti nos vino compunctionis, & potum dabis nobis in lachrymis, ⌊& in ebrietatē,⌋
Hieronymus: Quia propheta ſum & ſpũ dei loquor & à diuinitate miſſus prædico veritatē, pro
pterea ſtillabo tibi ſermonem meum in meracum vinum, quod te inebriet & corruere faciat,
Hierem̄. 25. Bibite & inebriamini & vomite & cadite & nolite conſurgere à facie gladij, quem
ego mittam inter vos, ⌊& erit ſuper quem ſtillatur,⌋ ſiue ſupple velit ſiue nolit, ⌊populus iſte,⌋
2. Corinth. 13. Non poſſumus aliquid aduerſus veritatem, ſed omnia pro veritate. Et ſubdit de
promiſſione conſolationis, ⌊Congregatione congregabo Iacob,⌋ vocatiui caſus eſt, ⌊totum in
te vnum,⌋ hoc ē, ò Iacob totum te qui verus luctator es virtutis, totum te congregabo congre-
gatione. Congregatione congregatur, in quo ē aliqua forma congregationis, ſicut ē forma cha-
ritatis vel ſpũs, & ordo eccleſiaſticus vel virtutis, in vnum autem congregatur, qui non diſpari
cultu, ſed vni deo coniungitur, Pſal. 105. Congrega nos de nationibus, vt confiteamur nomini
tuo, Ezech. 34. Congregabo eos de terris inimicorum ſuorū. Et poſt pauca: Quia ego dominus
deus eorum, eo ꝙ tranſtulerim eos in nationes & congregauerim eos ſuper terram ſuam, &
non reliquerim quenquã ex eis ibi. Et hoc ē quod ſequitur, ⌊cõducam reliquias Iſrael pariter⌋
in cor vnum. ſ. & animam vnam, Actorū. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima
vna, Eſa. vlt. Adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum domino. ⌊Ponam il-
lum quaſi gregem in ouili,⌋ hoc ē, ſub vnius paſtoris cuſtodia in eccleſia, Iohan. 10. Alias oues
habeo quæ nõ ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocē meam audiēt, & fiet vnũ
ouile, & vnus paſtor, ⌊quaſi pecus in medio caularum,⌋ ſupple ponam eum, Gloſſa inducit hoc
Pſal. 22. In loco paſcuæ ibi me collocauit. Caula ouium ē, in qua pabula reponuntur, Gene. 24
Palearū quoq; plurimũ eſt apud nos & locus ſpatioſus ad manendũ, Ezech. 34. In paſcuis vber-

rimis paſcam eos,in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua eorum,ibi requieſcent in herbis viren D
tibus & in paſcuis pinguibus paſcent,⌊Tumultuabunt à multitudine hominũ,⌋Hiero. Tumul-
tus eſt clamor nimiæ multitudinis pari aſpiratione emiſſus, Eſaiæ.60. Tunc videbis & afflues
& mirabitur & dilatabitur cor tuum,quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris , fortitudo
gentium venerit tibi,⌊aſcendet eñ,⌋paſtor.ſ.& dux , per verbum.ſ.& exemplum, ⌊pandens
iter ante eos,⌋hoc eſt,planum iter faciens & patulum, Iohan.10. Cum proprias oues emiſerit,
ante eas vadit & oues illum ſequuntur,⌊diuident & tranſibunt portam,⌋ hoc eſt diuident gre-
ges.ſ.hircos ab ouibus & malos à bonis,& tranſibunt portam ſacramentoꝝ & virtutum , quæ
inducit in eccleſiam,Ezech.34.Ecce ego iudico inter pecus & pecus,arietem & hircũ,Matth.25
Separabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, ⌊& egredientur per eam,⌋por-
tam eccleſiæ,paſtorem.ſ.qui eſt oſtium & oſtiarius , Iohan.10.Ego ſum oſtium , per me ſi quis
introierit,ſaluabitur & ingredietur & egredietur & paſcua inueniet, ⌊Et tranſibit rex,⌋ hoc eſt,
p̄latus ⌊Leoꝝ coram eis,⌋in verbo.ſ.& exemplo.1.Pet.2.Forma facti gregis ex animo , ⌊& do
minus in capite eorum⌋ſupple tranſibit,tanq̃ omnium princeps.1.ad Corin.11. Caput Chr̃i,de
us.1.Pet.2. Conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopũ animaꝝ veſtrarum.

¶In capitulum tertium enarratio.

ET dixi,⌋In hoc capitulo exaggerat pœnã ſub differentia peccantium. Et diuidi
tur in tria,in peccata.ſ.tyrannorum,pſeudoprophetarum,ibi, Hæc dicit domi-
nus ſuper prophetas,& p̄latorum,ibi,Audite hæc principes domus Iacob. Pri-
ma in duas,primo improperat peccata,ſecũdo interminatur pœnam, ibi , Tunc
clamabunt. In prima attentos reddit,& explanat circa quid attendãt.⌊Et dixi⌋
authoritate.ſ.domini,Ezech.2. Loqueris verba mea ad eos , ſi forte audiant &
quieſcant,⌊Audite principes Iacob,⌋duodecim.ſ.tribuum, Et nominant Iacob, vt pudeat eos
tantum patrem nõ imitari. Moraliter aũt,per Iacob,qui luctator interpretaꝰ, ſeculares ſignificã E
tur,in lucta mundi viuentes, & principes Iacob, principes tribuũ & familiaꝝ dicuntur, ⌊& du-
ces domus Iſrael,⌋hoc eſt,ſacerdotes & reges & p̄fecti,qui non tantum ſuper familias,ſed ſuper
totum populum vel magnam partem conſtituti ſunt,Pſal.67. Principes Iuda duces eoꝝ,prin-
cipes Zabulon & principes Nephthalim, Sapiæ.6. Audite reges & intelligite , diſcite iudices fi-
nium terræ,Pſal.2.Et nunc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terram. Et ſubdit quid audi-
ant.ſ.ꝙ impedimentum boni & impedimentum veritatis eſt apud eos,eo ꝙ informati ſunt cõ-
trario boni & contrario veri. Et hoc primo dicit in vniuerſali,ſecundo demonſtrat in particu-
lari.⌊Nunquid veſtrum eſt ſcire iudicium?⌋quaſi diceret,non eſt, Quia quamuis ex officio ſci-

Cõſueta relinquere difficile.

rent,tamen prauitas mentis ſcire cum affectu nõ permittit,Hieroñ . Nõ eſtis digni ſcire iudiciũ
dei , quod eſt abyſſus mala , nec praua mens veſtra penetrat profundam eius iuſtitiam, Simile
Hiere.13.Si poteſt Aethiops mutare pellem ſuam,aut pardus varietatem ſuam,poteſtis &vos be
ne facere cum didiceritis malum.1.Regum.2. Filij Heli,filij Belial,neſcientes dominum,nec offici
um ſacerdotũ ad populum,Sapiæ.1. In maliuolam animam non introibit ſapientia, nec habita-
bit in corpore ſubdito peccatis. Et ſubdit ꝙ obſtat contrarius habitus & affectus,⌊qui odio ha
betis bonum,⌋neutraliter vel maſculine. Si neutraliter bonũ in actibus & effectibus odio habue
runt,ſed non bonum vnde omne bonum,quia hoc (vt dicit Dionyſius) nemo odiſſe poteſt . Si
maſculine,tunc bonos & ſanctos odio habuerunt,Amos.5 . Odio habuerunt corripientẽ in por F
ta,& loquentem perfecte abominati ſunt,Pſal.49. Tu vero odiſti diſciplinam , & proieciſti ſer-
mones meos retorſum,⌊& diligitis malum,⌋neutraliter vel maſculine,Pſal.49 . Si videbas furẽ
currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam ponebas,Eſa.59. Opera eorum opera inuti
lia,& opus iniquitatis in manibus eorum,pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effun-
dant ſanguinem innocentem. Et deſcendit ad ſpecialia,⌊qui violenter tollitis pelles eorum deſu
per eis,⌋Per pelles exteriora bona ſignificantur,quæ in tegumentum & defenſionem mortalita

Tyrannis principum execranda.

tis data ſunt, Ideo ſub metaphora leonis vel latronis crudelitas principum Iſrael deſcribitur , qui
ſubditis tanquã pecoribus vtuntur,excoriantes oppreſſionibus angariarum & perangariaꝝ ra-
pinis, Animal eñ cui tota pellis aufertur,moritur,Eſa.3. Populum meum exactores ſui ſpoliaue
runt & effœminati dominati ſunt eis,⌊& carnem deſuper oſſibus eorum⌋ſupple violenter tol-
litis,per carnes ſignificantur mollia & delicata ad fomentum teneritudinis humanæ conceſſa tã
in veſtitu q̃ in lectulo & eſculento & poculento,Iob.10. Pelle & carnibus veſtiſti me,oſſibus &
neruis compigiſti me. De talibus mollibus dicitur Ezech.16. Similam & mel comediſti & oleũ,
& decora facta es vehementer nimis. Hæc mollia veſtiunt oſſa ne areſcant . Et exaggerãdo pec
catum iterat,⌊Qui comederunt carnẽ populi mei,⌋ Pſalm̃.13. Qui deuorant plebem meam ſi-
cut eſcam panis,⌊& pellem eorum deſuper excoriauerunt⌋& exteriora & teneritudini interio-
ri conceſſa deuorantes,Ezech.34. Facti ſunt greges mei in rapinam & oues meæ in deuoratio-
nem omnium beſtiarum, ⌊& oſſa eorum confregerunt,⌋ Oſſa in quibus ſuſtentatio & robur
corporis eſt,vires corporis & virtutes animæ ſignificant,quæ confringunt,qui angarijs & per-
anga-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A angarijs conſumunt vires corporis & laſſant virtutes animæ, Eſaiæ. 3. Quare atteritis populum meum & facies pauperum commolitis? Pſal. 101. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt, ⌊& conciderunt ſicut in lebete,⌋ ſciſſura diuiſionem notat, non enim vnus rapuit, ſed quilibet in officio. Lebes autem conſtrictionem ſignificat, qua in termino ſuæ poteſtatis conſtrinxerunt pauperes, Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& quaſi carnem⌋ ſupple conciderunt eos, ⌊in medio ollæ,⌋ olla Hieruſalem ſignificat, ciuitatem vel eccleſiam, in qua prædicto modo coquūtur pauperes, Ezech. 24. Væ ciuitati ſanguinum ollæ cuius rubigo in ea eſt. Et poſt pauca, Cuius ego grandem faciam piram, congere oſſa quæ igne ſuccendam, conſumentur carnes & coquatur vniuerſa compoſitio, Hiere. 1. Ollam ſuccenſam ego video. Et ſubdit pœnam, ⌊Tunc,⌋ in tribulatione. ſ. futura, ⌊clamabunt ad dominum,⌋ Eſa. 65. Vos præ dolore cordis clamabitis & præ contritione ſpūs vlulabitis, ⌊& non exaudiet eos,⌋ Gloſſa, Iudicium ſine miſericordia fiet ei q̃ non fecit miſericordiam, Iaco. 2. Prouer. 1. Tunc inuocabūt me & nō exaudiam, mane cõſurgẽt & nō inueniẽt me, Et hoc eſt quod ſequit̄, ⌊Et abſcondet faciem ſuā ab eis,⌋ Abſcondere faciē, eſt ſubtrahere gratiam, Iob. 13. Faciem tuā abſcondis & arbitraris me inimicum tuū, Eſa. 54. In indignatione mea abſcondi faciem meā parumper à te, ⌊In tempore illo,⌋ quando. ſ. maxime indigẽt, Deute. 32. Cū accepero tēpus, ego iuſtitias iudicabo, ⌊ſicut nequiter egerunt,⌋ nequiter agere eſt tantū malum facere, ꝙ nequeat plus. 1. Reg. 17. Ego noui nequitiam cordis tui, ⌊in adinuentionibus ſuis,⌋ nouos modos extortionis ſemꝑ inuenientes, Eſa. 3. Linguæ eoꝝ & adinuentiones eoꝝ cōtra dominū vt prouocarent oculos maieſtatis eius. ¶ ⌊Hæc dicit dn̄s deus ſuꝑ prophetas,⌋ In hac ſecunda parte loquit̄ cōtra prophetas, exaggerādo pc̄tm̄ & intermināndo pœnā. ⌊Hæc dicit dn̄s deus ſuꝑ prophetas,⌋ opprimēdos. ſ. maſſa tribulationis, ⌊qui ſeducunt populum meum,⌋ hoc eſt ſeorſum à veritate ducunt, Roma. 16. Per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda

B innocentium. Videtur tangere eos qui noſtris temporibus ſe fingunt viſiones videre & diuinant ſeducendo populum, Hiere. 14. Viſionem mendacem & diuinationē fraudulentam & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis, Hierem̄. 23. multum de hoc eſt, & ſic concluditur, Vſquequo iſtud in corde prophetaꝝ vaticinantium mendacium & prophetātium ſeductionem cordis ſui, qui volunt facere vt obliuiſcatur populus meus nominis mei? Ezech. 13. Vident vana & diuināt mendacium, dicētes, ait dn̄s, cum dominus non miſerit eos, & perſeuerauerunt confirmare ſermonem, ⌊qui mordent dentibus ſuis,⌋ cōminationes. ſ. & iras denuntiantes non dantibus, Prou. 30 Eſt generatio quæ pro dentibus habet gladios & commādit molaribus ſuis vt comedat inopes de terra & pauperes ex hominibus, ⌊& ꝑdicant pacem,⌋ dentibus ſupple, Eze. 13. Deceperūt populum meū, dicentes, pax pax, & non eſt pax. Et quod dixit, exponit, ⌊Et⌋ id eſt, ⌊ſi quis nō dederit in ore eoꝝ quippiam,⌋ munus ſcilicet, ⌊ſanctificant,⌋ hoc eſt, prophetali ſermone confirmant, ⌊ſuꝑ eum ꝑlium⌋ futuꝝ. ſ. Eze. 13. Violabant me ad populū meū propter puſillū hordei, & fragmen panis vt interficerēt animas quæ non moriunt̄ & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo, credēti mendacijs. Et ſubdit de pœna, ⌊Propterea nox vobis pro viſione erit,⌋ Gene. 1. Tenebras vocauit noctem. Tenebræ aūt hic dicunt̄ occultatio veritatis, Iob. 3 Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat & nō illuſtret̄ lumine, ⌊& tenebrę vobis⌋ ſupple erūt ⌊pro diuinatione,⌋ diuinationem vocat coniecturā de futuris per imagines vel ſpēs ſenſibilium

C vel alias coniecturas quæ in creaturis fiunt, quia Hierony. dicit, ꝙ diuinatio in malū ſonat, Eſa. 59 Impegimus in meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui, ⌊& occumbet ſol ſuꝑ prophetas,⌋ ſol dicitur lumen intellectus diuini, veritates reꝝ irradians, qui occumbit ſuꝑ pſeudoprophetas, Sap. 5. Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis, ⌊& obtenebrabit̄ ſuper eos dies,⌋ hoc ē, dies claræ veritatis in effectu erit eis tenebroſus, q̄a tunc videbitur ꝙ falſum dixerūt, Sap. 17. Totus orbis terraꝝ lympido illuſtrabat̄ lumine, ⌊& confundent̄ qui vident viſiones,⌋ confuſionē vocat ruborem, Verecundant̄ em̄ cum res contraria promiſſioni eoꝝ venerit, Pſal. 108. Induant̄ ſicut diploide confuſione ſua. Viſiones dicit videre, qui ſe iactant viſiones videre, cum tamen nihil videant, Hiere. 23. Prophetæ aſſumūt linguas ſuas, & aiunt, dicit dn̄s. Ecce ego ad prophetas ſomniantes mēdacium ait dn̄s, qui narrauerunt ea & ſeduxerūt populum meum in mēdacio ſuo & in miraculis ſuis. Dicunt em̄ ꝙ deus miracula cū eis facit, & quod plus eſt, ſic ſtigmata eis imponit ſuæ paſſionis, vt dicunt, ⌊& confundentur diuini,⌋ diuinantes. ſ. in coniecturis vel illudificationibus dæmonū. 3. Regum vlt. Ero ſpūs mendax in ore omnium prophetarum eius, ⌊& operient vultus ſuos⌋ omnes præ confuſione, Eſa. 29. Claudet oculos veſtros, prophetas veſtros, & principes veſtros qui vident viſiones operiet. Et reddit cauſam, ⌊quia non eſt reſponſum dei⌋ ſupple in eis, ſed potius ſpūs erroris decepit eos, Eze. 20. Hæc dicit dominus, non ad interrogandum me vos veniſtis, viuo ego, ⌊quia non reſpondebo vobis, Hiere. 23. In prophetis Hieruſalē vidi ſimilitudinem adulterantium & iter mendacij & confortauerūt manus peſſimoꝝ, vt nō cōuerterētur vnuſquiſq; à malitia ſua, ⌊Veruntn̄,⌋ Notat aduerſationē & diſtinctionē ad falſos ꝓphetas, ⌊repletus ego ſum⌋ q. verus ſum ꝓpheta, ⌊fortitudine dn̄i,⌋ fortitudo dicit̄ hic virtus in quam non poteſt incidere falſitas vel mendacium vel deceptio, Lucæ vltimo. Sedete in ciuitate

Cōtra pſeudoprophetas viſis ac mendacijs nitentes

Hypocriſis nō ferēda.

quouſq; induamini virtute ex alto, Actoꝝ.2. Repleti ſunt omnes ſpũ ſancto & cœperunt loqui D
varijs linguis, prout ſpũs ſanctus dabat eloqui illis, ⌊iudicio⌋ ſupple ſum repletus, hoc eſt diſcre
tione veritatis, vt.ſ. ſcientia diſcernere quid à ſpũ dei vel à ſpũ hominis deceptibili, vel à ſpũ dia-
boli mendaci dicatur, Hoc eñ inter dona dei (.1. ad Corinth.12) nominatur, cum dicitur, alij per
ſpm̃ datur diſcretio ſpirituum. 1. Iohã.4. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex
deo ſint, ⌊& virtute,⌋ ſupple ſum repletus, vt.ſ. non terrear minis, nec flectar promiſſis, Hiere.1.
Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam & in columnam ferream & in murum æneũ
ſuper omnem terram, ⌊vt annuntiem Iacob,⌋ datiui caſus, ⌊ſcelus ſuum,⌋ quod.ſ. pro deo ido
la coluerunt, vel dei filium crucifixerunt, ⌊& Iſrael peccatum ſuum,⌋ quod.ſ. corruptis morib⁹
perpetrauerunt, Eſa.58. Annuntia populo meo ſcelera eoꝝ & domui Iacob peccata eorum.
¶⌊Audite hæc principes,⌋ Tangit hic peccata ꝑlatorum ſymoniace ſpũalia vendentium, & pri
mo exaggerat culpam, ſecundo interminatur pœnã, ibi, Propter hoc cauſa veſtri. Exaggerando
culpã primo facit hoc in genere, ſecundo in ſpecie. ⌊Audite hæc principes domus Iacob,⌋ hoc
eſt duarum tribuũ vel eccleſiæ quantũ ad actiuos, Eſa.1. Principes tui infideles ſocij furum, ⌊&
iudices domus Iſrael,⌋ inferiores.ſ. prælati, de quibus dicitur Eſa.1. Pupillo non iudicant & cau-
ſa viduæ non ingredietur ad eos, ⌊qui abominamini iudicium,⌋ Gloſſa, falſa iudicatis, ſcriptu-
ras deprauatis, Hiere.23. Furantur ſermones meos. Furari eñ ſermones, eſt de ſermonibus verũ
intellectum ſubtrahere, ⌊& omnia recta peruertitis,⌋ pro muneribus.ſ. iudicando, vt tantũ qui-
libet iuris habeat, quantũ habet muneris, Eſa.5. Væ qui dicitis malũ bonũ, & bonũ malũ, ponen-
tes tenebras lucem & lucẽ tenebras, ponẽtes amaꝝ in dulce & dulce in amarum. Et poſt pauca:
Qui iuſtificatis impium pro muneribus & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Et deſcendit ad ſpecia- E
lia, ⌊qui ædificatis Sion in ſanguinibus,⌋ vel nece innocentium vel ſubtractione neceſſariorum
paupeꝝ, vel introductione nepotuloꝝ, Eccl̃.34. Panis egentium vita paupeꝝ eſt, qui defraudat
illum, homo ſanguinis eſt. Et ibidem: Qui effundit ſanguinem & qui fraudem facit mercenario,
fratres ſunt, Ezech.44. Inducitis filios alienos, incircunciſos corde & incircunciſos carne, vt ſint
in ſanctuario meo, ⌊& Hieruſalem in iniquitate⌋ ſupple ædificatis, hoc eſt eccleſiam vel domos
vestras in eccleſia de acquiſito per iniquitatem, vnde Gloſſa, in rapinis paupeꝝ, Abacuc.2. Væ
qui congregat auaritiam malã domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius. Hoc faciũt q aliena rapiũt
& de illis eccleſias fundare vel eleemoſynas facere quærũt, Eccl̃.34. Immolantis ex iniquo, obla
tio erit maculoſa. Et hoc oſtendit per ſingulos, ⌊principes eius in muneribus iudicabant,⌋ ven
dendo.ſ. ſententias, Eſa.1. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, ⌊& ſacerdotes eius
in mercede docebant,⌋ non attendentes hoc quod dicit Matth.10. Gratis accepiſtis, gratis date,
Actoꝝ.8. Pecunia tua tecũ ſit in perditionem, dixit Petrus Symoni Mago, ⌊& prophetę eius⌋
qui locum tenent religioſoꝝ, ⌊in pecunia diuinabant,⌋ hoc eſt, reſponſa dei proferebant. Vnde
Heliſæus laudatur (4. Regum.5.) quia Naaman offerenti ꝓtium, reſpondit, viuit dñs, ante quem
ſto, quia nõ accipiam, cumq; vim faceret penitus nõ acquieuit, Giezi aũt vituperatur (ibidem) qa
pretium acceperit, cui etiam cũ pretio lepra adhæſit. Si aũt obijcitur, de hoc quod dicit.1. Regũ.9
quod puer Saul reſpondit, Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti, demus ho
mini dei, vt indicet nobis viam noſtram, Reſpondet Hierony. ꝙ nõ legit hoc propheta accepiſ-
ſe, quinimmo & gratis reſpondit, & cõuiuium & hoſpitalitatẽ inſuper exhibuit. Et poteſt in- F
telligi, ꝙ quartã partem ſtateris nõ pro diuinatione, ſed pro iure hoſpitij exhibere cupiebat. Item
ſi obijciatur de illo.3. Regũ.14. ꝙ vxor Hieroboam miſſa ad Ahiam prophetã, tulit in manu ſua
decem panes & cruſtulã & vas mellis. Soluit Hiero. ꝙ nõ accepit, ſed etiã eam obiurgauit. Hie-
rony. Non deberẽt miniſtri eccleſiæ propter pecuniã officia ſua adminiſtrare. Nec tamẽ prohi-
bentur hoc quod debet eis ex officio accipere ad neceſſitatẽ, nõ ad luxuriã, ⌊&⌋ oĩa hæc facien-
tes, ⌊ſup dñm requieſcebant,⌋ ſpe.ſ. & fiducia auxilij, Eſa.58. Me de die in diem inquirunt & vi
as meas ſcire volunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & iudiciũ dei ſui nõ dereliquerit. His reſpõ
detur Sapiæ.5. Spes impij quaſi lanugo quæ à vento tollit & quaſi ſpuma gracilis quæ à procel
la diſpergit, ⌊dicentes,⌋ impunitatem ſibi in peccatis promittendo, ⌊Nunquid nõ dñs in me-
dio noſtrũ⌋ ſupple eſt? & hoc propter templũ dicebant, quod putabãt defenſione dei nullo mõ
eſſe violandũ, Hiere.7. Sic, Nolite cõfidere in verbis mendacij, dicẽtes, templũ dñi, templũ dñi,
templũ dñi eſt. Et hoc eſt q̃d ſequit, ⌊nõ veniẽt ſup nos mala⌋.ſ. propter ſanctitatẽ templi. Nõ
attenderũt q̃d dicit.2. Mach.5. Nõ propter locũ, gentẽ, ſed locũ propter gentem elegit dñs, pro
pter hoc factus ẽ locus particeps maloꝝ populi, Quin potius (Ezech.9.) incipit iudiciũ à domo
dñi, & primũ interficiunt q in tẽplo peccabãt. Et propter hoc ſubdit de pœna, ⌊propter hoc,⌋
qa.ſ. falſa ꝓſumptiõe vos lactatis, ⌊cã vr̃i,⌋ hoc ẽ propter pctm̃ vr̃m, ⌊Sion⌋ arx.ſ. & dom⁹ re-
gis ⌊q̃ſi ager arabit⌋ deſtructis.ſ. ædificijs & muris, Hiero. hoc ẽ, hoſtili aratro diuidet. Et tangit
cõſuetudinẽ antiq̃ꝝ victoꝝ, q loca expugnata aratris diuidebãt & ſale ſeminabãt, ⌊& Hierl̃m q̃
ſi aceruus lapidũ erit,⌋ cõcidẽtibus.ſ. ædificijs ĩ ruinas, Eſa.25. Poſuiſti ciuitatẽ in tumulũ, vrbẽ
fortẽ in ruinã, ⌊& mons tẽpli ĩ excelſa ſyluaꝝ⌋ ſupple vertet, muris deſtructis, Mat.24. Videtis
has

Sacrificiũ de alieno nõ faciẽdũ.

Spũalia gratis ſunt exhibenda

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A has oẽs ædificationes,non remanebit lapis ſuper lapidem qui nõ deſtruatur . Hieronymus dicit,
ꝙ excelſa ſyluarum ſunt habitationes beſtiarum.Eſa.34.Ponam eam in poſſeſſionem eritij,& e-
rit cubile draconum,& paſcua ſtrutionum.Nunc autem videmus Sion,hoc eſt, contemplationẽ
religionis in culturam agrorum,hoc eſt,mundanorum eſſe conuerſam, & Hieruſalem, hoc ẽ,ec-
cleſiam in duritiam cordium ſuper lapidem & montem templi indignitate cleri in excelſa ſylua
rum,vt magis alijs ſylueſtres ſint.Hiere.26.Sion quaſi ager arabitur,& Hieruſalem quaſi aceruus
lapidum erit & mons domus domini in excelſa ſyluarꝝ. Totũ hoc fit peccatis prælatorꝝ, ꝗ Sion
ædificãt in ſanguinibus.Hieronymus in originali,prælati quoſcũq; de aſſeclis ſuis ordinãtes cleri
cos,& vitã eorꝝ in ſcandalũ populi exponẽtes rei ſunt infidelitatis eorꝝ ꝗ ſcandalizantur.

¶In capitulum quartum enarratio.

ET erit⌋ Tangitur hic conſolatio in duobus.ſ.cultu templi & ortu Chriſti ducis,
per quem fit conſolatio,ibi,Et tu Bethlehem propheta.Prima in duas,primo enĩ
oſtendit perfectionem cultus & ſolutionẽ cuiuſdã obiectionis.ſ. quare permiſit
eos affligi,ibi,Dole & ſatage filia Sion.In prima tria ſunt.ſ. dignitas & fruct⁹ cul
tus,congregatio,& multiplicatio colentiũ,ibi,In die illa dicit dominus, & perfe-
ctio ꝓtãtis eccleſiaſticę,ibi, & turris nebuloſa . In prima tria ſunt,ſublimitas cul-
tus,frequentia colentium & fructus qui eſt pacis ſecuritas. ⌊Et erit⌋ confirmatio ſequentiũ eſt.
Et eſt ſenſus,quod ptophetatur , erit & abſq; dubio eueniet.Geneſis. 41. Fiat ſermo dei & velo-
cius impleatur, ⌊in nouiſſimo dierum⌋ hoc eſt,in vltimo ſtatu mundi,cui alius ſtatus in cultu nõ
B ſuccendet.1.Iohan.2.Fili,nouiſſima hora eſt,Gloſſa,vndecima hora quando ad conducẽdos ope
rarios ſaluator aduenit.Matth.20.Hi dicuntur dies propter claram iuſtitiam quæ tunc fulgebit.
Eſaiæ ſexageſimo.Super te orietur dominus & gloria eius in te videbitur,⌊erit mons,⌋ eminẽ-
tia.ſ.ſanctitatis & cultus.Hieremiæ triceſimoprimo : Benedicat tibi dominus pulchritudo iuſti-
tiæ,mons ſanctus.Gene.19.In monte ſaluum te fac.Geneſis viceſimoſecundo: In monte domi-
nus videbit,hic eſt mons in quo transfiguratur,dominus autem diſcipulos. Matthæi decimoſe-
ptimo,⌊domus domini⌋ habitationis.ſ.dei cum familia ſua, Nam in monte excelſo erat ædifi-
cium ciuitatis vergentis ad auſtrũ,quæ eſt regio luminis & caloris.Ezech.40.Dixit ad prophe-
tam.Ezech.44.Locus ſolij mei ,& locus ſcabelli pedum meorum vbi habito in medio filiorum
Iſrael.Pſal.ſexageſimoſeptimo:Mons in quo beneplacitum ẽ deo habitare in eo,⌊præparatus⌋
Septuaginta,manifeſtus.Et intelligitur pręparatus à deo in ornatu & cultu.Apoca.21.Vidi ciui-
tatem ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo à deo paratam,⌊in vertice montiũ⌋
vertex linea eſt duas diuexitates altitudinis montis in ſummo continuans, & intendit ꝙ omnes
mundi altitudines in ſe Chriſtus continuans.2.ad Corinth.10.Arma noſtræ militiæ nõ ſunt car
nalia ſed potentia dei ad deſtructionem munitionũ, conſilia deſtruentes & omnem altitudinem
extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei.Iohan.duodecimo: Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia
traham ad meipſum,⌊& ſublimis ſupér colles⌋ hoc eſt,ſuper ſanctorum & angelorum eleuatio
nes.Hebræorum primo:Tanto ſublimior angelis factus,quanto differentius nomen præ illis hę
C reditauit.Gloſſa inducit illud Philip.2.Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Cantico-
rum ſecundo:Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles.Et ſubdit de frequentia colen-
tium,⌊& fluent ad eum populi,⌋ hoc eſt,diuerſitates populorum.Ex omnibus enim populis tri
bubus & linguis vidit Iohannes ſtantes ante thronum.Apocalypſis quarto,⌊& properabũt gẽ-
tes multæ,⌋ per deuotionem.ſ.fidei,non enim tantum venient populi Iudæorꝝ, ſed etiam gẽtes
ex præputio.Eſa.55.Properate,emite & comedite.Heb.3.&.4. Feſtinemus ingredi in illam re-
quiem,vt non obduretur quis ex nobis fallacia peccati.Et dicit gẽtes multæ,vt dicit gloſſa,& in-
ducit illud Actorꝝ ſecundo:Ex omni natione quæ ſub cœlo eſt Parthi & Mœdi & Elamite,&
qui habitant Meſopotamiam,Iudæam & Cappadociam,Pontum & Aſiam,Phrigiam & Pam
philiam,Aegyptum & partes Lybiæ,quæ eſt circa Cyrenen & aduenæ Romani,Iudæi quoque
& proſelyti,Crethes & Arabes.Matthæi nono:Multi venient ab oriente & occidente & recum
bent cum Abraham,Iſaac & Iacob in regno cœlorum,⌊& dicent⌋ mutuo.ſ.ſe ad veniendũ ex-
hortantes.Apocalypſis vltimo: Qui audit,dicat veni, ⌊venite,⌋ fidei.ſ.deuotione. Hieronymus
ad vexillum patibuli ſe mutuo prouocantes.Hieremiæ quinquageſimoprimo : Venite & nolite
ſtare,recordamini procul domini ,& Hieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum. Aſcẽdamus pro-
fectu veritatis ſecundum intellectum,& profectu virtutis ſecundum affectum.Pſal.65.Accedat
homo ad cor altum.Ezech.41.Septem gradibus aſcẽdebatur,qui ſeptem dona ſancti ſpiritus ſi-
gnificant,⌊ad monrem domini,⌋ hoc eſt,ad eminentiam ſanctitatis eius.Exod.19.Totus mons
Sinai fumabat,eo ꝙ deſcendiſſet dominus ſuper eum in igne,fumus deuotionem orationis, ignis
feruorem charitatis ſignificat,⌊& ad domũ Iacob⌋ domus Iacob familiam ſignificat luctatorꝝ
in virtate,eo ꝙ lucta angelus Iacob virtutẽ impreſſit. Eſa.2.Domus Iacob venite & ambulemus
in lumie dei nr̃i.Et ſubdit ꝓfectũ veritatis,⌊& docebit vos de vijs ſuis,⌋ hoc ẽ,de ꝑceptis & exẽ
plis,in qb⁹ ambulauit.Ioh.15.Ego ſum via,veritas & vita.Pſal.24.Vias tuas dñe demõſtra mihi,

⌊& ibimus⌋ hoc eſt, proficiemus, ⌊in ſemitis eius⌋ Semita via compendij eſt, & cõſilia ſignifi- D
cat, Eſa. 26. Semita iuſti recta, rectus callis iuſti ad ambulandum, in ſemita vindictorum tuorum
domine ſuſtinuimus te. Iuſtum anthonomatice vocat Chriſtũ. Et ſubdit cauſam, quare eundum
eſt ad domum dei, ⌊quia de Sion exibit lex,⌋ quæ à ſeruitute & à peccato liberat, & hæc eſt lex

*Lex euangelica libertatis eſt.*

euangelij & charitatis. Romañ. 8. Lex ſpũs vitæ liberauit me à lege peccati & mortis. Eſa. 42. Iu-
dicium gentibus proferet, iudicium eñ vocat legem euangelij. Pſal. 18. Lex domini immaculata
conuertens animas. Eſaiæ. 33. Dominus legifer noſter, dominus rex noſter, ipſe veniet & ſaluabit
nos. Eſa. 51. Lex à me exiet, & iudicium meum in lucẽ populorum requieſcet, ⌊& verbum do-
mini⌋ doctrinæ. ſ. & prædicationis, ⌊de Hieruſalem⌋ ſupple egredietur, hoc eſt, de eccleſia, vt. ſ.
in forma vna eccleſiæ prędicet & doceat. Pſal. 67. Dñs dabit verbũ euangelizãtibus virtute mul-
ta. Marci vlt. Illi aũt profecti, prędicauerũt vbiq;. Acto. 4. Virtute magna reddebãt Apoſtoli te-
ſtimoniũ reſurrectionis, ⌊& iudicabit⌋ iudicio. ſ. diſcretiõis, ⌊inter populos multos⌋ oſtẽdẽs qd
ve℞ qd falſum, quid bonũ quid malum, quid dignum ſalute & quid indignum. Eſa. ſecũdo: Et ar-
guet populos multos. Iohan. 16. Ille arguet mundum de peccato. Pſal. 42. Iudica me deus & diſ-
cerne cauſam meam de gente non ſancta, ⌊& corripiet gentes fortes,⌋ gentes dicuntur ſup ge-
nerationem corruptam nihil habentes, fortes vero in defenſione erroris ſui pertinaces, 2. ad Ti-
moth. 4. Argue, obſecra, increpa. Pſal. 140. Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me
⌊vſq; in longinquum,⌋ hoc ẽ, vſq; in fines orbis terra℞. Ecci. 24. Enarrabo doctrinam vſq; in
longinquum. Eſa. 24. A finibus terræ laudem audiuimus, gloriam iuſti. Et ſubdit de pace quę eſt
effectus cultus, ⌊& concident gladios ſuos in vomeres⌋ quanquam poſt multa bella, orbis ad pa-
cem redactus fuerit ſub Auguſto Cæſare, quando natus eſt dominus, tamen gladij qui concidũ- E
tur in vomeres conuenienter intelliguntur rationes & defenſiones, quibus quilibet errorẽ ſuum
defenſabat, qui conciduntur acumine veritatis & conflantur calore charitatis in vomeres, hoc ẽ,
ſermones exhortatiuos, quibus vnus homo alium colit ad fructum iuſtitiæ. Vnde Eſa. 2. Confla-
bunt gladios ſuos in vomeres. Pſal. 45. Arcum conteret & confringet, arma & ſcuta cõburet ig-
ni, ⌊& haſtas ſuas⌋ Septuaginta Zibmnas: Zibmnas aũt ẽ haſta longa cuſpide lanceata, ſignifi-
cant aũt dolos & circũuentiones & iras, qbus ſeinuicẽ homines pupugerunt ante Chriſtũ, ⌊in
ligones⌋ ſiue in falces, vt dicit Eſa. 2. quibus. ſ. vnus alium metat in vitã æternã, & in horreũ do-
mini ponat. Iohan. 4. Qui metet, mercedem accipit, & congregat in vitam æternam. Matth. 10.
Rogate dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam. Et quod dixit, exponit ſubdens,
⌊non aſſumet gens aduerſus gentem, gladium,⌋ ad erroris ſui defenſionem, omnibus in vna fi-
de concorditer viuentibus. Pſal. 36. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum con-
fringatur. Iudic. 5. Noua bella elegit dominus & portas hoſtiũ ipſe ſubuertit, ⌊& non diſcent vl-
tra belligerare,⌋ nullo. ſ. reſiſtente. Eſa. 2. Nec exercebũtur vltra ad ꝑlium. Et ſubiungit de ſecuri-
tate. ⌊Et ſedebit vir ſubtus vineã ſuã,⌋ vir eſt, vt dicit Gregorius, qui contra biformes fortunæ
inſultus vniformi conſtantia mentis militat præmunitus, hic ſub vinea ſedet, hoc eſt quieſcit, qñ
in ſpe gaudiorum cœleſtium fructum expectat lætitiæ. Iohan. 1. Cum eſſes ſub ficu, vidi te, ⌊&
ſubtus ficum ſuã⌋ ſubtus ficũ ſedet, qui dulcedines virtutum & merito℞ experit, vt dicit Hiero-
nymus. 1. Mach. 14. Senes Iudæ ſedebant vnuſquiſq; ſub vite ſua & ſub ficulnea ſua, nec erat qui F
eos terreret. Et hoc eſt quod ſequitur. ⌊Et non erit qui deterreat⌋. 1. Machab. 14. Defecit impu-
gnans eos ſup terram. Iob. 5. Scies ꝙ pacem habeat tabernaculũ tuũ. Iohan. 17. In mũdo preſſu-
ram habebitis, in me aũt pacẽ. Et ſubdit ſermonis confirmationem, ⌊quia os domini exercituũ⌋
quod mentiri non põt, ⌊loquutum eſt,⌋ Numer. 23. Non ẽ deus vt homo vt mentiatur, nec vt
filius hominis vt mutetur. Et ſubdit de ſeparatione eccleſiæ ab erroribus & errantibus, ⌊qa oẽs
populi⌋ errantes. ſ. ⌊ambulabunt⌋ hoc ẽ, in peius proficient, ⌊vnuſquiſq; in nomine⌋ hoc ẽ, in
notitia opinata, ⌊dei ſui⌋ hoc eſt, erroris ſui, quem pro deo colit. Hierem. 2. Adamaui alienos &
poſt eos ambulo. Eſa. 53. Oẽs nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viã ſuã declinauit. ⌊Nos
aũt⌋ ab erroribus, aliorum. ſ. ſeparati, ⌊ambulabimus⌋ profectu fidei & virtutis. ⌊In nomine⌋
hoc eſt, clara notitia dei noſtri. Eſa. 60. Quia ecce tenebrę operiẽt terrã & caligo populos, ſuper
te aũt orietur dominus & gloria eius in te videbit, ⌊in æternũ & vltra.⌋ Aeternũ hic improprie
ſumitur pro tpe ẽ termino, hoc eſt, q̊d terminũ nõ habet, qa tẽpus gratiæ eccleſiæ nõ habebit a-
lium terminũ extra ſe, vltra aũt dicit profectũ in gloria. Exod. 15. Dñus regnabit in æternũ, & vl-
tra. Quidã exponũt hoc de his q accidẽt in aduẽtu Meſſiæ Iudæo℞, ſed planũ eſt, ꝙ hoc in prę-
terito nunq̃ accidit, ſed ſi expectatur in futu℞, nõ erit niſi in aurea Hieruſalẽ, & ideo fabulam re-
putamus. Si eñ totus fundus cõuertet in au℞, mirabile ẽ ad qd debeãt eẽ aratra & ligones. ¶ ⌊In
die illa⌋ Tãgit hic fideliũ cõgregationẽ & multiplicationẽ. ⌋ In die illa⌋ quãdo. ſ. lucebit veritas
& iuſtitia, ⌊dicit dominus⌋ Pſal. 117. Hæc eſt dies quam fecit dominus, ⌊congregabo claudicã-
tem⌋ hoc ẽ, ſynagogã quæ modo ad idola, modo ad deũ claudicabat. 3. Reg. 18. Vſq; quo claudi-
catis in duas partes, vel pctõres qbus ratio rectum dicit, ſed voluntas non obedit. Heb. 2. Genua
ſoluta erigite, & greſſus rectos facite pro ædibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis au-
tem ſa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A tem ſanetur, ⌊& eam quam eieceram,⌋ propter fornicationes in idololatria & peccatis, ⌊colli-
gam⌋.ſ.ad thorum immaculatũ.Hiere.3. Tu fornicata es cũ amatoribus multis,tamen reuertere
ad me & ego ſuſcipiã te,⌊& quam afflixeram⌋ diuerſis.ſ.captiuitatibus,vel forte excõmunica-
tionibus tradẽdo diabolo,vel forte laboribus pœnitẽtiæ.Eſa.54.Vt mulierẽ derelictã & mȩrẽ-
tem ſpũ vocauit te dñs,& vxorẽ ab adoleſcẽtia abiectã,Dixit dñs deus tuus.Ad punctũ in modi
co dereliqui te,& in miſerationibus magnis cõgregabo,⌊& ponam claudicantẽ in reliquias⌋ vt
non tota.ſ.perdatur,ſed aliqui ſeruentur ex ea.Eſa.3.Niſi dñs reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodo
ma facti eſſemus.Eſa.10.In veritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad dñm deũ
fortẽ,⌊& eã quæ laborauerat⌋ diuerſis.ſ.captiuitatibus & oppreſſionibus maloꝝ & dæmonũ.
Sapiæ.5.Laſſati ſumus in via iniqtatis & perditionis,ambulauimus vias difficiles. ⌊In gẽtem ro
buſtam⌋ ſupple ponã.Robuſtus eſt quem nec tormenta nec promiſſiones ſeparant à charitate
Chriſti,vt dicit Gloſſa,Romañ.8.Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio an an-
guſtia,an fames,an nuditas,an perſecutio,an periculũ,an gladius? quaſi dicat non. Eſa.60.Mini-
mus erit in mille,& paruulus in gentẽ robuſtiſſimã,⌊& regnabit dominus ſuper eos,⌋ eiectã.ſ.
& afflictam.Regnũ autem intelligit in omni iuſtitia & perfectione.Matth.6. Adueniat regnum
tuum.Sap.3.Regnabit dominus illorum in perpetuum.⌊In monte Sion,⌋ in eccleſia.ſ.Eſa.46.
Dabo in Sion ſalutem,& in Hieruſalẽ gloriam meam.Pſal.145.Regnabit deus tuus Sion, in ſecu
lum & in ſeculum ſeculi.Et hoc eſt quod ſequitur,⌊ex hoc nũc⌋ hoc ẽ,ex hoc præſenti q̊d bre- Præſentis
ue eſt, in quo.ſ.tribulationes patimur,& in gratia viuimus,⌊& vſq; in ſeculum,⌋ æternum.ſ.in tpis ſi qua
B quo remuneramur.2.ad Corinth.4.Id eñ quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribula- eſt,breuis ẽ
tionis noſtræ,ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,non con- tribulatio.
templantibus nobis quæ videntur,ſed quæ non videntur. ¶⌊Et tu turris⌋ Tangit hic de ſub-
limitate poteſtatis,duo dicens.ſ.adeptionem & conſolationem quæ eſt ex adeptione tali. ⌊Et
tu turris gregis nebulolosa.⌋ Turris dicitur Sion vel Hieruſalem, eo q̊d gregem domini cuſto-
diat,& per eam grex exeat & introeat.Cantic.4.Turris Dauid ædificata eſt cum propugnacu-
lis,mille clipei pendent ex ea,omnis armatura fortiũ.Turris autem dicitur ab altitudine contem-
plationis & ſubtilitatis,& propter munitionem veritatis,Eſaiæ quinto: Aedificauit turrim in me
dio eius.Pſal.121.Fiat pax in virtute tua,& abundantia in turribus tuis,Sub hac turri quieſcũt gre
ges eccleſiarum.ſ. congregationes in defenſione & pabulo. Prouerb.18. Turris fortiſſima no-
men domini, ad ipſam confugiet iuſtus & ſaluabitur. Canticorum octauo: Ego murus & vbe-
ra mea ſicut turris.Hæc eſt nebuloſa, & ſecundum Septuaginta, caliginoſa, ſecũdum Symachũ
ſqualida.Et vt dicit Hieronymus,interpretatur Ophel Hebraice, quia modo anguſtijs p̃mitur
& turbationibus.Threñ.3.Me minauit & adduxit in tenebras & non in lucem,⌊filiæ Sion⌋ mu
nit eñ filiam Sion,hoc eſt eccleſiam.Et totũ quod dictũ eſt quaſi abſolutum eſt.Et ſubinfertur,
⌊vſq; ad te veniet⌋ ille.ſ.qui congregabit claudicantem,venit autem ad te naturam aſſumendo
& ſanctificando & inter homines conuerſando:Baruch.3.Poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ ho-
minibus conuerſatus eſt.Iohan.1.Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis,⌊& veniet⌋cũ
eo ſupple,⌊poteſtas prima⌋ hoc eſt,maxima & digniſſima.Daniel.7.Poteſtas eius poteſtas æ-
terna quæ non auferetur,& regnum eius quod non corrumpetur. Matth.vltimo: Data eſt ei oĩs
C poteſtas in cœlo & in terra.Hieremiæ quinto:Poteſtatem dedit ei iudicium facere.Iohan.17.Si-
cut dediſti ei poteſtatem omnis carnis.Quæ aũt ſit iſta poteſtas & in quo,ſubdit,⌊regnum filiæ
Hieruſalem⌋ hoc ẽ,quæ poteſtas ẽ regnum filiæ Hieruſalem.Pſal.144. Regnum tuum regnum
omnium ſeculorum.In Hieruſalem eñ,hoc ẽ,in viſione pacis æternȩ primum & præcipuũ re-
gnum dei eſt.Matth.13.Mittet angelos ſuos & colligent de regno ſuo omnia ſcandala.Hierony
mus,quod in quibuſdam libris legit.Et ingrediet principatus primus regnũ filiæ Sion de Baby-
lone,ſciamus additum eſſe de Babylone,quia neq; in Hebræo, neq; apud alios habetur interpre-
tes.Septuaginta eñ tranſlatio ſic habet.Et ingrediet principatus,primũ regnũ filiæ Hieruſalem.
Eſa.9.Factus ẽ principatus ſuper humeꝝ eius.Et ſubdit conſolationem,⌊& nũc⌋ hoc ẽ,in præ
ſenti tẽpore,⌊quare⌋ hoc ẽ,qua de cauſa,⌊mȩrore cõtraheris?⌋ Septuginta, Quare cognouiſti
mala,hoc ẽ,cognoſce cauſam,quare ſis in mȩrore & mala p̃ſentia cognoſcas p experientiã.Hoc
eñ põt eſſe,niſi propter pctm̃ tuũ.Eſa.54.Vt mulierẽ derelictã & mȩrentem ſpũ vocauit te dñs.
Quod aũt ex peccato proprio ſit,probat ſubdens:⌊Nunqd rex non ẽ tibi?⌋ Q.d.eſt,ex quo ve
nit ad te poteſtas prima,ergo ex defectu poteſtatis regis mȩrore nõ cõtraheris. Sapiæ.3. Regna-
bit illoꝝ rex in æternũ.Eſa.33.Regẽ in decore ſuo videbũt,victorioſum.ſ. & glorioſum,vt etiam
angeli mirent.Pſal.23.Quis eſt iſte rex glorię? Eſa.64.Quis ẽ iſte qui venit de Edom cinctis ve-
ſtib9 de Boſra? Non ẽ ergo ex defectu regis,⌊aut cõſiliarius tuus perijt⌋ Q.d.nõ.Eſa.9.Vocabit
admirabilis cõſiliari9,nõ ergo p̃t eẽ ex defectu cõſilij.Et bñ ergo dico,ꝙ mȩrore cõtraheris ex tuo
vitio,⌊qa cõprehẽdit te dolor,ſicut parturientẽ⌋ dolor qui cõprehendit parturientẽ ex conce- Peccatum
pta libidine cauſat,& ita dolor pœnaꝝ,qui comprehendit peccatorẽ ex concepto prius in libidi eſt oĩs pœ-
ne peccato inducitur.Eſaiæ quinquageſimonono:Conceperũt laborẽ & pepererũt iniquitatem. næ cauſa

Eſaiæ

Eſa.37.Dies tribulationis & anguſtiæ,correptionis & blaſphemiæ dies hæc, quia venerunt filij D
vſq; ad partũ,& non erat virtus pariendi.1.ad Theſſ.5.Cum dixerint,pax & ſecuritas, tunc re-
pentinus ſuperueniet eis interitus,ſicut dolor in vtero habentis.Peccatũ eñ in libidine concipit
& in dolore paritur per pœnã,econtra ſanctum propoſitũ in timore & triſtitia concipitur & in
gaudio paritur ad gloriã,Eſa.26.A facie tua dñe concepimus & quaſi parturiuimus & peperimꝰ
ſpm̃ ſalutis.Hierony.in originali,Legamus ſcripturas & nunq̃ inueniemus ſanctas mulieres cũ
dolore peperiſſe,excepta Rachel,quæ quia in via erat & hippodromo.i.in equoꝝ curſu, qui in
Aegypto venundant,filium peperit doloris,quẽ poſtea vocauit pater filium dexteræ,Eua eiecta
de paradiſo,audiens,in dolore paries,peperiſſe ſcribit in dolore,Gene.3.De Rachel aũt Gene.35
Vxor Phinees contracta,nec ſe erigens ſicut illa quã alligauit ſatanas,Luc.18. peperit, poſtq̃ ar
cam dei captam, populiq; cognouiſſet ruinam ,& vocauit puerum Icabod, quod interpretatur
inglorius.1.Regũ.4.Sara aũt quæ ſancta erat & defecerant ei muliebria, hoc eſt mulieris molli-
ties,nato Iſaac,dicit,riſum mihi fecit dominus.Ex quo ergo tuo vitio cõprehendit te dolor,⌊do
le⌋per pœnitentiam & contritionẽ,⌊& ſatage,⌋hoc eſt ſatis age per ſatiſfactionem,⌊ò filia Si
on,⌋anima.ſ.pertinens ad æternam contemplationẽ,vt.ſ.tanto beneficio fias digna.Luc.23.Fi
liæ Hieruſalem nolite flere ſuper me,ſed ſuper voſipſas flete & ſuper filios veſtros, Dole dico,
⌊quaſi parturiens,⌋cui cauſa doloris eſt conceptus in libidine,ſicut iam ante dictum eſt,Ioh.16
Mulier cum parit,triſtitiam habet,quia venit hora eius,⌊quia⌋ſupple per peccatum tuũ ⌊nũc⌋
hoc ẽ,in proximo egredieris per captiuitatem, ⌊de ciuitate⌋ſupple tua, Eſaiæ.6. Relinquentur
ciuitates abſq; habitatore & domus ſine homine,⌊& habitabis in regione,⌋hoc eſt,in diuerſita
te regionum per diſperſionem captiuitatis,Eſa.22.Quaſi pilam mittet te in terram latã & ſpa- E
tioſam,⌊& venies vſq; ad Babylonem,⌋per duarum tribuum.ſ.captiuitatem,⌊ibi liberaberis⌋
à ſeruitute.ſ.captiuitatis,per Zorobabel.ſ.& Ieſum ſacerdotem magnũ,Iob.36.Libera eum ne
deſcendat in corruptionem.Per quem autem hoc fiat,ſubdit ibi,⌊redimet te dominus,⌋de quo
dicitur in pſal.129.Apud dominũ miſericordia & copioſa apud eum redemptio,⌊de manu ini-
micorum tuoꝝ,⌋hoc eſt,de poteſtate Chaldæorum & dæmonũ,Pſalm̃.30. Libera me & eripe
me de manu inimicoꝝ meorum,Oſee.13.De manu mortis liberabo eos,de morte redimã eos.
Adhuc dico,dole & ſatage,⌊&⌋id ẽ quia ⌊nunc⌋ in hoc p̃ſenti propter peccata tua, ⌊congre-
gatæ ſunt ſuper te gentes multæ,⌋vt te affligant & captiuitati ſubijciant,Pſal.2. Aſtiterunt re-
ges terræ & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ eius, Pſal.3.
Multiplicati ſunt q tribulãt me,⌊quæ dicunt,lapidetur,⌋ſicut.ſ.adultera quæ deum ſuum dereli
quit,Exo.23.p̃cipitur adultera lapidari,Iohan.octauo:Hęc mulier modo in adulterio deprehẽſa
eſt,Moyſes vero præcepit nobis huiuſmodi lapidare,⌊& aſpiciat in Sion,⌋pœnas ſcilicet & af-
flictiones oculus noſter.Hieronymus:Delectetur oculus videns pœnam illius,Lucæ decimono
no.Inimicos meos qui noluerunt me regnare ſuper ſe,adducite eos & occidite coram me. Vn-
de gloriantes dicunt,Threnorum ſecundo:En iſta eſt dies quam expectabamus,inuenimus,vi-
dimus.Et ſubdit de ſapientia dei hoc permittente.

⌊Ipſi autem non cognouerunt cogitationes domini,⌋quare ſcilicet hoc cogitauit fieri, quòd ſui
Cur deꝰ ſinat hic iuſtos affligi. in præſenti affligantur,Hoc enim facit,vt peccatum in eis deleatur & magis humilientur & vir- F
tus eorum probetur & alijs exemplum patientiæ detur,Iacobi primo:Beatus vir qui ſuffert ten-
tationem,Iacobi quinto:Exemplum accipite fratres exitus mali,laboris & patientiæ,prophetas,
qui loquuti ſunt vobis in nomine domini,ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerũt, ⌊& non intelle-
runt conſilium eius,⌋Conſilium dei,diffinitio eſt de futuris,vt dicit Gregorius. Hoc enim diffi-
niuit profundo iudicio deus,vt perſequutores ſanctorum & fabricent eis coronas perpetuas, &
ſibiipſis prolongent iniquitatem ad ſupplicium,Eſaiæ quadrageſimoquarto: Suſcitans verbum
ſerui ſui & conſilium nuntiorum ſuorum complens.Hoc enim eſt conſilium quod omnes pro-
phetæ prænuntiauerunt,Eſaiæ quadrageſimoſexto:Conſilium meum ſtabit & omnis voluntas
mea fiet,⌊quia congregauit eos quaſi fœnum areæ,⌋Septuaginta,vt manipulos areæ.Fœnũ eſt
eſca ignis & cibus iumẽtorum,& ſignificat eos qui ad ignem æternum parati ſunt propter ſup-
plicia quæ inferunt ſanctis, Matthæi ſexto: Fœnum quod hodie eſt,cras in clibanum mittitur.
Et ex quo ad hoc congregati ſunt,⌊ſurge,⌋hoc eſt,ſurſum te age,⌊& tritura o filia Sion,⌋ini-
micos tuos.ſ.contere vel verbo prædicationis,vel malleo comminatiõis,Eſa.41. Triturabis mõ
tes & comminues colles ,quaſi puluerem pones eos,Eſaiæ.25. Triturabitur Moab ſub eo ſicut
teruntur paleæ in plauſtro, ⌊quia cornu tuum,⌋ quod ſignificat poteſtatem,⌊ponam ferre-
um,⌋hoc eſt,domans alias poteſtates ſicut ferrum domat alia metalla, Pſalm̃. 131. Illuc perducã
cornu Dauid,Item Pſalm̃.74. Exaltabuntur cornua iuſti.Vnde Zach.1. Inducunt fabri contra
cornua iniqua,& ſubiungitur ſic,hęc ſunt cornua quæ ventilauerunt Iudam p ſingulos viros &
nemo illorum leuauit caput ſuum, & veniunt iſti deterere ea, vt deijciant cornua gentium,
quæ leuauerunt cornua ſuper terram Iuda vt diſpergerent.Hæc autem cornua ſignificant for-
titudinem virtutis & firmitatem veritatis,quæ vẽtilant errorem & vitiũ,⌊& vngulas tuas ponã
æreas⌋

A æreas⌋ vngulæ diuiſæ diſcretionem ſignificant,quibus conterunt errores & vitia,ſicut palea.Vn
de Leuitic.11.Animal quod vngulam non findit immundũ erit.Hæ dicuntur æreæ, quia in ſono
mallei,quod eſt verbum dei,palea peccati per diſcretionem conteritur.Et hoc eſt quod ſequitur.
⌊Et comminues populos multos,⌋ hoc ẽ,per pœnitentiam & contritionem ad minuta dedu-
ces.Hoc enim cõminuere eſt,quod ẽ conterere.Pſal.17.Confringã illos nec poterũt ſtare, cadẽt
ſubtus pedes meos,⌊& interficies dño⌋ hoc ẽ,ad honorẽ dñi.Et tales ſunt qui gladio verbi dei
interficiuntur,vt.ſ.peccato moriant̃ & iuſtitiæ viuant.Exod.32. Occidat vnuſquiſq; fratrem &
amicum & proximum ſuũ,⌊rapinas eoꝝ & fortitudinem eoꝝ domino vniuerſæ terrę⌋ ſupple
conſecrabis.Vnde ſeptuaginta,vouebis dño multitudinem eoꝝ,& robur eorum domino vniuer
ſæ terræ.Rapinæ ex ꝑda acceptæ,ſunt virtutes ſeculares & ſcientiæ,quas victis infidelibus acce-
pimus ab eis in obſequium Chriſti. Ioſue.6. Quicquid auri & argenti fuerit & vaſoꝝ æreoꝝ ac
ferri,domino conſecret̃,repoſitum in theſauris eius.Aurum ſapientiam,argentũ eloquentiam,æs
materiam ſermonũ,ferrum artes ſyllogiſticas,quæ alia domãt,ſignificat.Et hoc qdem promitto
in futuꝝ,⌊ſed nunc vaſtaberis⌋ captiuitate.ſ.Babylonica & Romana,⌊ô filia latronis,⌋ hoc ẽ,
diaboli ſemꝑ ad predãdũ accincti.Abacuc.1.Semꝑ interficere gẽtes non parcit.Et ſubdit ſignũ
ex cauſa ſumptũ & ſupplet̃,qa ⌊obſidionẽ poſuerũt ſuꝑ nos⌋ LXX.anguſtiã poſuerũt ſuper
nos.ſ. filiæ latronis & ipe latro.Suꝑ nos autẽ dicit, qa propheta cõnumerat ſe capiti,& qñ ob-
ſidionem poſuerunt contra Chriſtum,contra ſanctos dixit poſuiſſe.Obſidionem autem poſue-
runt contra Chr̃m,quando obſederunt eum in domo Caiphæ & Annæ,& in ꝑtorio Pilati.Iob
B decimonono:Simul venerunt latrones eius,& fecerunt ſibi viam per me,obſederunt in gyro ta-
bernaculum meum.Quid autem fecerint obſidentes,ſubdit,⌊in virga percutient maxillam iudi-
cis Iſrael⌋ virgam arundinem vocat,qua percuſſum fuit caput domini. Arundo enim qui ſam-
bucus dicitur ad modum virgæ recta ẽ,& propter duritiam corticis exterioris dure percutit, &
liuores facit,& ideo cum arundine percuſſum fuit caput domini , ſicut dicitur Luc.23.Hierony-
mus dicit,ſuper nos,patrem & filium & ſpiritum ſanctum.His contumelia facta fuit in percuſ-
ſione Chriſti.Iudex enim Iſrael Chrũs eſt, quod autem dicitur maxillam, propter hoc dicit qa,
Matth.26.Seruus ſummi pontificis dedit Chr̃o alapam dicens:Sic reſpondes pontifici? Thre.3.
Dabit percutieti ſe maxillam ,ſaturabitur opprobrijs.

Sciæ philo ſophicæ in obſequiũ fidei ſunt adhibẽdæ.

¶In capitulum quintum enarratio.

ET tu Bethlehem⌋ Tangitur hic de liberatore, & habet partes duas . Primo eñ
tanguntur proprietates liberatoris.Secũdo proprietates liberationis,ibi, Et erũt
reliquiæ Iacob.In prima determinant̃ duo.ſ.modus ortus ſiue natiuitatis & mo
dus pacis quam faciet,ibi.Et erit iſte pax.In prima tria ſunt.ſ. modus ortus ex
patria,& modus ortus ex patre & matre & magnificentia ꝑtãtis . ⌊Et tu Beth-
lehem Ephrata⌋ Ephrata Bethlehem dicit̃ ab vxore Caleph ibi ſepulta,& nõ
ex hoc ꝙ in ſorte Ephraim fuerit,vel ex hoc vt dicunt quidam,ꝙ cum primo eſſet ibi fames,qñ
Noemi inde peregrinata eſt,Ruth primo , tanta vbertas facta eſt poſtea ibi,quod & Bethlehem
& Ephrata dicta ẽ.Bethlehem enim domus panis,Ephrata fructifera interpretat̃.Bethlehem eñ
C ſecundum veritatem in ſorte Iudæ fuit.Vnde Matth.2.Phariſæi dixerunt Herodi ſciſcitanti vbi
Chrũs naſceretur in Bethlehem Iudæ.Sic enim ſcriptum eſt per prophetam:Tu Bethlehem ter
ra Iuda,nequaquam minima es in principibus Iuda.Ab euentu ergo Ephrata dicebatur, ⌊par-
uulus es in milibus Iuda,⌋ hoc ẽ,paruulus viculus es quantitate.ſ.⌊in Iuda⌋ hoc eſt,in ſorte,vbi
tot ſunt milia ciuitatum oppidorum & viculorum.Et licet ſis parua quantitate,magna tamen e-
ris,dignitate ſupple,⌊quia ex te mihi,⌋ hoc eſt,ad honorem meum, ⌊egredietur⌋ quantum ad
natiuitatem terrenam,⌊qui ſit dominator in Iſrael⌋ Chrũs.ſ.de quo dicitur in pſal.71.Domina-
bitur à mari vſq; ad mare.Ille enim vere dominator eſt,qui per naturam diuinam authoritatem
habet omnis dominij,eo ꝙ omnibus ſuperponitur, & per naturam humanã natus eſt in domi-
nium regni,ſicut Chriſtus fuit.Sapientiæ ſexto: Non ſubtrahet perſonam cuiuſquam dominus,
qui eſt omniũ dominator,nec verebitur magnitudinẽ cuiuſquam.Sapiẽtiæ duodecimo:Tu do-
minator virtutis cũ trãquillitate iudicas. Vnde etiã dominus dominorum dicit̃.1.ad Timoth. 6.
Rex regum & dominus dominantiũ.Apoca.19.Habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptũ,
rex regũ & dñs dominantiũ.Hieronymus obijcit cõtrarietatẽ ex Matth.2.vbi dicit̃,Nequaq̃ mi
nima,hic aũt paruulus es,ſoluit aũt ſic,dictũ eſt ꝙ paruulus fuit viculus q̃titate,nequaq̃ aũt paruu
lus dignitate.Si tñ vellemus hoc quod hic dicit̃, paruulus es in milibus Iuda,interrogatiue legere
ſic.Paruulus es,hoc eſt,paruulus ne es in milibus? q.d.non,quia ex te mihi egredietur, tunc con-
cordaret prophetia cũ euangelio,& in hoc ſenſu videtur ab euangeliſta inductũ eẽ.Et ſubdit de
modo generationis à patre.⌊Et egreſſus eius⌋ per diuinã.ſ.generationẽ,ſupple eſt,⌊ab initio⌋
hoc eſt,à patre q omniũ initiũ eſt,&qui principiũ eſt totius diuinitatis,vt dicit Auguſtinus.Inip̃o
eñ eſt initiũ filij per generattionẽ actiuã,& initiũ ſpũs ſancti ꝑ actiuã ſpirationẽ,q ſunt dies æ-
ternitatis,Sunt enim prima lux oĩa illuſtrans,qui nec principium durationis habent nec finem.
Pſal.

Bethlehem in ſorte eſt Iudæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pſal.109.Ex vtero ante luciferum genui te in ſplendoribus ſanctorum.Ecci.24.Ecce feci in cœ D
lis vt oriretur lumen indeficiens.Sapiæ.7.Candor ē lucis æternæ,& ſpeculū ſine macula dei ma
ieſtatis,& imago bonitatis illius.Et cū ſit vna lux trium, tamē propter diſtinctionem perſonarꝝ

*Trinitatis myſterium circa Chriſtum emicuit.*

& attributorum pluraliter ſignificant,cum dicitur,⌊à diebus æternitatis⌋ Luces em̄ ſingularium
perſonarum in Chriſto homine apparuerūt,pater.ſ.in potentia.Iohan.5.Pater in me manēs ipſe
facit opera,filius ipſe in ſapientia.Ecci.1.Fons ſapientiæ verbū dei in excelſis,ſpūs ſanctus in di-
ſtributione chariſmatum & gratiarꝝ.Iohan.1.De plenitudine eius omnes accepimus, gratiā pro
gratia.Ecci.43.Tripliciter ſol exurens montes,radios igneos exufflans. Et ſubiungit de ortu ex
matre,& de cōuerſione facta ad ipſum,⌊propter hoc⌋ qa.ſ.talis eſt liberator,⌊dabit deus eos⌋
nunc ſupple,hoc eſt,Iudæos tradet in manus hoſtium & contrariorꝝ, vt afflictis per pœnā dul-
cior & appetibilior ſit liberatio,Pſal.43.Dediſti nos tanq̄ oues eſcarum,& in gentibus diſperſiſti

*Beata Maria ſola ſine dolore pfectum peperit.*

nos.Et hoc eſt quod ſequitur,⌊vſqꝫ ad tempus in quo parturiens pariet,⌋ Parturiens parere di-
citur beata virgo vel eccleſia,quia ſola peperit perfectum,omnes aūt aliæ quaſi informes genue
runt.Et quia ſola,ſicut ſine concupiſcentia concepit,ita ſine dolore peperit.Eſaiæ.66.Antequam
parturiet peperit,anteq̄ veniret tempus partus peperit maſculū.Quis audiuit vnq̄ tale,aut qs vi
dit huic ſimile?Hiere.31.Nouum faciet dominus ſuper terrā,fœmina circūdabit virum. Hæc eſt

*Generationis hūanæ q̄tuor ſunt gradus.*

generatio quarta,de qua dicitur Gene.15.Generatione quarta reuertent huc. Humanas em̄ gene
rationes quatuor legimus,Adæ de terra,formante deo,Euæ virginis de Adam virgine,item deo
formante,Abel & Cain de Adam & Eua corruptis,quæ ſicut dicitur Gene.5.Non fuit ad ima-
ginem dei perfectam,ſed ad imaginem Adæ corruptā.Quarta aūt fuit Chr̄i virginis de virgine
Maria,nō ad imaginē hominis,nec ad imaginem dei,quia præpoſitio, ad,notat diuerſitatem &
remotionem,ſed fuit generatio ipſius dei imaginis. Vnde ſicut in integritate natus eſt ex patre, E
ſic in integritate natus eſt ex matre.Heb.1.Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtātiæ eius.
Coloſſ.1.Qui eſt imago dei inuiſibilis.Et quia quarta generatio reducit, ideo ſequitur. ⌊Et reli-
quiæ fratrū eius,⌋ hoc ē,qui reliqui fuerunt,quos gladius & fames non conſumet,& error infide
litatis non obcæcabit ⌊conuertentur⌋ fratres aūt vocat Iudæos,qa ex eis ſecundū carnem natus
eſt.Iohan.20.Dic fratribus meis,aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum.Heb.3.Nō con-
funditur fratres vocare eos,dicens:Nuntiabo nomen tuū fratribus meis,⌊ad filios Iſrael⌋ hoc ē,
ad fidem patriarcharꝝ & prophetarum,qui fide & operibus prēnūtiauerunt Chriſtū, & creden-
dum eē in eum.Sic enim corda patrum ſunt in filijs per fidei vnitatem.Luc.1. Vt cōuertat cor-
da patrum in filios,& cor filiorum ad patres eorum.Eſa.10.In veritate reliquiæ conuertent, reli-
quiæ inquam Iacob ad dn̄m fortem,⌊& ſtabit⌋ rectitudine.ſ.vitæ,doctrinæ & iudicij.Iohan.1.
Medius veſtrum ſtetit,quem vos neſcitis.Cantic.4.En ipſe ſtat poſt parietem noſtrū.Solus em̄
in rectitudine ſtetit poſt corporis parietem, ⌊& paſcet⌋ conuerſos.ſ. ad ſe verbo & exemplo &
temporali ſubſidio.Iohan.6.Vnde ememus panes vt manducent hi?Sapiæ.16.Angelorꝝ eſca nu
triuiſti populū tuum,& paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore,habentem in ſe om̄e
delectamentum,& omnis ſaporis ſuauitatē.Et hoc eſt quod ſequitur.⌊In fortitudine domini,⌋
Panis em̄ ille confortat virtute dn̄i.Acto.9.Cum accepiſſet cibum,cōfortatus eſt.Pſal.103.Panis F
cor hominis confirmat. In fortitudine huius cibi ambulauit Helias quadraginta diebus & qua-
draginta noctibus,vſqꝫ ad montem dei Oreb.3.Regū.19.⌊& in ſublimitate nominis domini dei
ſui⌋ hoc dicit,quantum ad pfectionem ſapientiæ.Matth.7. Mirabant ſuper doctrina eius,erat
em̄ loquens,ſicut poteſtatem habens.Acto.7.Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui lo
quebatur.Iohan.9.Nunq̄ ſic loquutus eſt homo,vt iſte loquit, ⌊& conuertentur⌋ alia litera,hæ-
reditabunt.Eſa.45.Conuertimini ad me & ſalui eritis omnes fines terræ,⌊quia nūc magnificabi
tur⌋ poteſtate.ſ.& veneratione,⌊vſqꝫ ad terminos terræ⌋ vt.ſ.in toto mundo ſit poteſtas & ve
neratio ipſius.Eſa.24.A finibus terræ laudes audiuimus gloriam iuſti.Pſal.71. Dominabit à ma
ri vſqꝫ ad mare,& à flumine vſqꝫ ad terminos orbis terrarꝝ.Eſa.49. Dedi te in lucem gentium,
vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad vltimum terræ.Et ſubdit de effectu pacis.⌊Et erit iſte pax⌋ hoc eſt,cau-
ſa pacis.Ephe.3.Ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtraqꝫ vnū,⌊cum Aſſyrius venerit in terrā noſtrā⌋
Aſſyrius interpretat ſuſtollens vigilias,& ſignificat diabolū q ſemp vigilat ad nocendū.1.Pet.5.
Aduerſarius veſter diabolus circuit,quærens quē deuoret.Gregorius,Sicut non dormitabit neqꝫ
dormiet q cuſtodit Iſrael,ita nō dormitabit neqꝫ dormiet qui impugnat Iſrael. Hic intrat in ter-
ram noſtram,quando poteſtatem accipit in nos.Iob.9.Terra tradita eſt in manus impij,⌊& qn̄
calcauerit in domibus veſtris,⌋ domus noſtræ ſunt cor,conſcientia,ſpūs,ſenſus, corpus & huiuſ-
modi.In qbus calcare diabolus dicit,quando veſtigia pedum ſuorum imprimunt.Eſa.7.Erit in
paſcua bouis,& in conculcationem pecoris.Pſal.55.Conculcauerūt me inimici mei tota die.⌊Et

*Prelatio nōniſi deo vocāte amplectenda.*

ſuſcitabimus ſup eum,⌋ Cōnumerat ſe mēbris Chrūs,& quod ipſe facit, attribuit ſibi in mēbris,
& dicit ſe ſuſcitaturꝝ,quia in platione non viuit,ſed mortuus eſt,qui à deo ad plationem non vo
catur.Deuter.18.Prophetam ſuſcitabit vobis deus de fratribus veſtris.Hiere.23.Suſcitabo Dauid
germen iuſtum,⌊ſeptem paſtores,⌋ qui ſanctos ſignificant veteris teſtamenti, qui hebdomadi,
hoc eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A hoc eſt, ſeptenario ſeruiebant. Septimum em̄ diem ſeptimam ſeptimanam, ſeptimũ menſem, & « ſeptimũ annum obſeruabant, ⌊& octo primates hoĩes,⌋ ſeptuaginta octo morſus hoĩm, hoc eſt, p̄res noui teſtamenti, q octoadi, hoc eſt, octenario deſeruiunt, vt mordeant per reprehenſionem, & expellant verbo dei Aſſyrium. Hieronymus inducit illud Eccleſiaſtes. 11. Da partes ſeptem, nec non & octo, verbis em̄ & exemplis p̄rm veteris teſtamenti, & noui, & paſcunt fideles & expellit « diabolus. ⌊Et paſcent terram Aſſur in gladio,⌋ Terra Aſſur terra diaboli eſt, vbi. ſ. hoĩes diaboli, vel diabolici habitãt. Gladius aũt eſt gladius ſp̄us ſancti, quod eſt verbum dei. Ephe. 6. Paſcere autem depaſcere eſt, hoc eſt, lacerare & vaſtare, lacerabunt em̄ comminationibus, & vaſtabunt increpationibus, ſicut dictum eſt Petro, Acto. 10. Macta & manduca. Oſee. 6. Occidi eos in verbis « oris mei, ⌊& terram Nemroth⌋ ſupple paſcent ⌊in lanceis ſuis,⌋ Lancea zelum aĩaꝝ ſignificat, in quo zelo perfodiunt aĩæ conuerſoꝝ per verbum dei, Iob. 16. Circundedit me lanceis ſuis, vulnerauit lumbos meos. Vulnerat em̄ lanceis q zelo aĩaꝝ perfodit. 2. Regũ. 23. Præuaricatores quaſi ſpinæ euellent, quæ non tangunt manu, ſed ſi qs voluerit eas tangere, armabit ferro, & ligno lãceato, acumine. ſ. zeli, Iohel. 3. Concidite aratra veſtra in gladios, & ligones veſtros in lanceas. Tunc em̄ tempus eſt præliandi in verbo gladij dñi & compungendi conſcias ad pœnĩam. Nemroth autem interp̄tat tyrannus vel tentatio deſcendẽs, & ſignificat eos q interp̄tationem diaboli ſuſtinuerunt, & tyrannide eius oppreſſi ſunt. De vna em̄ terra ſicut dr̄, Gene. 10. Exiuit Nemroth & Aſſur, quia Aſſur fuit de filijs Nemroth. Nemroth em̄ ſicut ibidem dr̄, cœpit eſſe robuſtus, venator corã « dño, ⌊& liberabit ab Aſſur⌋ ſupple terram noſtram, ⌊cũ venerit in terram noſtram⌋ conculcãdo. ſ. & tẽtãdo, Lu. 1. Vt ſine timore de manu inimicoꝝ nr̄oꝝ liberati, ſeruiamus illi. 2. ad Cor. 1.

B De tãtis piculis eripuit nos, & eruit in quẽ ſperamus, qm̄ adhuc eripiet adiuuãtibus vobis, in orō « ne pro nobis, ⌊& cum calcauerit in finibus nr̄is⌋ Hæc ẽ vera lr̄a, vt dicit Hiero. & hæc falſa: Et cõ « culcauerit in monte ſancto noſtro, montem em̄ ſanctum noſtrum Chr̄m non conculcauit Aſſur, ſed nos humiles conculcat, quando vngularum ſuarum veſtigia nobis imprimit in tentatione, & « pc̄tõ. Pſal. 55. Conculcauerunt me inimici mei tota die. ¶ ⌊Et erunt reliquie Iacob in gẽtibus⌋ Tangit hic Chr̄i ſucceſſorum in Apoſtolis & Apoſtolicis viris fœcũditatem & audaciam, & ideo « duo dicunt hic: ⌊Et erunt reliquiæ Iacob⌋ De Iudæis. ſ. conuerſis, ⌊in gentibus⌋ ad quas. ſ. ibũt « conuertẽdas. ⌊In medio populoꝝ multoꝝ⌋ Populi multi dicunt omnes diuerſitates populorum ex qbus aliq conuerſi ſunt ad dñm. Eſaię. 1. Niſi dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodo « ma fuiſſemus, ⌊quaſi ros à dño⌋ hoc eſt, miſſus à dño ad fœcunditatem. ſ. cordium ſeminatoꝝ p̄ verbũ dei, Iob. 29. Ros morabit in meſſiõe mea. Oſee. 14. Ero quaſi ros & Iſrael germinabit ſicut lilium. Eſa. 26. Ros lucis ros tuus, & terram gygantium detrahes in ruinam. Canticoꝝ. 5. Caput me « um plenum eſt rore, ⌊& quaſi ſtillæ ſuper herbam⌋ ſtillæ ſunt ordinata eloquia, corda infundentia. Pſal. 64. In ſtillicidijs eius lętabit germinans, Iob. 29. Stillabat ſuper eos eloquium meũ. Herbę aũt ſunt corda recenter virorem virtutis emittentia, Deut. 32. Quaſi imber ſuper herbam, & quaſi « ſtillæ ſuper germina, ⌊quæ non expectat virum⌋ hoc eſt, auxilium viri, à deo em̄ accipit incremẽ « tum. 1. ad Cor. 3. Neq; q plantat, neq; q rigat aliqd eſt, ſed qui incrementum dat deus, ⌊& nõ præ « ſtolat filios hominum⌋ Non em̄ ſperat in homine, ſed in ſolo deo, Hiere. 17. Maledictus homo q confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Econtra: Benedictus vir q confidit in dño, & erit dñs fiducia eius. Pſal. 145. Nolite confidere in principibus in filijs hoĩm, in qbus non eſt ſa-

C lus. Omnia em̄ virtute dei faciebãt Apoſtoli. Et ſubdit de audacia & determinat audaciam in ido « lolatrijs & in idolis. ⌊Et erũt reliquiæ Iacob⌋ hoc eſt, Ap̄li & Apoſtolici viri ⌊in gẽtibus⌋ diſper « ſi. ſ. propter p̄dicationẽ, ⌊in medio populoꝝ multoꝝ⌋ vt oẽs. ſ. diuerſitates populoꝝ ad dñm « conuertant, ⌊quaſi leo in iumentis ſyluarum⌋ hoc eſt, in iumentis ſylueſtribus, leone em̄ rugiente (vt dicit Hieronymus) animalia ſylueſtria figunt greſſum, ita prædicantibus Apoſtolis & Apoſtolicis viris ſylueſtres homines gradum fixerunt, & ad leonem rugientem tremebundi conuerſi ſunt, Amos. 3. Leo rugiet quis non timebit? Amos. 1. Dominus de Sion rugiet & de Hieruſalem « dabit vocem ſuam, ⌊& quaſi catulus leonis in gregibus pecorum,⌋ Catuli leonis ſucceſſores ſunt Apoſtolorum q pecorinos hoĩes à peccatis conuerterunt. 1. Machabæoꝝ. 3. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione, & perſecutus eſt viros iniquos, per- « ſcrutans eos, ⌊qui⌋. ſ. leo vel catulus leonis, ⌊cum tranſierit⌋ diſcurſu. ſ. prædicationis, ⌊& con- « culcauerit⌋ ſuperbos. ſ. humi'itate pœnĩæ, Eccl. 24. Superboꝝ & ſublimium colla propria virtu- « te calcaui, ⌊& cœperit⌋ tenendo. ſ. per conſenſum fidei & deuotionẽ. Eſa. 5. Rugitus eius vt leo- « nis rugiet vt catuli leonum & frendet & tenebit prædam & amplexabit eam, ⌊non erit qui eruat⌋ tanta em̄ deuotione adhærebunt dño, quod nec proſperis nec aduerſis ſeparabunt ab eo. Iohã. 10. Non rapiet eos quiſquàm de manu mea. Prouerb. 30. Leo fortiſſimus beſtiaꝝ ad nullius pauebit « occurſum. Et apoſtrophat ad deũ conuertens ſermonẽ. ⌊Et exaltabit manus tua,⌋ ſupple ſic ò « deus, ⌊ſuper hoſtes tuos⌋ vt manui tuæ ſubijciant, hoc eſt, operibus & præceptis. 1. Pe. 5. Humiliamini ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in die viſitationis. Eſa. 26. Dñe deus exaltetur manus « tua & ignis hoſtes tuos deuoret. Et hoc eſt quod ſequitur: ⌊& oẽs tui interibũt inimici⌋ ab inimicitia

Chriſtus tẽtatori non ſuccubuit

Apoſtoli leoni comparantur



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

micitia.ſ.& ſi non à natura, conuertent̃ em̃ ad amicos, Pſalmo.67. Sicut fluit cæra à facie ignis, D
ſic pereant peccatores à facie dei. Item: Dixit dominus ex Baſan conuertam in profundum maris.
Quia ex confuſione pc̃tõrum, conuertit in amaritudinem pœnĩæ. ¶ ⌊Et erit in die illa dicit do
minus⌋ Tangit hic deſtructionem idolorum in ritu & idolis. ⌊In die illa⌋ quãdo clara erit lux.ſ.
veritatis, Pſalmo.117. Hæc eſt dies quam fecit dominus, ⌊auferam equos de medio tui,⌋ hoc eſt,
de corde tuo quod in medio tui eſt. In Aegypto equis abundauerant & illos ſemp̃ deſiderauerunt
qui laſciuos impetus & ad concupiſcẽtiam ſignificãt, Eſa.31. Væ q̃ deſcendunt in Aegyptũ ad au-
xiliũ equis ſperãtes, Pſal.31. Nolite fieri ſicut equus & mulus, Tobię.6. In eos q̃ coniugia ita ſuſci-
piunt, vt deum à ſe & à ſua mẽte excutiãt, & ſuę libidini ita vacẽt, ſicut equus & mulus, in q̃bus nõ
eſt intellectus, ſup̃ eos habet poteſtatẽ dęmoniũ, Oſee.14. Sup equum non aſcẽdemus, Amos.2.
Aſcenſor equi nõ ſaluabit aĩam ſuã, ⌊& diſperdã quadrigas tuas⌋ quæ.ſ.ſiunt cogitatiões, libidine
conſenſu, & opere. Vel cõſenſu, opere, cõſuetudine pręſumptiõe peccati, vel forte quatuor paſſio
nibus inordinatis, Ioſue.11. Equos eoꝝ ſubneruabis, & currus eoꝝ igni cõbures, ⌊& perdã ciuita-
tes terrę tuę ædificatas.ſ.cõtra deũ, infideliũ cõgregationes, Ioſue.11. Ipſam vrbem peremit in-
cẽdio, & omnes per circuitum ciuitates, regesq́; earum deleuit, ſicut præceperat dominus Moyſi
⌊& deſtruam omnes munitiones tuas⌋ defenſiones.ſ.q̃bus in errore te defendas. 2.ad Corinthi
os.10. Arma noſtrę militię non ſunt carnalia, ſed potentia dei ad deſtructionem munitionum, cõ
Maleficiũ & diuinatio cauenĩ. ſilia deſtruentes, ⌊& auferam maleficia de manu tua⌋ Maleficia ſunt venficia quibus homines de-
cipiuntur in operibus nigromanticis & idolorum, Exod.23. Maleficos non patieris viuere, Deute
ronomij.18. Non inueniat̃ in te, qui ſit maleficus, neq; incantator, neq; qui Phytones conſulat, &
diuinationes non erunt in te, quibus.ſ.per reſponſa dæmonum, & alias artium illicitarum conie- E
cturas futura tibi prophetabas, Numeri.22. Non eſt augurium in Iacob neq; diuinatio in Iſrael,
⌊& perire faciam ſculptilia tua⌋ Sculptile eſt quod homo fingit ad venerandum, ſiue hoc ſit de di
uitijs, vel delitijs, & honoribus, Exodi viceſimo: Non facies ſculptile, nec vllam ſimilitudinem,
⌊& ſtatuas tuas de medio tui conteram⌋ Statuæ ſunt idola ſiue cordis ſtatuta, quæ ſibi præponit
homo ad adorandum in vita, & quæ venerat̃ ſicut idola, ſicut ille diues, Lucę.12. qui dixit: Anima
habes multa bona repoſita in annos plurimos. Geneſis.35. Abijcite deos alienos, qui in medio ve-
ſtri ſunt, & mundamini ac mutate veſtimenta veſtra. De medio autem tui dicit, quia in corde ſta-
tuuntur quod in medio eſt, Oſee.2. Auferat fornicatiões ſuas à facie ſua, & adulteria ſua, de medio
dio vberum ſuorum, ⌊& non adorabis vltra opera manuum tuarum⌋ Oſee vltimo: Nec dicetis
vltra dij noſtri opera manuum nr̃aꝝ. Opera manuum ſuaꝝ adorat q̃ operibus ſuis gloriat̃, & quę
rit honorari, Iob.31. Si oſculatus ſum manum meam in abſcondito, ⌊& euellam lucos tuos de me-
dio tui⌋ Lucus dicit̃ quaſi minime lucens, & eſt locus arboribus amœnis & vmbroſis conſitus vbi
Lucus (ſicut dicit Vitruui⁹) in architectura Veneri ſacrificabat̃ vt amœnitate ad libidinẽ incitaret & vm
broſitate turpitudinem tegeret, Deutero.16. Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta al-
tare dñi dei. Lucum plantat qui amœna mundi diligit & in concupiſcentijs obſcœnis ambulat.
Iudicum.6. Deſtrues aram Baal quæ eſt patris tui, & nemus quod iuxta eam eſt, ſuccide, Hiere.2.
Sub omni ligno frondoſo proſternebaris meretrix, ⌊& conteram ciuitates tuas⌋ hoc eſt, impias
impiorum congregationes, Pſalmo.54. Vidi iniq̃tatem & contradictionem in ciuitate, Ioſue.6.
Sit ciuitas anathema, Eſaię viceſimoq̃nto: Poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinã F
⌊& faciã in furore⌋ Furor eſt in in terminatione æternæ pœnæ, Pſalmo.6.&.37. Dñe ne in furo-
re tuo arguas me, ⌊& in indignatione⌋ quãtum ad gr̃æ ſubtractionẽ, Threnorum ſcd̃o: Effudit
quaſi ignem indignationem ſuam, Pſalmo.29. Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius,
⌊vltionem⌋ vt.ſ.furore puniantur & indignatione bonis præuentur, Deuteronomij.18. Ego in
tempore vltor exiſtam, Pſalmo.93. Deus vltionum dominus, Iohel.3. Cito velociter reddam vi-
ciſſitudinem in caput veſtrum. ⌊In omnibus gentibus quæ non audierunt,⌋ per obedientiam.ſ.
vocem meam, Hebręoꝝ.2 Omnis inobedientia iuſtam accepit mercedis retributionem.

## ¶ In Capitulum ſextum Michææ prophetæ, Enarratio.

AVdite quæ dominus loquitur⌋ Hic incipit pars illa quæ eſt de inclinatione ad pœ-
nitentiam per conteſtationem iudicij diuini, & habet duas partes, primo em̃ ſit cõ
teſtatio & inclinatio ad pœnĩam. Secundo inducit̃ dolor & gemitus populi com-
puncti, infra.7. ibi: Verum. Prima pars diuiditur in duas. Primo enim conuincitur
populus de ingratitudine in deum. Secũdo cõuincitur de dolis & fraudibus in pro-
ximum, ibi: Vox dñi ad ciuitatem. Prima in duas. Primo em̃ conuincitur populus
Secundo gemit & inquirit, qualiter ſatiſfaciat, ibi: Quid dignum offerã dño. Prima adhuc in duas.
Primo em̃ omnes prouocat ad iudicium. Secundo allegat pro cauſa ſua ad omnes, ibi: Popule me
us. Dicit ergo: ⌊Audite⌋ vox prophetæ eſt, ⌊quæ dñs loquitur⌋ ac ſi dicat: Hæc em̃ debetis au-
dire, q̃a dñs audiendus eſt.1. Regum.3. Loquere dñe, q̃a audit ſeruus tuus, Pſal. 84. Audiam quid
loquat̃ in me dñs deus: ⌊Surge⌋ hoc eſt, hoc p̃cipit mihi deus dicẽs, ⌊ſurge⌋ ſurſum te age, vt.ſ.
iuſtitiam dei conſideres in om̃i rectitudine veritatis, ſurge aũt dicitur ſedentibus, Pſal.126. Surgite
poſtquàm

A poſtquàm ſederitis. Dicitur etiam dormientibus & mortuis. Epheſiorum.5. Surge q dormis, & ex-
urge à mortuis, ⌊contẽde iudicio⌋ conuictionis. ſ. vt vt oſtendatur iuſtitia, qua ego punio popu
lum, Eſa.3. Dominus ad iudicium veniet cũ ſenioribus populi ſui ⌊aduerſum mõtes⌋ ſuperbos. ſ
& potẽtes in principatibus cõſtitutos. Hieronymus tamẽ vocat montes ſuperiores angelos terris
præpoſitos, & inducit illud Deutero.32. ſecũdum lrãm ſeptuaginta, ſtatuit terminos populorum iu
xta numerum angelorum dei. Potuit tamẽ melius induci hoc Ecci.17. In vnamquãq; gentem prę-
poſuit rectorẽ, & pars dei Iſrael facta eſt manifeſta, ⌊& audiant colles vocem tuã⌋ iuſtitiã. ſ. meã
proponẽtem. Colles vocat inferiores prælatos, vel ſecũdum Hieronymũ, angelos inferiores ſin-
gulis hoĩbus deputatos. Et eſt ſenſus ſecũdum Hieronymũ: Contẽde iudicio, vt nõ ſolum corã ho
minibus, ſed etiã corã angelis ſuperioribus & inferioribus iuſtitia mea appareat, Eze.36. Hęc dicit
dñs deus montibus & collibus, rupibus & vallibus. ⌊Audiant montes iudicium dñi⌋ conuictio-
nis. ſ. qua cõuincit populum ſuum. Et ſicut dicit Hieronymus: Magnę humilitatis eſt, quòd ille q
ex authoritate iudicare habet, dijudicari vult cum ſeruo, Iob.31. Si cõtempſi ſubire iudicium cum
ſeruo meo, ⌊& fortia fundamenta terræ⌋ hoc eſt, fortes principes, in quorum cuſtodia fundant ter-
reni, Iob.9. Deus cuius iræ reſiſtere nemo poteſt, ſub quo curuant qui portant orbem, Pſalmo.17.
Fundamẽta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, qm̃ iratus eſt eis. Et ſubdit cauſam:
⌊quia iudicium dñi⌋ diſceptationis. ſ. & conuictionis, ſupple eſt, ⌊cum populo ſuo,⌋ hoc eſt, cõ-
tra populum ſuum, quod valde terribile eſt, Pſalmo.142. Nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo, qa
nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, ⌊&⌋ id eſt, ⌊cum Iſrael dijudicabitur⌋ qa ille eſt
populus ſuus, & tanti patris. ſ. qui à rectitudine nomẽ accepit. deberet eſſe imitator. Et eſt ſen-
B ſus: Non ex poteſtate, ſed ex iudicio vult agere vobiſcũ. Populus eñ murmurabat, quòd nõ recte
pro peccatis parẽtum punirẽtur, ſicut dicit Ezech.18. Vnde & ibi cõuincunt, quòd æqua eſt via do
mini & viæ illorum prauæ ſunt. Ideo dicit etiã Eſa.58. Rogant me iudicia iuſtitiæ, & appropinqua-
re deo volunt. Et ideo dicit ibi: Annũtia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.
Et proponit pro dño beneficia & grãs quas fecit, primo in genere, ſecũdo in ſpecie. In genere du
pliciter. ſ. quod bona exhibuit & in nullo moleſtus fuit, ⌊popule meus quid feci tibi,⌋ hoc eſt, qd
in beneficijs nõ feci tibi? Oſee.6. Quid faciã tibi Iuda? quid faciã tibi Iſrael? hoc eſt, cum oĩa fece-
rim quę debui, qd vlterius requiris? ⌊aut qd moleſtus fui tibi⌋ iniurias. ſ. aliquas inferẽdo? Ad pri
mum reſpondet, Eſa.26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis dñe, Tobię.12. Bonis oĩbus per
eum repleti ſumus. Ad ſecũdum reſpondet.1. Regum.25. Hoĩes iſti ſatis boni fuerũt nobis, & non
moleſti, nec quicquàm aliquãdo perijt om̃i tempore quo fuimus cũ eis cõuerſati.2. ad Corinth.7.
Nos neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circũuenimus. Et ſi hoc faciũt hoĩes di-
uini, multomagis facit deus. ⌊Reſponde mihi⌋ hoc remiſſiue legẽdum eſt, tamẽ deo obijciẽti nõ
eſt q reſpondet, Iob.9. Si voluerit contẽdere cũ eo, nõ reſpondebit vnum pro mille, Eſa.38. Quid
dicam, aut qd reſpondebit mihi. Et proponit in ſpeciali: ⌊Quia eduxi te de terra Aegypti⌋ Exo-
di.5.&.14.&.15. Et debet intelligi: Eduxi te cum poteſtate magna & gloria, ſicut & nos educit de
peccatis & deſiderijs ſeculi, Oſee.11. Ex Aegypto vocaui filium meum, Eſa.64. Sicut eduxiſti po-
pulum tuum, vt faceres tibi nomẽ gloriæ, Deutero.32. Dñs ſolus ductor eius fuit, & nõ erat cum eo
deus alienus, Pſalmo.104. Eduxit populum ſuum in exultatiõe, & electos ſuos in lætitia, ⌊& de do
mo ſeruitutis⌋ vbi. ſ. in luto & latere ſeruiebas, Exo.5. ⌊liberaui te⌋ hoc eſt, libertati donaui, vbi
C etiam vt dr̃ in Pſal.80. In cophino ſeruiebãt. Cophinus aũt eſt ſporta qua immũditiæ platearum Cophinus
exportãtur, Pſal.80. Manus eius in cophino ſeruiebãt, ſicut & nos à ſeruitute diaboli liberat & ope
ribus carnis. Gala.5. Vos in libertatẽ vocati eſtis frẽs, tantũ ne libertatẽ veſtram in occaſionẽ detis
carnis. Gala.4. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ libera eſt, quę eſt mater noſtra. Iohan.8. Si manſeri-
tis in ſermone meo, vere liberi eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et ne er- Chriſtus fi-
rares ſupple, ⌊miſi ante faciẽ tuam⌋ vt videres eos & imitareris, Simile. Luc.1. Ipſe peribit ante il deles ſuos li-
lũ in ſpũ & virtute Heliæ, ⌊Moyſen⌋ in ducẽ. ſ. ⌊& Aaron⌋ in ſacerdotẽ ⌊& Mariã⌋ in prophe berati reſti-
tiſſam, Oſee.12. In propheta eduxit dñs Iſrael de Aegypto, & in propheta ſeruatus eſt. Ex Moy- tuit
ſe legẽ accepit in formã vitæ. Ecci.24. Legẽ mandauit vobis Moyſes in pręceptis iuſtitiarum. Io-
hã.1. Lex p Moyſen data eſt, p Aaron in ſacramẽtis ſanctificationẽ, & pro peccatis interceſſionẽ,
Sapiæ.18. Properans homo ſine querela depcari pro populis, ſeruitutis ſuæ proferẽs ſcutum, orõ-
nem & per incenſum depcationẽ allegans, reſtitit iræ, & finẽ impoſuit neceſſitati. In Maria autem
(quę illuminatrix interptat) reſponſi diuini in verbo habuit illuminationẽ. Exo.15. Sumpſit ergo
Maria prophetiſſa ſoror Aaron tympanũ manu, egreſſæq; ſunt oẽs poſt eam cũ tympanis & cho
ris, qbus pręcinebat, Iohel.2. Prophetabũt filij veſtri & filię veſtrę. Hæc in Chr̃o completa ſunt, q
dux fuit p naturã diuinã, ſacerdos p naturã humanã, illuminator p verbũ. Et ſubdit de ſecũdo bñ-
ficio, in quo moleſtiã machinatã à populo excluſit, ⌊populus meus⌋ Vocatiui caſus eſt, & eſt anti
qua grãmatica. Simile. Eſa.3. Populus meus q te btm̃ dicũt ipſi te decipiũt, ⌊memẽto quæſo⌋ hu
militatis eſt ſeruũ rogare, cui imperare pt, Iob.19. Seruũ meũ vocaui, & ille cõtempſit me ore pro-
prio depcabar illũ. Et ſubdit de beneficio liberatiõis à moleſtijs, ⌊Memẽto quæſo qd cogitauerit

Balach Moab

Balaam Beor.

Sethim. Galgala

Chriſto debetur adoratio

contrate Balach⌋ q interpretat̃ elidens ⌊rex Moab⌋ Tangit hiſtoriam quę continet̃, Nume. 23.
24. & 25. Interp̃tat̃ aũt Moab ex patre vel aqua paterna, & ſignificat eos q ex pr̃e diabolo ſunt, & D
inſipidi ſicut aqua. Gene. 49. Effuſus es ſicut aqua nõ creſcas, ⌊& qd reſpõderit ei Balaam⌋ q va-
nus populus interp̃tat̃ ⌊filius Beor⌋ q̃d iniqtas iracũdiæ interp̃tat̃, ⌊de Sethym vſqʒ ad Galgalã⌋
Tangit hiſtoriã quę habet̃, Nume. 23. vbi Balaam ſæpe mutauit locũ & fecit ædificari aras ſeptem
per totã longitudinẽ exercitus regis Moab, q diffuſus erat de loco q dr̃ Sethym, hoc eſt, vbi arbo
res ſpinæ albæ creſcebant vſqʒ ad Galgalã, hoc eſt, vſqʒ ad locũ vbi poſtea fundata & ædificata eſt
Galgala, luſtrauit eñ totũ exercitũ, ſemper ædificando ſeptẽ aras, vt ex aliquo infauſto loco aſpi-
ceret exercitũ Iſraelis & malediceret, & dñs ecõuerſo ſemper vertit maledictionẽ in benedictionẽ
Vnde dixit: Ad benedicẽdum adductus ſum, benedictionẽ prohibere nõ valeo. Quidam tamen
dicũt, ꝙ Sethym iuxta montẽ Sinai eſt, vbi primo accepta lege, populus trãſgreſſus eſt, adorãdo
vitulũ, Exo. 33. Galgala aũt locus eſt in quo vnctus eſt Saul in regem. 1. Regum. 13. qui inter reges
primus pręuaricatus eſt. A prima eñ pręuaricatiõe vſqʒ ad vltimã ſemꝑ mala operatus eſt popu
lus, qbus ecõtra multa bona fecit deus, Pſal'. 34. Retribuebãt mihi mala pro bonis. Quidam etiã ex
ponũt moraliter, Sethim eñ congelaſcens interp̃tat̃, Galgala aũt volutabrũ. Et eſt ſenſus, à prin-
cipio peccati, in quo homo congelaſcit & infrigidat̃ à charitate, vſqʒ ad volutabrũ peccati, hoc eſt,
profundũ in quo de pc̃tõ nõ erubeſcit. Hiere. 6. Confuſione nõ ſunt cõfuſi, & erubeſcere neſcierũt,
in quo tñ tẽpore deus bona facere nõ deſinit. Gene. 32. Dñe q paſcis me à iuuentute mea, vſqʒ nũc
Indignis etiã deus multa bona p̃ſtat. 2. Par. vltimo: Indignũ ſaluabis me, ſecũdum multitudinem
miſericordiæ tuæ, ⌊vt cognoſceres iuſtitias dñi⌋ Iuſtitiæ dñi ſunt quæ dño optime competunt,
cuius ſubſtantia eſt bonitas, natura dulcedo, propriũ miſereri & parcere, vt dicit Gregorius: Illius E
eñ iuſtitia eſt diſſimulare mala & facere bona. Sapiæ. 11. Miſereris oĩm qa oĩa potes, & diſſimu-
las pc̃tã hoĩm propter pœniam. Iuſtitia eñ dei ſemper cũ clementia & bonitate iuncta eſt, Pſal-
mo. 18. Iuſtitiæ dñi recte lætificantes corda. ¶ ⌊Quid dignum offeram dño⌋ Audiẽs populus
talem deo eſſe iuſtitiã, compũctus eſt, & quærit qũo placare poſſit dñm. Quod audiẽs propheta,
& videns quod in legalibus nihil eſſe acceptũ ad grãm noui teſtamenti, conſiliũ dat ibi: Indicabo
tibi: ⌊Quid dignũ offeram dño?⌋ Dignum. ſ. ſe vel dignũ emenda, nihil eñ dignum poteſt ei of-
ferri, ſed dignatio & bonitas ſua accipit, quod offerimus, non quod dignum ſit, ſed quod boni-
tate ſua facit dignum, Pſalmo. 115. Quid retribuam dño pro oĩbus quę retribuit mihi? Et deſcẽdit
ad ſpecialia, ⌊curuabo genu deo excelſo?⌋ quod qdem in adoratiõe bonũ eſt & Chr̃o debetur,
qui nos à curuitate peccati erexit. Gene. 41. Præcepit vt oẽs genua flecterẽt & prępoſitum eſſe ſci-
rent vniuerſæ terræ Aegypti, Eſa. 45. Mihi curuabit̃ oĩe genu & iurabit oĩs lingua, Phil'. 2. In no
mine dñi noſtri Ieſu Chr̃i omne genu flectat̃. Bonũ eſt ergo hoc, ſed non ſufficiẽs & dignum. 1. ad
Timotheũ. 4. Corporalis exercitatio ad modicũ vtilis eſt. Et ſubdit de reprobatione legalium.
⌊Nunqd offeram ei holocauſtomata⌋ quæ tota. ſ. incẽdebant̃, ⌊& vitulos anniculos⌋ q pro pec
catis offerebant̃, Pſal. 39. Holocauſtũ & pro pc̃tõ non poſtulaſti, Eſa. 1. Quo mihi multitudinẽ vi-
ctimaʒ veſtraʒ dicit dñs. Holocauſtũ aũt in memoria fiebat deuotionis. Vituli aũt anniculi, hoc
eſt vnius anni, ſignificant incenſiones laſciuoʒ motuum in petulantia carnis, q in compunctione
cordis incẽdẽdi ſunt. 1. Re. 1. Anna adduxit filiũ ſuũ Samuelẽ poſtq̃ ablactauerat eum in vitulis tri
bus, & tribus ſatis farinę, & amphora vini. Tres vituli ſunt laſciuia gulæ & luxuriæ, & gaudiorum
mundi, quę Anna. i. gr̃a, dño offert, tria ſata farinæ. Tres puritates ſunt cõſciæ. ſ. à commiſſione cõ F
tra p̃ceptũ, ab obmiſſione præcepti, ab impuritate erroris & ignorantiæ. Gene. 18. Accelera tria
ſata ſimile commiſce. Amphora vini, mens eſt conſcia cœleſtis gaudij, Pſal'. 103. Vinũ lætificat cor
hoĩs. ⌊Nunqd placari poteſt deus in milibus arietum?⌋ q in veteri lege. ſ. offerebant̃ in memoriã
martyrum, ⌊aut in multis milibus agnoʒ pinguium?⌋ q. ſ. pro expiatione peccati offerebantur,
Hebræoʒ. 10. Impoſſibile eſt ſanguine hircoʒ aut thauroʒ pc̃tã auferri, Pſal'. 49. Nunqd mandu
cabo carnes thauroʒ, aut ſanguinẽ hircoʒ potabo? Et ſubinfert de maiori ſacrificio. ⌊Nnnqd da
bo primogenitũ meũ pro ſcelere meo?⌋ ſicut. ſ. Abrahã primogenitũ obtulit. Gene. 22. Et pro-
phana deuotiõe rex Moab primogenitũ ſuum, q regnaturus erat poſt ipſum obtulit ſuper muʒ.
4. Regũ. 3. quaſi dicat nõ. Hæc eñ prophana & impia ſunt, ſed primũ de Abrahã factũ eſt in me-
moriã paſſionis Chr̃i, ſecũdum aũt deteſtabile factũ fuit in honore dæmonum, q humanũ ſangui-
nem ſitiũt, Pſal'. 105. Effuderũt ſanguinẽ innocentẽ, ſanguinẽ filioʒ ſuoʒ & filiaʒ ſuaʒ, quas ſacri
ficauerũt ſculptilibus Chanaan ⌊fructũ ventris mei⌋ hoc eſt, nunqd dabo fructum ventris mei?
⌊pro pc̃tõ animæ meę⌋ hoc eſt, quod ex animo feci, ſicut fecit Iephthe. Iudicũ. 11. qui filiã ſuam
ſtulte offerẽdã vouit, & ipie votũ reddidit. Et ẽ ſenſus: Nunqd ſanguine aĩaliũ, aut etiã hoĩm, aĩæ à
pc̃tõ lauant̃, q̃ſi dicat nõ. Dañ. 3. Nõ eſt in tp̃e hoc holocauſtũ, neqʒ ſacrificiũ, neqʒ oblatio, neqʒ in
cẽſum, neqʒ locus primitiaʒ corã te, vt poſſimus ĩuenire mĩam tuã, ſed in aĩo contrito, & ſpũ humi
litatis ſuſcipian ur à te. Populo ſic quęrẽti obijcit ſe propheta, rñdens: ⌊Indicabo tibi ò homo⌋ q
. ſ. iam vides prophanas eſſe gentiliũ oblatiões & imp̃fectas eſſe legis ceremonias ⌊qd ſit bonum⌋
bonum eſt, vt dicit Anſelmus, quod omni ei quod eſt, melius eſt eſſe quàm non eſſe, & hoc eſt q̃d
bonum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A bonum facit ſimpliciter,ſicut eſt virtus,gratia,gloria,& huiuſmodi,item eſſe & intelligere,vt dicit
Auguſtinus,⌊& q̄d deus requirat à te⌋ in opere.ſ. pręceptoꝝ, hoc eſt̄ quęrit dn̄s vt illa ſeruent,
Tob.14.Inquire quæ placita ſunt ei in veritate, & in tota virtute tua,Actorum.9.Dn̄e q̄d me vis
facere? Et determinat,ſubdēs: ⌊vtiq; facere iudicium⌋ vt.ſ.ex iudicio rōnis oīa facias,rōnis dico
informatæ lege,Pſal.118.Feci iudicium & iuſtitiā.1.ad Corint.11. Si noſmetipſos iudicaremus,nō
vtiq; iudicaremur.Hieronymus vt nihil ſine cōſilio & rōne agas,Tob.4.Conſiliū ſemper à ſapiē-
te require.Et hoc ordinat hoīem ad ſeipm̄. Prouerb.20.Rex q̄ ſedet in ſolio iudicij, diſſipat om̄e
malum intuitu ſuo, ⌊& diligere miſericordiā,⌋ vt.ſ.opa miſericordiæ in proximū ex dilectione,
non ex neceſſitate,vel coactione facias.2.ad Corinth.9.Non ex triſtitia aut ex neceſſitate,hylarē
eīm datorē diligit deus.Dañ.4.Conſiliū meū tibi placeat, & pctā tua eleemoſynis redime,& iniq
tates tuas miſericordijs paupeꝝ.Prouerb.16.Miſericordia & veritate redimitur iniq̄tas.Iudicium
eīm innititur veritati,miſericordia aūt pietati.Prouerb.20.Miſericordia & veritas cuſtodiūt regē.
Prouerb.21.Facere miſericordiā & iudiciū magis placet dn̄o,q̄ victimę, hoc ergo ordinat hoīem
ad proximū,⌊& ſolicitū ambulare cū deo tuo⌋ vt.ſ.toto corde cogites, qualiter cum deo profi-
cias,ſicut dr̄,Gene.5.Enoch ambulauit cum deo.Et Gene.6.Noe vir iuſtus atq; pfectus cum deo
ambulauit. ¶⌊Vox dn̄i⌋ Hic incipit redarguere pctā in proximū, & primo prouocat ad audi
tum,ſecūdo aūt dicit q̄d audiat,ibi: Adhuc ignis.Prouocat aūt ad auditū dupl'r, in cōi,& in ſpecia
li.In cōi dupl'r,ſimpl'r.ſ.& ſub promiſſione audiētium:⌊Vox dn̄i⌋ per me.ſ.ſonās.Iohan.1.Ego
vox clamantis in deſerto.Luc.10.Qui vos audit,me audit,⌊ad ciuitatem⌋ hoc eſt contra ciuitatē
quæ eſt ciuilitas maloꝝ à Cain incepta.Gene.5.Per Nemroth munita.Gene.10.Pſalm̄.54.Vidi
B iniq̄tatem & contradictionē in ciuitate,die ac nocte circūdabit eam iniq̄tas & labor in medio eius
& iniuſtitia & nō defecit de plateis eius vſura & dolus,⌊clamat⌋ intentionē notat,& inſtantiam
pręddicationis.Prouerb.octauo:O viri ad vos clamito,& vox mea ad filios hoīm.Pſal.68.Labo-
raui clamās raucæ factæ ſunt fauces meæ.Et ſubdit promiſſionē:⌊& ſalus erit timentibus nomen
eius⌋ hoc eſt,ex auditu concipientibus notitiā,& per timorē corrigentibus ſe à pctō. Ecci.5.Ti-
mor dn̄i expellit pctm̄,nam q̄ ſine timore eſt,non poteſt iuſtificari. Malach.4. Vobis timētibus
nomen meū,orietur ſol iuſtitiæ.Et ſubdit de auditu in ſpeciali: ⌊Audite tribus⌋ Tribus vocat ge
nus Iudæoꝝ.Iaco.1. Duodecim tribubus quæ ſunt in diſperſione ſalutē.Iſtæ eīm tribus ſpecialiter
audire deberent,quæ notitiā dei acceperunt.Eſa.51.Audite me q̄ ſequimini quod iuſtū eſt,& quę-
ritis dn̄m,⌊& quis⌋ tam ſapiens,ſupple,& tam cōmendabilis,vel tam rarus,⌊approbabit illud⌋
verbum.ſ.auditum.Eſa.50.Quis ex vobis timens deum, audiēs vocē ſerui ſui? Pſalmo.106.Quis
ſapiens,& cuſtodiet hæc,& intelliget miſericordias dn̄i? Quid aūt audiant,ſubdit,& ponit ſeptem
genera pctōrum,oīa ad fraudem pertinentia.⌊Adhuc ignis in domo impij⌋ Ignis.ſ.auaritiæ,de
quo Prouerb.30.Ignis nunquàm dicit,ſufficit.Iob.31.Ignis eſt vſq; ad conſumptionem deuorans
& oīa eradicans genimina.Ecci.10.Auaro nihil eſt ſceleſtius.Dicitur aūt eſſe in domo,q̄a per aua
ritiam domū ædificat,& cor etiā ſuum occupatum eſt auaritia.Vnde Eccleſiaſtes.5.Auarus nō im
plebitur pecunia. Et dr̄,Impij,q̄a omni pietate in proximū priuatus eſt.Eſa.11.Spū labiorum ſuo
rum interficiet impium,Abacuc.2.Væ q̄ congregat auaritiā malam domui ſuæ. Quis autem ſit
ignis,ſubdit: ⌊theſauri iniq̄tatis,⌋ Theſaurus autē abundantiā & copiā, iniq̄tas malam ſignificat
acquiſitionem ſiue turpem,ſiue iniuſtā. Prouerb. 10. Non proderunt theſauri impietatis,iuſtitia
C vero liberabit à morte.Iob.20.Diuitias quas deuorauit,euomet, de ventre ipſius extrahet eas de
us,Iacob.5.Aurum veſtrum & argētum eruginauit,& erugo erit vobis in teſtimonium,& man-
ducabit carnes veſtras,ſicut ignis ⌊& menſura minor,⌋ Duas eīm menſuras habebant, maiorem
ad emendum,& minorem ad vendendum,⌊iræ plena⌋ Prouerb.20. Pondus & pondus,menſu
ra & menſura,vtrumq; abominabile eſt apud deum, Lucæ.6.In qua menſura menſi fueritis,re-
metietur vobis.Et hoc eſt quod ſequit̄:⌊Nunq̄d iuſtificabo⌋ hoc eſt,iuſtā eſſe iudicabo,⌊ſtaterā
impiam⌋ Hieronymus:Cum alio pondere emitis & cum alio pondere venditis mercimonia,hoc
eīm non iuſtificabo,ſed condemnabo,Prouerb.11.Statera doloſa abominatio eſt apud deum, &
pondus æquum voluntas eius.Et hoc eſt quod ſequit̄:⌊& ſacelli pondera doloſa,⌋ Sacellus oc-
cultum ſacculum notat, ex quo pondus doloſum ſupponebatur incautis.Leuit.19. Nolite facere
iniquum aliq̄d in iudicio,in regula,in pondere,in mēſura,ſtatera iuſta,& æqua ſint pondera,iuſtus
modius æquuſq; ſextarius. ⌊In quibus⌋ ſupple ponderibus & ſtateris, ⌊diuites eius⌋ ciuitatis.ſ.
non modo pauperes,in q̄bus inopia forte ſcelus defenderet,ſed diuites q̄ non ex inopia,ſed ex ſo-
la auaritia fecerunt,⌊repleti ſunt iniq̄tate⌋ hoc eſt,ex inique acquiſito. Deuterono.25.Non habe
bis in ſacculo diuerſa pondera,maius & minus,nec erit in domo tua modius maior & minor. Re-
pletio autem ſonat impletionem prementem vſq; ad vomitum. Prouerb.1.Implebimus domos
noſtras ſpolijs ⌊& habitantes in ea⌋ ciuitate.ſ.loquebantur mendacium.Hieronymus:Congre-
gationes diuitiarum ſequitur mendacium, & manus aſſueta theſauros condere fraudulentam lin-
guam poſſidet,veritas paupertatem,mendacium diuitias parit, Pſalmo.5. Perdes omnes qui lo-
quuntur mendacium,⌊& lingua eorum fraudulenta in ore eorum⌋ in ore dr̄, quia intra os men-

Miſericor- dia delētur peccata.

Timor domini reſiſtit peccato.

Mēdacium comes eſt auaritiæ

O 3 dacium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dacium occultatur, ſi enim emitteretur, dep̄henderetur. Hiere.9. Sagitta vulnerans lingua eorum, D
dolū locuta ē, Eſa.32. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt, ipſe em̄ cogitationes concinnabit ad perdē dos mites, Pſalmo. 49. Lingua tua concinnabat dolos. Et ſubdit huius peccati pœnā. ⌊Et ego ergo⌋ hoc eſt, propter pctā illa ⌊cœpi⌋ ſupple primo, à paruis pœnis, ⌊percutere te perditiōe⌋ primo .ſ. comminata per prophetas, Sapiæ.11. Hos q errant ex parte, corripis & admones, vt reli cta malitia credant in te dn̄e, ⌊ſuper peccatis tuis,⌋ ſupple quæ commiſiſti.2. Machabæ.6. Multo tēpore non ſinere pctōribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltionem adhibere magni beneficij inditium eſt. Et ſubdit pœnas, ⌊tu comedes & non ſaturaberis⌋ Gloſſa inducit illud Amos.4. Dedi vobis ſtuporē dentium in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiā panum in oībus locis veſtris. Iuſtum em̄ eſt, quòd q aliena rapuit, ipſe in egeſtate ſit, Deuterono. 28. Sementē multam iacies, & modicum congregabis, Aggæi.1. Comediſtis & non eſtis ſaturati, Prouerb.13. Venter impiorum inſatiabilis, ⌊& humiliatio tua⌋ hoc eſt, hoſtes q te humilient, & ad humum proſternant, ⌊in medio tui⌋ ſupple erunt, Luc.19. Circundabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te vndiq;. Eſa. 29. Humiliaberis, de terra loqueris ⌊& apprehendes⌋ afflictos .ſ. his plagis, fame .ſ. & peſte & gladio, ⌊& non ſaluabis⌋ hoc eſt, ſaluare non poteris à plagis iſtis. Vnde .4. Regum.6. Cum mulier clamaret ad regē vt ſaluaret eam, Reſpondit rex: Non te ſaluet deus, vnde te ſaluare potero de area, vel de torculari? ⌊& quos ſaluaueris⌋ hoc eſt, quos ſaluare putaueris, ⌊in gladiū dabo⌋ Amos.1. Robuſtus non ſaluabit animā ſuā. Threnorum.2. Foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt ⌊tu ſeminabis⌋ ſpe .ſ. colligendi fructus, labores, & expenſas impendens, ⌊& non metes,⌋ hoſtes em̄ auferent, Eſa.17. Mane ſemen tuū florebit, ablata eſt meſſis in die hęreditatis & dolebit gra E
uiter. Aggæi.1. Seminaſtis multum & intuliſtis parum, ⌊tu calcabis oliuam,⌋ oleum .ſ. premendo de amurca, ⌊& non vngeris oleo⌋ Deuterono.28. Oliuas habebis in oībus terminis tuis, & nō vngeris oleo, qa defluēt & deperibunt, ⌊& calcabis muſtum⌋ hoc eſt laborabis ad calcādum, ⌊& nō bibes vinum⌋ Hieronymus: Steriles vindemiæ vinum negauerunt, Deuterono.28. Vineā plantabis & fodies & non bibes vinum, nec colliges ex eis quippiā, qm̄ vaſtabūtur vermibus. Sine fructu ſeminat q mala intētione prędicat, oliuas abſq; vnctione calcat, q virtutem ſimulat cum vitioſus ſit, muſtum calcat & vinum non bibit, q de æternis gaudijs loquit, & dulcedinem eorum non ſentit, Amos.5. Vineas amātiſſimas plantabitis, & nō bibetis vinum earum. Horum oīm cauſam

Amri ſubdit, ⌊&⌋ id eſt, ⌊qa cuſtodiſti pręcepta Amri⌋ de quo legitur.3. Regū.16. ꝙ fuit pater Achab & impijſſimus. Et pręcepta dicunt opera eius, quę populus ſicut pręcepta cuſtodiebat. Vnde Amri amaricans vel magiſteriū interp̄tat, malorum em̄ magiſterium facile diſcitur, Iohan.8. Vos ex pa

Achab tre diabolo eſtis, & opera illius facere vultis, ⌊& omne opus domus Achab⌋ ſupple cuſtodiſti, domus Achab dr̄ familia, ſicut Iezabel & peſſimi filij eius, quos populus imitatus eſt, & ideo frater patris interp̄tatur, qa malitia frater fuit patris ſui Amri.3. Regum.21. Non fuit alter talis, ſicut Achab qui vęnundatus eſt, vt faceret malum in conſpectu dn̄i, concitauit enim eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis effectus eſt, ⌊& ambulaſti⌋ proficiendo de malo in peius, ⌊in voluptatibus eorum,⌋ 2. ad Timothe.3. Mali hoīes proficiunt in peius, errantes & in errorem mittentes. ⌊Vt⌋ conſecutiuum eſt, & non cauſale, ⌊darem te in perditionem⌋ temporalem .ſ. & æternam, Eſa.14. Perdā Babylonis nomen & reliquias & progeniē & germē, ⌊& habitantes in ea⌋ ſupple darē ⌊in ſibilū⌋ deridentium .ſ. Iob.27. Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper eum, intuens locum eius, Threnorum.2. Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui, ſibilauerunt & fremuerunt denti- F
bus ſuis, ⌊& opprobrium populi mei portabis⌋ In pœna .ſ. vt ſicut fuerunt authores in culpa, ita præ omnibus portēt pœnæ deriſionem Eſa.50. De manu mea factum eſt hoc vobis, in doloribus dormietis, Pſal.79. Dediſti nos opprobrium in gentibus & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.

¶ In Capitulum ſeptimum Michææ prophetæ, Enarratio.

VAE mihi⌋ In iſta parte tangit conſolationem, & habet duas partes. In prima tangit paucitatem eorum, q ad conſolationem pertinent. Secundo, deſcribit conſolationem, ibi: Dies vt ædificentur maceriæ tuæ. Prima ſubdiuiditur in duas. In quarum prima oſtendit paucitatē, & cauſam paucitatis. In ſecunda ſpem erigit in dn̄o de paucorum multiplicatione & conſolatione, ibi: Ego autem ad dominum aſpiciam. Prima habet tres partes. Primo enim ponit per methaphoram paucitatem. Secundo explanat ibi: Perijt ſanctus. Tertio dicit ꝙ propter hoc immiſſa eſt eis pęna ibi, dies ſpeculationis tuæ. ⌊Væ mihi⌋ doloris .ſ. ex compaſſione non mortis interminatio, Romanorū nono: Triſtitia eſt mihi magna & continuus dolor cordi meo, pro fratribus meis, q ſunt cognati mei ſecundum carnem. Hiere.15. Væ mihi mater mea, vt qd me genuiſti.1. Macha.2. Væ mihi, vt qd natus ſum videre contritionem populi mei & contritionem ciuitatis ſanctæ ⌊qui factus ſum⌋ hoc eſt, aſſimilatus ſum, ⌊ſicut qui colligit in autumno racemos,⌋ poſt vindemiantes .ſ. vindemiato em̄ populo à Chaldæis, & decepto per diabolum, vix aliqs iuſtus in populo inueniebatur, qui dignus eſſet conſolatione diuina, Eſa.16. Auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo, & relinquetur in eo, ſicut racemus paruus & modicus, & nequaquàm multus. Dicuntur autē racemi id in quo fun-

A quo ſundantur vuæ, quod in medio botri eſt, quod paruum habet ſaporem vini. Et intelligit eos,
qui etiam paruum ſaporẽ habent ſanctitatis. Autumnum aũt nominat, qa tp̃s maturitatis eſt, &
hoc fuit tempus completæ iniqtatis ad metendum per gladium, Apocalypſis. 14. Mitte falcem tu
am acutam & vindemia botros vineæ, qa maturæ ſunt vuæ eius, Eſa. 65. Hæc dicit dñs, quomodo
ſi inueniatur granum in botro, & dicatur, ne diſſipes illud, qm̃ benedictio eſt, ſic faciam propter ſer
uos meos, vt non diſperdam totum. Vult ergo dicere, quòd aliquos inuenit, q gaudia cœleſtia ſa-
perent, ſed paucos ⌊vindemiæ⌋ hoc eſt, poſt vindemiam. ſ. q effugere poſſunt vindemiantiũ ma
nus. Et hoc eſt quod ſeqtur, ⌊non eſt botrus ad comedendũ.⌋ Botrus ſignificat aliquam bonoꝶ
congregationem, quæ non inuenitur, Cant. 1. Botrus cypri dilectus meus mihi. Sed tunc verifica
tum eſt illud Deuterono. 32. Vua eorum vua fellis & botrus amariſſimus. Et ideo ſe dicit botrum
non inueniſſe ad comedendũ. Guſtum eñ fellis ingerebant ori ſanctorum. Et ſicut non fuit ibi ſa
por gaudij æterni, ita nec ſapor dulcedinis virtutis. Et hoc eſt quod ſequitur: ⌊precoquas ficus de
ſiderauit anima mea⌋ Precoquæ ficus ſunt groſſi quos primo ficus emittit, Cant. 2. Ficus protu-
lit groſſos ſuos, groſſi autẽ non ſunt tantæ dulcedinis, quantũ vere ficus quos tamẽ deſiderare pro
pheta ſe dixit, qa ſaltem in modico virtutis ſapore aliquẽ inuenire cupiebat, Hiere. 8. Non eſt vua
in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, qm̃ defluxit. Senſus autẽ eſt, quòd modica pro bono habe-
ret, ſi inueniret quiſquilias & aliquas ſaltem paleas, hoc eſt, veſtigia bonorũ, vt dicit Hieronymus,
Eſa. 34. Omnis militia cœlorum defluxit, ſicut defluit folium de vinea & de ficu. Bonę enim ficus
conuerſæ ſunt in malas, & guſtanti generant vomitũ & abominationem, qa in quo euaneſcit dul-
cedo virtutis, abominabilior efficitur alijs, Hierem̃. 24. Calathus vnus ficus habebat malas nimis,
B quæ comedi non poterant eo quòd eſſent malæ, Abacuc. 3. Ficus non florebit, & non erit germen
in vineis. Dicit autem: Deſiderauit anima mea, q a medullitus hoc ſancti deſiderant, multiplicatio-
nem. ſ. bonorum, & in om̃ibus ſaporem gratiæ & virtutis, Phil. 2. Siqua conſolatio in Chriſto, ſi-
quod ſolatium charitatis, ſiqua ſocietas ſpiritus, ſiqua viſcera miſerationis, impletæ gaudium me-
um vt idem ſapiatis. Modus iſte prophetiæ ſumitur ab Eſaia. 17. In die illa attenuabitur gloria Ia-
cob, & pinguedo carnis eius emarceſſet, & erit ſicut congregans in meſſe, quod reſtiterit, & bra-
chium eius ſpicas leget. Et erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim. Et ibidem: Relinquetur in
eo quaſi racemus, & ſicut excuſſio oleæ, quaſi duarum aut trium oliuarum, in ſummitate rami ſi-
ue quatuor aut quinque. Et quod dixit metaphoricè, ſubdit, exponens: ⌊Perijt ſanctus de terra⌋
qui per vuam ſignificatur, Pſalmo vndecimo: Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus,
quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum, ⌊& rectus⌋ ſupple, virtute qui per ficum ſi-
gnificatur, ⌊in hominibus non eſt.⌋ Eſaiæ quinquageſimonono: Non eſt qui inuocet iuſtitiam,
nec eſt qui iudicet recte. Et ibidem infra: Vidit deus & malum apparuit in oculis eius, qa non eſt
iudicium, quia non eſt vir, & aporiatus eſt, Pſalmo decimotertio: Omnes declinauerunt, ſimul in-
utiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum. Hoc idem dicitur Romanorum
tertio. Qualiter autem hoc ſit, ſubdit: ⌊Omnes in ſanguine inſidiantur⌋ ſcilicet, vt vel ſanguinem
fundant, vel nutrimentum ſanguinis ſubtrahant, vel in corruptione ſanguinis peccata multipli-
cent, Oſee quarto: Sanguis ſanguinem tetigit. Eſaiæ qnquageſimonono, Prouerbiorum primo,
& in Pſalmo decimotertio: Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effundant ſanguinem
innocentem. Et hoc in ſpeciali exprimit, ſubdens: ⌊vir fratrem ſuum venatur ad mortem.⌋ Na-
C turalis. ſ. negato germanitatis fœdere, nec tantum caſu occidit, vel ex ira, ſed proditioſe venatur,
Hieremiæ nono: Vnuſquiſq; à proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fidutiã,
quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem
deridebit. Et intelligit de fratre, vel vterino, vel gente, vel religione, nullum enim fœdus ſeruatur
inter homines. Eſaiæ viceſimoquarto: Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœ-
dus ſempiternum. Et quia plus proceſſerunt in malo, ideo ſubdit: ⌊malum manuum ſuarum di-
cunt bonum⌋ malum manuum eſt quod totis viribus perficitur, & hoc bonum dixerunt, quando
eis fuit lucroſum, Eſaię quinto: Væ q dicunt bonum malum & malum bonum, ponentes tenebras
lucem & lucem tenebras. Hos imitantur prælati noſtri temporis, q quantumcunq; graue præcipi
ant vel ſtatuant, bonum dicunt, dummodo lucrum habeant. Et hoc explanat ſubdens: ⌊princeps
poſtulat⌋ hoc eſt, iudicium exhibens, aut poſtulat minus quàm offeratur more filioꝶ Heli. 1. Re-
gum. 2. Nunc dabis alioquin, tollam vi. Eſaiæ primo: Omnes diligunt munera ſequuntur retribu
tiones, ⌊& iudex in reddendo eſt⌋ hoc eſt, principes q iudicant, non liberaliter & gratis exhibent
iuſtitiam, ſed in reddendo. ſ. emptum pro pretio, vel vicem reddendo ei q non dedit, Eſaiæ. 5. Iu-
ſtificant impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti auferunt ab eo, ⌊& magnus⌋ quicũq; prælatus
vel peritus & potẽs, ⌊locutus eſt deſideriũ aĩæ ſuæ⌋ & hoc. ſ. cuſtodiri voluit pro lege, cũ nec lo-
queret̃ iudiciũ, nec iuſtitiã. Ecc. 13. Diues locutus eſt ſuperba, & omnes iuſtificauerũt eum. Et poſt
pauca: Diues locutus ẽ, oẽs tacuerunt, & verbum illius vſq; ad nubes perducẽt, ecõtra de bonis dr̃
in Pſal. 36. Os iuſti meditabitur ſapĩam, & lingua eius loquet̃ iudicium. Et ita ſupple ⌊conturbaue
runt eam,⌋. ſ. ciuitatem, vel terram, vel veritatem. Eſaiæ. 59. Corruit in platea veritas, & æquitas

O 4 non po-

non potuit ingredi,quoniam facta eſt veritas in obliuione,& q receſſit à malo, prædę patuit. Et D
hoc explanat per ſiſitudinem,⌊q optimus in eis⌋ hoc eſt,minus nocẽs in rapinis ⌊eſt quaſi paliu

Paliurus

rus⌋ Paliurus eſt herba vel frutex,quæ apud medicos reſta bouis vocaẽ,creſcit aũt iuxta vias ſpi-
nam habẽs aduncã,per quã tranſeũtes comprehẽdit,& trahit,& lacerat & ſignificat rapacitatẽ iu-
dicum,q publica via gradiẽtes cauillatiõibus comprehẽdunt,protractiõibus tenẽt,cupiditate mu
nerum lacerãt. Eſa.3. Quare atteritis populum meũ & facies pauperꝝ commolitis? ⌊Et q rectus⌋
ſupple reputatur, ⌊eſt quaſi ſpina de ſepe⌋ hyſpidus.ſ.implexus & viam trãſeuntibus prohibẽs.
Eſa.7. In ſpinas & in vepres erunt. 2. Regũ.23. Prẹuaricatores quaſi ſpinę euellenẽ. Et propter has
culpas ſubdit pœnas. Et ſupple ideo, ⌊dies ſpeculationis tuæ⌋ ſupple venerunt, dies.ſ. qbus deus
ſpeculando propalet iniqtatem tuam, Pſalmo.58. Intende ad viſitandas omnes gentes,non miſe-
rearis oĩbus q operãtur iniqtatem, Soph.1. Scrutabor Hieruſalem in lucernis. Et quod dixit,ex-
ponit,⌊viſitatio tua venit⌋ viſitatio.ſ.qua culpa luitur per pœnã. Eſa.10. Viſitabo ſup fructum
magnifici cordis. Eſaiæ.13. Viſitabo ſup orbis mala,& contra impios iniqtatem eoꝝ, ⌊& nunc⌋
ſupple ſine dilatione ⌊erit vaſtitas eoꝝ⌋ Deutero.28. Diſperdet te dñs in omnes populos à ſum-
mitate terræ vſq; ad terminos eius. Eſa.1. Derelinqueẽ filia Syõ,ſicut tuguriũ in cucumerario,& ſi
cut ciuitas quæ vaſtaẽ. Hiere.6. Hæc eſt ciuitas viſitationis,oĩs calumnia in medio eius eſt. Conſe-
quẽter ſubdit de diſſipatione fœderis inter eos,& ne credãt pſeudoprophetis, & ducibus eorum q

Amico fideli credendum eſt,nõ ficto

ſeduxerunt eos.⌊Nolite credere amico⌋ ſeducenti.ſ. Vero eñ amico credẽdum eſt,ſed falſo ami
co credẽdum nõ eſt. Hieronymus Interrogatus qdam,qd eſſet amicus. Reſpondit,alter ego. Py-
thagorici amici vades ſe inuicẽ tyrãno dederũt. Demoſthenes: Amicus diu quęritur,vix inenitur
difficile obſeruaẽ. Et Liricus poeta pro amico pręcans,ſerues(inqt) animæ meæ dimidium. Dñs in E
Euãgelio Lucæ.22. oſtendẽs qs verus ſit amicus,dixit: Vos eſtis q permãſiſtis mecũ in tẽtationi-
bus meis. Sed de talibus amicis nõ loquiẽ,ſed de his q lucra ſequunẽ. Hieronymus: Delicata eſt ami
citia quæ amicoꝝ felicitatẽ & diuitias ſeqtur. De talibus ergo dicit: Nolite credere amico. Ecci.6.
Si poſſides amicũ,in tentatione poſſide eũ,& ne facile credas ei teipm. Exemplũ accipe.2. Re.16.
Vbi Achitophel decepit amicũ ſuũ Dauid, ſiĉ Iudas Chr̃m. Matt.26. Pſaẽ.54. Si is q oderat me,
ſuper me magna locutus fuiſſet,abſcondiſſem me forſitã ab eo,tu vero homo vnanimis dux meus
& notus meus,q ſimul mecum dulces capiebas cibos,⌊& nolite cõfidere in duce,⌋ accipiẽtes ex-
emplũ, Iudic.9. de Abimelech q cũ eſſet dux Sychimitaꝝ,cõtriuit eos & occidit. Mat.15. Si cæcus
cæco ducatũ præſtet,ambo in foueã cadunt. Ezec.21. Gladius factus eſt in populo meo in cũctis
ducibus Iſrael,⌊ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui,⌋ vxore.ſ.volente te à deo
auertere,cuſtodi clauſtra oris tui,hoc eſt ſecreta,ſumẽs exemplũ, Iudic.16. Vbi Dalila quæ ſecreta
per blãditias extorſit à Samſone,& prodidit eum. Seneca, Leuitas fœminea hoc ſolum tacere ſcit,

Mulieri nõ ſunt temere ſecreta aperienda.

quod neſcit,⌊qa filius cõtumeliam facit patri⌋ cuius exemplũ eſt.2. Regũ.16. Vbi Abſolon prẽm
regno expulit & polluit concubinas eius,⌊filia cõſurget aduerſus matrẽ ſuã⌋ Quod licet in ſcriptu
ris p exẽpla nõ legaẽ,tñ multotiẽs factũ eſt. Ecci.26. In filia nõ aduertente ſe,firma cuſtodiã,ne in-
uenta occaſiõe abutaẽ ſe,⌊nurus cõtra ſocrũ ſuã⌋ ſupple cõſurget. Gen.27. Vbi vxores Eſau cõ-
tra Rebeccã ſurrexerũt. Vnde dixit: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth, ⌊inimici hoĩs do-
meſtici eius⌋ Idẽ Matth.10. Luc.12. vbi ſic dr̃: Veni ſeparare filiũ à patre,& filiã à matre, erũt eñ
quinq; in domo vna,duo in tres,& tres in duos diuidenẽ,pater in filiũ,& filius in prẽm: mater in fi
liã,& filia in matrẽ: nurus in ſocrũ,& ſocrus in nurũ & inimici hoĩs domeſtici eius. Hoc eſt in ea- F
dem domo nati,& in eadẽ domo nutriti, Cant.1. Filiĳ matris meæ pugnauerũt contra me. ⌊Ego
aũt ad dñm aſpiciã⌋ Tangit hic ſpem quã habet in deo de cõſolatiõe,& habet duos paragraphos,
primo eñ oñdit cõfortationẽ ſpei,ſecũdo inſultat inimicis,ibi,ne læteris. ⌊Ego aũt⌋ ſupple non
ſperans in hoĩe,⌊ad dñm aſpiciã⌋ fidei.ſ. deuotiõe.2. Para.20. Cũ ignoremus qd agere debeamus
hoc ſolũ habemus reſidui,vt oculos noſtros dirigamus ad te, Iob.16. Ecce in cœlo eſt teſtis meus
& cõſcius meᵘ in excelſis, verboſi amici mei ad deũ ſtillat oculus meus,⌊expectabo deũ⌋ Thre.3.
Bonũ eſt pſtolari cũ ſilentio ſalutare dñi. Et hoc eſt q̊d ſeqtur ⌊ſaluatorẽ meũ⌋ Gene.49. Saluta-
re tuũ expectabo dñe. Alia trãſlatio,expectabo deũ Ieſum meũ. Thre.3. Pars mea dominus,dixit
anima mea,propterea expectabo eũ. Pſaẽ.26. Expecta dñm,viriliter age ⌊audiet me deus meus⌋
Iohan.11. Ego ſciebam,qa ſemper me audis. Et inſultat inimicis captiuantibus,ſubdẽs: ⌊Ne læte
ris inimica mea⌋ Babylon.ſ.vel diabolus ⌊ſup me qa cecidi⌋ Iob.31. Si gauiſus ſum ad ruinã eius
qui me oderat,& exultaui qꝫ inueniſſet eũ malũ. Eſa.14. Ne læteris Philiſtęa oĩs tu,qm̃ cõminu-
ta eſt virga pcuſſoris tui,⌊conſurgam⌋ deo.ſ.miſerãte, Romañ.14. Suo dño ſtat aut cadit, ſtabit
aũt,potẽs eſt eñ deus ſtatuere illũ, ⌊cum ſedeo in tenebris⌋ captiuitatis.ſ. vel pœnitẽ. Tobiæ.5.
Quale gaudiũ eſt mihi q in tenebris ſedeo, & lumẽ cœli nõ video, ⌊dñs lux mea eſt⌋ cõſolatio-
nis.ſ. Iohan.1. Lux in tenebris lucet,& tenebræ eã nõ comprehẽderunt, quin potius vt dicit Chry
ſoſtomus,lux tenebras diſſipauit, Pſaẽ.138. Nox ſicut dies illuminabiẽ, Eſa.58. Orieẽ in tenebris lux
tua,& tenebræ tuæ erunt ſicut meridies, Iob.23. Nõ periĳ ꝓpter imminẽtes tenebras,nec operuit
faciem meam caligo, ⌊Iram dei portabo,⌋ hoc eſt, pœnam mihi inflictam ſuſtinebo patienter.

Galatas

A *Galatas* vltimo: Vnuſquiſq; onus ſuum portabit, Threnoꝝ.3. Bonum eſt viro cum portauerit iu
gum dñi ab adoleſcentia ſua, ⌊qm̃ peccaui ei⌋ hoc eſt, ſcio me meruiſſe quod patior, Threnoꝝ.1.
Euigilauit iugum iniq̃tatum meaꝝ in manu eius, cõuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo. 2. Reg.19. Correptio diuina ẽpa tienter ferẽda
Fac quod placitum eſt tibi, neq; em̃ fuit domus patris mei, niſi morti obnoxia domino meo regi,
⌊donec cauſam meam iudicet⌋ vt.ſ. me purgatum à peccato liberet, Hiere.11. Tibi reuelaui cau-
ſam meam dñe deus meus. Et hoc eſt quod ſequit: ⌊& faciet iudicium meum.⌋ Iudicium em̃ eſt
pro iniqua voluntate deprimere aduerſariũ, & liberare punitum, Geneſis .15. Subijcient eos ſerui-
tuti, veruntamẽ gentem cui ſeruierint, ego iudicabo, ⌊educet me in lucẽ⌋ conſolatiõis .ſ. peracta
pœnia, Tobię.3. Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt fletum in lachrymationem, exulta
tionem & gaudium infundis, ⌊videbo iuſtitiam eius⌋ hoc eſt, cognoſcam quõ iuſtus eſt, cui pec
cata non placent, ſed punit ea. 2. ad Timo.2. Si negauerimus, & ille negabit nos, ſi non crediderí-
mus, ille fidelis permanet ſeipſum negare non poterit, ⌊& aſpiciet inimica mea,⌋ Babylon.ſ. vel
dæmones aſpiciet me, releuatam.ſ. & cõſolatam .1. Regum.2. Videbis æmulum tuum in templo
in cũctis proſperis Iſrael, ⌊& operietur confuſione⌋ Videns iniquam ſuam volũtatem de me fie-
ri nõ poſſe, Pſalmo.111. Pctõr videbit & iraſcet, dentibus ſuis fremet & tabeſcet. Sapiæ.5. Vidẽtes
turbabũtur timore horribili, Pſal.108. Induant q detrahũt mihi pudore & operiant, ſicut diploide
confuſione ſua, ⌊quæ dicit ad me,⌋ inſultando ſupple, ⌊vbi eſt dñs deus tuus,⌋ in quem.ſ. ſperas,
quod te nõ liberat, Pſalmo.41. Dum dicũt mihi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. Hæc enim in-
ſultatio in blaſphemiam noĩs dei vergit, Eſa.52. Per vos blaſphematur nomen meum inter gen-
tes, ⌊oculi mei videbũt eam⌋ punitam.ſ. & damnatam, Pſalmo.57. Lętabit iuſtus cũ viderit vin-
B dictam, Eſaię vltimo: Egredietur & videbũt cadauera viroꝝ, q pręuaricati ſunt in me, vermis eoꝝ
nõ morietur, & ignis eoꝝ nõ extinguetur, & erũt vſq; ad ſatietatem viſionis oĩs carnis. ⌊Nunc⌋
hoc eſt, abſq; mora in proximo.ſ. Ezech.7. Nunc finis ſuper te, & immittam furorem meũ in te,
⌊erit in cõculcationem⌋ ſub graui pede iudicij dñi.ſ. Eſa.22. Dies interfectiõis & conculcationis,
& fletuum à dño deo exercituum, Eſa.63. Calcaui eos in furore meo, & in ira mea conculcaui eos,
⌊vt lutum platearum⌋.ſ. ſui vilitate oĩbus tranſeuntibus calcandum exponitur, Pſalmo.17. Vt lu
tum platearum delebo eos. Malachiæ vltimo: Calcabitis impios cum fuerint velut cinis ſub plan-
ta pedum veſtroꝝ. ¶ ⌊Dies⌋ Tangit hic cõſolationẽ per partes deſcribẽs eam, & habet duas
partes, & deſcriptionẽ cõſolatiõis & grarum actionem, ibi: Quis deus ſilis tui? In prima parte tria
ſunt.ſ. populi ędificatio, populi reductio, ibi, Paſce populum tuum, hoſtium humiliatio, ibi, Vide
bunt gẽtes. In ædificatiõe tria ponit.ſ. ruinaꝝ reſuſcitationẽ, à ſeruitute gẽtium liberationẽ, & ge-
neralem terræ populationẽ. ⌊Dies⌋ ſupple claræ lucis & cõſolatiõis, Pſalmo.117. Hęc eſt dies quã
fecit dñs ⌊vt ædificẽtur maceriæ tuæ⌋ maceries vocat parietina & ruinoſa quę poſt captiuitatem
Babylonicam reædificata ſunt, maxime tamẽ de eccleſia, Amos.1.9. In die illa ſuſcitabo tabernacu
lum Dauid, q̃d cecidit & reædificabo apturas muroꝝ eius, & ea quę corruerãt inſtaurabo. Eſa.60.
Aedificabũt filij pegrinoꝝ muros tuos & reges eoꝝ miniſtrabũt tibi. Et ſubdit de liberatione à iu
go ſeruitutis. ⌊In die illa⌋ quando.ſ. fulgebit conſolatio diuinæ grã, ⌊longe fiet lex⌋ *Symachus,*
Pręceprũ, hoc eſt, pceptum Chaldæoꝝ, cui modo ſubiectus es, longe à te remouebit, & maxime
præceptum legis membroꝝ, quæ ex diabolo eſt in membris noſtris, de quo dr̃, Romanoꝝ.7. Vi-
deo aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, Eſa.10. In die illa auferet onus eius de
C humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computreſcet iugum à facie olei. Gene.27. Tempus ve
niet cum excuties & ſolues iugum eius de collo tuo, & de ceruicibus tuis. Et ſubdit de terræ gene-
rali populatione ⌊in die illa⌋ qua.ſ. iuxta verbũ, Malachię vltimo: Timẽtibus nomẽ meum orie
tur ſol iuſtitiæ, ⌊ad te veniet⌋ ò Iudæa vel eccleſia ⌊Aſſur⌋ hoc eſt ab Aſſur, ita ꝙ Aſſur ſit ablati-
ui caſus, & per hoc intelligit reditũ de captiuitate, vel introitũ infideliũ ac gẽtium ad eccleſiam, Ba-
ruch.5. Ecce veniũt filij tui quos dimiſiſti diſperſos, veniũt collecti ab oriẽte vſq; ad occidẽtem in
verbo ſctõ gaudẽtes in honorẽ dei, Eſa.35. Ambulabũt q liberati fuerint, & redempti à dño, cõuer
tent & veniẽt in Sion cũ laude, & lætitia ſempiterna ſup capita eoꝝ, gaudiũ & lætitiã obtinebunt,
fugiet dolor & gemitus, ⌊& vſq; ad ciuitates munitas⌋ ſupple veniet populus tuus, inhabitandas,
quæ ſignificant munimẽta eccleſiæ in cuſtodia angeloꝝ & prælatoꝝ, circumſeptiõe præceptoꝝ,
& ſtatutoꝝ, & ſcripturaꝝ. Eſa.33. Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & clauſerit oculos
ſuos ne videat malum, iſte in excelſis habitabit munimẽta ſaxorum ſublimitas eius. Hiere. primo;
Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & columnam ferream, & in murum æneum ſu-
per omnem terram. Matth.5. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, ⌊& à ciuitati-
bus munitis⌋ ſupple veniẽtes inhabitabũt terram, ⌊vſq; ad flumen⌋ hoc eſt, vſq; ad Iordanẽ, in-
fra quod ſpaciũ manebãt nouẽ tribus & dimidia, vltra Iordanẽ aũt duæ tribus & dimidia, ita.ſ. ꝙ
tota terra populata ſit, quod fideliũ frequẽtiam ſignificat in eccleſia, ſicut & flumẽ fluẽta grãrum.
Eſaiæ.62. Nõ vocaberis vltra derelicta, & terra tua nõ vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis
volũtas mea in ea & terra tua inhabitabit. Hiere.31. Habitabũt in ea Iudas & oĩes ciuitates eius ſi
mul agricolæ & minãtes greges. De flumine dr̃ in Pſal.45. Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ dei
⌊& ad ma

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⌊& ad mare⌋ magnum.ſ.quod ad occidentem eſt,⌊de mari⌋.ſ.rubro quod ad orientem eſt,ſup
ple terra tota habitabit.Quæ duo maria duas amaritudines ſignificāt .ſ. in perſecutionibus ſeculi, D
& in luctu pœniæ,Pſal.71.Dñabit à mari vſqꝫ ad mare,& à flumine vſqꝫ ad terminos orbis terra-
rum,⌊ad montē de monte⌋ ſupple veniēt liberati,hoc eſt,de monte Mœdoꝝ & Perſaꝝ ad mō
tem Sion,Eſa.51.Reuertentur,& veniēt in Sion laudantes , & lætitia ſempiterna ſuper capita eo-
rum . Mons autē ſignificat eminētiam virtutū, per quam venitur ad eminētiam cōtemplationis.
Hiere.31.Benedicat tibi dñs pulchritudo iuſtitiæ,mons ſanctus,Canticoꝝ.2.Ecce iſte venit ſali-
ens in montibus,⌊& terra⌋ ſupple inimicoꝝ vel peccatoꝝ ⌊erit in deſolationem⌋ ſolitudinis.ſ.
⌊propter habitatores ſuos⌋ hoc eſt propter peccatū habitatoꝝ,Eſa.24.Interfecta eſt terra ab ha
bitatoribus ſuis.Et poſt pauca:Maledictio vorabit terram & peccabunt habitatores eius,⌊& pro
pter fructum⌋ hoc eſt opera,⌊cogitationum eoꝝ⌋ Prouer.1.Comedēt igit fructum viæ ſuæ,ſu
iſqꝫ cōſilijs ſaturabunt. ¶ ⌊Paſce populum tuum⌋ Tangit hic de modo cōgregandi populum
& educēdi de captiuitate,quæ Iudæi referūt ad tempus ſui Meſſiæ,& hoc fieri debet in aurea Hie-
ruſalem,ſed qa hæc fabula ē,de eccleſia eſt exponēdū. Et ſunt verba patris ad filiū cui dr̃ in ſe,& in
paſtoribus ſuis,⌊paſce populum tuum⌋ Pſalmo.22.Dominus regit me,& nihil mihi deerit,in lo
co paſcuę ibi me collocauit,Paſce autē verbo & exemplo,Pſal.94. Nos populus eius & oues pa-
ſcuę eius. Geneſis vltimo:Nolite timere,ego paſcam vos & paruulos veſtros,⌊in virga tua⌋ pa-
ſtorali.ſ.quæ rectitudinē vitæ & rectitudinē doctrinæ ſignificat,& cenſuram coertionis eccleſia-
ſticæ,Exod.4.Virgam quoqꝫ hāc ſume in manu tua,in qua facturus es ſigna . Iſtæ ſunt virgæ ad
quarum aſpectum concipiebant oues Iacob,Geneſis.30.⌊gregem hæreditatis tuæ,⌋ hoc eſt,cui
tu hæres,& qui tibi hæret ſicut hæreditas, Ezech.24.In paſcuis vberrimis paſcam eas & in mon E
tibus excelſis Iſrael,Eſa.19. Hæreditas mea Iſrael, Eccī.24 . In Iſrael hæreditare,& in electis meis
mitte radices,⌊habitantes ſolos⌋ greges.ſ.ſolos autem dicit,qa ſocietate bonorum paſtorum,qui
ſunt in angelis & in ſanctis,deſtituti erant, quemadmodum dicitur, Oſee.3.Sedebunt filij Iſrael,
ſine rege,ſine principe,ſine ſacrificio, Threnorum .3. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe
ſuper ſe,⌊in ſaltu⌋ hoc eſt,in ſylueſtribus quantum ad locum,& quantum ad mores, Secundi Re
gum decimooctauo:Multo plures erant,quos ſaltus conſumpſerat de populo,quàm quos vora-
Dodanim. uerat gladius in die illa,Eſaiæ.21.In ſaltu ad veſperam dormietis in ſemitis Dodanim. Et Doda-
nim paternalis interpretatur,& ſignificat eos q in ſemita primi patris dormiunt,qui initium prę-
uaricationis fuit.Et ſubdit de reſponſione filij ad patrem:⌊In medio Carmeli paſcētur⌋ Oues.ſ.
Carmelus. Carmelus ſcientia circumciſionis interpretatur. Vera autem circumciſio eſt, in qua omnis ſuper-
fluitas concupiſcentiæ præciditur,& illa eſt fides catholica,Romanorum ſecundo: Non enim qui
Quæ ſit ve- manifeſte Iudæus eſt,neqꝫ quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio, ſed qui in abſcondito Iudæ-
ra circum- us eſt , & circumciſio cordis in ſpū, non litera,cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt, ⌊Ba-
ciſio ſan⌋ hoc eſt,in Baſan paſcentur,& erat terra vltra Iordanem,vbi duæ tribus & dimidia habitabāt
Baſan & interpretatur confuſio,ſignificans eos qui confunduntur de peccatis ſuis , Eccī.4. Eſt confuſio
adducens gloriam,Hiere.31.Confuſus ſum & erubui,quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcētiæ
Galaad. meæ,⌊& Galaad⌋ quæ etiam eſt in terra trans Iordanem & trāſmigratio interpretatur. Et ſigni-
ficat exilium pręſentis incolatus,in quo ſancti paſcuntur,quaſi viatico,Ezech.34.In vijs paſcent,
Hebręorum.11.Confitētes quoniam peregrini & hoſpites ſunt ſup terram⌊iuxta dies antiquos⌋
hoc eſt,ſicut in diebus antiqs paſti ſunt. Et hoc eſt quod exponēdo ſubdit:⌊Secundū diem egreſ
ſionis tuæ de terra Aegypti,⌋ hoc eſt ,ſicut paui tunc eos pane angelorum, ita paſcam & melius.
Iohannis ſexto: Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto,& mortui ſunt, ſi qs manducaue F
rit ex hoc pane,viuet in æternum.Et ibidem:Hic eſt panis de cœlo deſcendens,vt ſi quis mandu-
cauerit ex eo,non moriatur,Sapiæ decimoſexto:Angeloꝝ eſca nutriuiſti populum tuum,⌊oſtē-
dam ei mirabilia⌋ myſteria.ſ.noui teſtamenti & meipſum,q mirabilis ſum, Iob nono: Qui facit
magna & incomprehenſibilia & mirabilia quorum non eſt numerus. ¶ ⌊Videbunt gentes⌋
Hic tangitur de cōfuſione hoſtium.⌊Videbunt gētes⌋ quæ prius.ſ.te afflixerūt,⌊& cōfundent⌋
peccaſſe ſe cognoſcētes,Pſal.128.Confundant & cōuertantur retrorſum omnes q oderunt Sion,
⌊ſub omni fortitudine ſua⌋ qua.ſ.Iſrael & ſanctos antea vaſtauerunt & oppreſſerūt . Ad hoc eñ
fortitudine & nō iuſtitia vtebātur,Sapiæ.2.Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ,Iob vltimo:Qui ma-
le locutus ſum,reſpondere qd poſſum? Et hoc eſt quod ſeqtur,⌊ponēt manum ſuper os⌋ hoc eſt
mala opa quę manibus exercuerūt,opilabunt eis os.1.Re.2.Impij in tenebris cōticeſcēt,Pſal.106
Oīs iniqtas oppilabit os ſuū,⌊aures eoꝝ ſurdę erūt,⌋ quę.ſ.prius erāt patulę ad audiēdum id,qd
fuit cōtra deū & ſanctos,modo ad hoc ſurdę erūt,nihil eñ cōtra dñm & ſanctos audiēt,Pſal.57.Si
cut aſpidis ſurdę & obturātis aures ſuas,quę nō exaudiēt vocē incātantiū & venefici incantātis ſa-
piēter,⌊lingēt puluerē ſicut ſerpētes⌋ hoc eſt,ad modū lingentiū puluerem ſe habebūt iacētes añ
pedes veſtros & veniā à vobis quęrētes.Quędā tñ gloſſa dicit,ꝙ lingēt puluerē,hoc eſt,terrena &
mollia anteq̄ notitiā dei accipiāt. Geneſis .3. Dictum eſt ſerpēti,terrā comedes, & ſup pectus tuū
gradieris,Hoc eñ nō facit in ſe,ſed in mēbris ſuis,Eſaię ſexageſimoqrto:Serpēti puluis panis eius,
⌊velut

⌊Velut reptilia terræ⌋ hoc ē, quę repũt ꝓ terrenis acqrēdis ⌊ꝑturbabunt de ædibus ſuis⌋ hoc ē, ſi
A cut reptilia facto ſonitu exeunt, de ædibus, ita iſti turbati ad pœniam egredient de occultis latibu
lis ad confeſſionē, & manifeſtabũt ſe, vt dignã accipiãt pœniam, Sapiæ. 5. Vidētes aũt, turbabunt
timore horribili, & mirabunt à ſubitatiōe inſpiratæ ſalutis, ⌊dñm deum veſtrũ⌋ q nõ adhuc eoꝝ
deus, eo ꝙ adhuc nõ noſcũt eũ ⌊nõ deſiderabũt⌋ ita habet cõis lr̃a, ſed trãſlatio Hieronymi habet
dñm deũ noſtrũ formidabũt. Septuaginta, ſup dño deo noſtro formidabũt. Et tũc ſenſus eſt ꝙ vi
dentes deũ eſſe in ſanctis formidare incipiēt ſicut Aegyptij, Exo. 14. Fugiamus Iſrael, dñs eñi pro
eis pugnat cõtra nos. Si aũt eſt lr̃a, nõ deſiderabũt, tũc ſenſus eſt, ꝙ in iudicio timētes iudicem nõ
deſiderabũt eum videre, ſed dicēt illud Lucę. 23. Dicēt montibus, cadite ſup nos: & collibus, ope-
rite nos, ⌊& timebũt te⌋ timore. ſ. reuerētiali videntes deũ eſſe in te. ¶ ⌊Quis deus ſimilis tui⌋
Ex prædictis de cõuerſione gentiũ os laxat ad loquēdum in grãrum actionē, & agit grates de mi
ſericordia & veritate, de miſericordia in remiſſione peccatoꝝ, de veritate in impletione promiſſio
num. ⌊Quis deus ſimilis tui⌋ ſupple ē in miſericordia & veritate, Pſal. 112. Quis ſicut dñs deus no
ſter, Hiere. 10. Non eſt ſimilis tui dñe, magnus tu & magnũ nomē tuũ in fortitudine, Exo. 15. Quis
ſimilis tui in fortibus dñe, magnificus in ſanctitate, ⌊qui aufers iniquitatem⌋ per hoc eñi ꝙ punis
indulges & nõ punis ad interitũ, Iudith. 8. Et nos ergo nõ vlciſcamur nos pro his quæ patimur, ſed
reputãtes peccatis noſtris, hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella dñi quaſi ſerui, q corripimur ad
emendationem, & nõ ad perditionē noſtram, eueniſſe credamus, ⌊& transfers⌋ ſupple diſſimulã-
do & nõ imputãdo ſicut exterminator tranſiuit domos filioꝝ Iſrael, Exod. 12. ⌊peccatũ reliquia-
rum hæreditatis tuæ⌋ hoc eſt, eoꝝ qui relicti ſunt ex hæreditate tua, quos. ſ. peſtis, fames, & gla-

Deus corripit peccatores vt emendet.

B dius ſuperſtites reliquit, in ſemē futuræ multiplicationis, Pſal. 31. Beatus vir cui nõ imputauit dñs
peccatũ, Sapiæ. 11. Diſſimulas pctã hominũ propter pęniam. Ex hoc aũt confidens infert: ⌊nõ im
mittet vltra⌋ ſupple ſuper nos ⌊furorē ſuum⌋ puniēdo. ſ. æternaliter, Oſee vltimo: Diligam eos
ſpontane, qm̃ auerſus eſt furor meus ab eis, ⌊qm̃ volens miſericordiã eſt⌋ Oſee. 6. & Matthæi. 9.
Miſericordiã volo & nõ ſacrificiũ, Sapiæ. 11. Miſereris oĩm & nihil odiſti eoꝝ quæ feciſti, ⌊reuer
tetur⌋ Hieronymus, ab ira ad clemētiam, quæ eſt domus eius, à qua per pctm̃ eijcit, ad eã per pœ
nitētiam reducit, Nume. 6. & in Pſalmo. 131. Surge dñe in requiem tuã. Requieſcit eñi dñs in cle-
mētia, & in miſericordia, ⌊& miſerebit noſtri⌋ Hiere. 31. Conturbata ſunt viſcera mea ſup eum,
miſerans miſerebor eius. Threnoꝝ. 3. Miſericordia dñi ꝙ non ſumus cõſumpti, qa non defecerũt
miſerationes eius. Qualiter aũt hoc fiat, ſubdit: ⌊Deponet⌋ ſupple à collo noſtro ⌊iniqtates no
ſtras⌋ quæ. ſ. nos deprimebãt, ſicut onus graue, Eſaiæ. 58. Diſſolue colligationes impietatis, ſolue
faſciculos deprimētes ⌊& ꝓijciet in ꝓfundũ maris⌋ hoc ē, in amaritudinē pœniæ cõuertet, Pſal.
67. Dixit dñs ex Baſan cõuertã, cõuertã in ꝓfundũ maris, hoc ē, ex cõfuſiōe peccati (q̃d interp̃tat
Baſan) in profundũ pœniæ, ⌊oĩa pctã noſtra⌋ nõ quædã, quia ſicut dicit Ambroſius, impium
eſt à deo dimidiã ſperare veniã, Exo. 14. Aquę operuerũt currus & eqtes cũcti exercitus Pharao
nis q ſequētes ingreſſi fuerãt mare, & nec vnus qdē ſupfuit ex eis. Et ſubdit de veritate ꝓmiſſionũ,
⌊dabis veritatē Iacob⌋ hoc ē, oēm promiſſionē quã p̃ribus feciſti veraciter adimplebis. 4. Re. 10.

Peccata ſimul omnia remittũtur

Videte q̃d ex oĩbus ſermonibus dñi nõ cecidit in terrã, Eccl. 36. Da mercedē tuã dñe ſuſtintibus te
vt ꝓphetæ tui fideles inueniant. Ro. 3. Eſt aũt deus verax, oĩs aũt homo mēdax, Pſal. 50. Iuſtifice
ris in ſermonibus tuis, ⌊miſericordiã Abrahã⌋ ſupple dabis Abrahæ. ſ. ꝓmiſſam, Luc. 1. Recorda
tus eſt miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad p̃res nr̃os, Abrahã & ſemini eius ſecula, ⌊quę iuraſti
C patribus noſtris⌋ hoc ē, firmiter dare ſtatuiſti. Hieronymus q̃d. ſ. de multitudine hoĩm alios ſal-
uas in veritate, alios in miſericordia, Hebræoꝝ. 6. Conſilij ſui interpoſuit iuſiurandum, vt per du-
as immobiles res, quibus impoſſibile eſt mentiri deum firmiſſimum habeamus ſolatium, ⌊à die-
bus antiquis⌋ hoc eſt, ab æterno per prædeſtinationem & à principio mundi per promiſſionem,
Eſa. 52. Conſurge ſicut in diebus antiquis in generationibus ſeculorum.

## DIVI ALBERTI MAGNI EPISCOPI RATISPO-nenſis, in Naum prophetam, Enarratio.

### ¶ Prologi D. Hieronymi in Naum prophetam, explicatio.

NAVM Prophetam⌋ In prologo iſto Hieronymus determinat tēpus
prophetiæ, & duplicem ſuſcepti operis cauſam: ⌊Naum prophetam⌋
Non prophetæ filium, Sapiæ. 7. Per nationes in animas ſanctas ſe tranſ-
fert amicos dei, & prophetas cõſtituit ⌊ante aduētum regis Aſſyrioꝝ⌋
Non primum. ſ. quãdo decē tribus tranſtulit, ſed ſecũdo, quãdo Hieru-
ſalem obſedit. Eſa. 36. 4. Regum. 19. ⌊qui⌋. ſ. rex Aſſyriorum ⌊popu-
lum Iſrael⌋ hoc eſt, decē tribus, ⌊captiuum in ſuas regiones trãſtulerat⌋
4. Reg. 18. ⌊fuiſſe Hebræoꝝ traditio cõfirmat⌋ & hoc probat, ſubdēs:
⌊ſiquidē⌋ hoc ē certe, ⌊in fine huius lectiōis⌋ hoc ē, ꝓphetiæ. 3. ca. infra
⌊p̃dicti regis aduētũ⌋ hoc ē, Aſſyrioꝝ in Iudæã ⌊idē propheta⌋ hoc ē,
Naum,

Naum ⌊annunciare monſtratur,⌋ Nec annunciare potuit, ſi tunc non fuit, & ideo oportuit eum
fuiſſe ante aduentum ipſius, & hoc dupliciter eſſe potuit. ſ. quod fuerit ſeptimo anno Oſee (vt qui D
dam dicunt, & quarto anno Ezechiæ, ſed non prophetauerit, & tunc intelligiť fuiſſe ante primum
aduētum Aſſyriorum, vel quòd fuerit decimoquarto anno Ezechiæ, & ꝙ prophetauerit & tunc in-
telligiť fuiſſe ante ſecundum aduētum Aſſyriorum. Et ſubiungit de cauſa ſuſcepti operis. ⌊Sed cum
habitatores Niniue⌋ quæ fuit metropolis Aſſyriorum, ⌊Iona⌋ propheta. ſ. ⌊interitum ciuitatis
prædicente⌋ Ionæ.3. Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuerteť, ⌊ne⌋ ipſi. ſ. habitatores ⌊diui
na ira denuntiatum interitum⌋ per Ionam. ſ. ⌊ſuſtinerent⌋ in effectu ſicut denuntiatus fuit, ⌊pec
catorum & impietatis pœnĩam egiſſent⌋ ſicut diciť Ionæ.3. ⌊accepta dei miſericordia⌋ in ſalua-
tione. ſ. ciuitatis, Hiere.18. Si pœniam egerit gens illa à malo ſuo, propter quod locutus ſum aduer
ſus eam, agam & ego pœnitentiam, ſuper malo quod cogitaui facere ei, ⌊grauioribus ſe crimini
bus implicuerũt⌋.2.Pe.2. Facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus, ⌊qua de cauſa⌋ hoc eſt,
propter quam cauſam ⌊memoratus propheta⌋ Naum. ſ. ⌊ſpũſancto plenus⌋ quãtum ad inſpi-
rationem propheticam.2.Pe.1. Spũ ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti dei hoĩes, ⌊iudicium dei⌋
hoc eſt condemnationem dei ⌊annuntians⌋ in eos. ſ. q relapſi ſunt in peccatum ⌊ita eſt locutus⌋
in principio. ſ. prophetiæ ⌊deus zelans & vlciſcẽs dñs⌋ hoc eſt, ex zelo vlciſcens, Exo.20.&.34.
Ego ſum deus zelotes, vindicans peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.
⌊Iam eñ⌋ Naum. ſ. prophetante ⌊decem tribus ab Aſſyrijs ductæ fuerãt in captiuitatẽ⌋ Oſee. ſ.
anno ſeptimo & Ezechiæ quarto, ſicut diciť.2.Para.30. ⌊ſub Ezechia rege Iuda⌋ hoc eſt, regnã-
te Ezechia ⌊ſub quo⌋. ſ. Ezechia ⌊etiam nunc in conſolationem populi tranſmigrati⌋ hoc eſt, de
cem tribuum captiuatarum, ⌊aduerſus Niniuen⌋ quæ fuit metropolis captiuãtium ⌊viſio⌋ hoc
eſt, certa reuelatio cerniť à Naum. ſ. propheta, Amos.3. Non faciet dominus verbum, niſi reue- E
lauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Quod autem fuerit conſolatio, probat, ſubdens:
⌊Nec erat parua conſolatio,⌋. ſ. prophetia de deſtructione Aſſyriorum, ⌊cum his qui iam Aſſy-
rijs ſeruiebant⌋ hoc eſt, decem tribubus captiuatis, ⌊quam reliquis⌋ duabus. ſ. tribubus non capti
uatis, ⌊qui ſub Ezechia rege⌋ bono. ſ. ⌊de tribu Iuda & Bẽiamin⌋ ſuper quas ipſe regnauit, ⌊ab
eiſdẽ hoſtibus⌋ hoc ẽ, ab Aſſyrijs ⌊obſidebanť⌋ in Hieruſalem. ſ. quando Sennacherib obſedit eã
⌊vt audirent⌋ per prophetam, ⌊Aſſyrios quoq;⌋ ſe. ſ. affligentes, ⌊à Chaldęis eſſe capiendos,⌋
qa decẽ tribus ꝑ hoc iugũ ſeruitutis ſperabant mitiãgdum, & duæ tribus ſeſe ab obſidione liberan
dos, ⌊ſicut in conſequentibus libri huius⌋.3. capitulo. ſ. infra ⌊demonſtrabitur⌋

## ¶IN CAPITVLVM PRIMVM NAVM PROPHETÆ, Enarratio.



NVS Niniue,⌋ Materia literalis huius prophetiæ, interfectio eſt re-
gis Aſſyriorum, & translatio regni in regnum Chaldæorum. Spũalis
autem eiectio principis mundi à poteſtate, & finali mundi condemna-
tione. Diuidiť autem in titulum & in tractatum. ⌊Onus Niniue⌋ hoc ẽ
materia huius prophetiæ eſt onus, hoc eſt, tribulatio opprimens Nini-
uen metropolim Aſſyriorum, Pſalm.37. Sicut onus graue grauatæ ſunt
Niniue ſuper me. Eſa.58. Omne onus diſrumpe. Niniue ſpecioſa interpretať.
Mundus eñ in græco Coſmos diciť, quod latine ſonat ornatum, à quo F
etiam latine mundus diciť, quia de mundiſſimo exiuit exemplari, Boeti
us in conſolatione philoſophiæ, mundum mente gerens pulchrum pul
cherrimus ipſe. Mundi autem oppreſſio finalis hic deſcribiť. Et ſubdit dæmon: ⌊liber viſionis⌋
liber dicit propter perpetuitatem memoriæ, viſionis propter certitudinem reuelationis, qa quod
videť, certum eſt, Apocalypſis.1. Quod vides ſcribe in libro. In hoc ergo notať modus. Et ſubdit
de authore, quem ex nomine deſcribit & patria ⌊Naum⌋ q conſolator interpretať, in quo notať
Naum finis, qa ad conſolationem ſuæ gentis prophetat, Eſa.40. Conſolamini conſolamini popule meꝰ
Eſa.51. Cõſolabiť domus Sion, & cõſolabiť omnes ruinas eius ⌊Helcheſei⌋ q eſt qdam vicus Ga
Helcheſęus lilææ, de quo Propheta iſte ortus fuit. Nec Helcheſęus fuit pater Prophetæ (vt qdam errantes di-
xerunt) & interpretať aduocatus, innuens quòd iſte propheta pro populo ſuo aduocat apud de-
um.1.Iohan.2. Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. Sic ergo ſcitur mate-
ria, modus, author & finis prophetiæ. ¶ ⌊Deus æmulator⌋ Aemulator diciť amator cum indi
gnatione contrarij vel conſortis, ſicut deus diligit homines indignans peccatis & hoſtibus, & non
volens habere conſortem in amato, 2. ad Corinth.11. Aemulor vos dei æmulatione. 1. ad Corin-
thios.12. Aemulamini chariſmata meliora. Iohan.2. & in Pſaľ.68. Zelus domus tuæ comedit me.
Z.lus Zelus eſt quo deus zelando diligit homines, propter hoc zelus q cum indignatiõe de peccatis eſt
à ſanctis comedať. Numer.25. Phinees filius Eleazari, filij Aaron ſacerdotis, auertit iram meam à
filijs Iſrael, qa zelo meo commotus eſt contra eos. 1. Machabæorum.2. Zelauit legẽ ſicut fecit Phi-
nees. Inde eſt quòd diciť, Lucæ.6. Symon zelotes in commendationem ſui, ⌊& vlciſcens dñs⌋ in
eos. ſ. q

A eos.ſ.qui impœnitentes permanent,cum em̃ ſit bonus & iuſtus , per bonitatẽ æmulatur bonos,
& per iuſtitiam vindicat in malos,Deut.18.Ego in tempore vltor exiſtam,Pſal.93.Deus vltionũ
dominus.Diuiditur em̃ hæc prophetia in duas partes , in quaꝝ prima terrorem deſcribit iudicis
in deſtructione Sennacherib regis Aſſyrioꝝ,ſecundo tranſlationem regni Aſſyrioꝝ in regnum
Chaldæoꝝ prophetat,infra.2.ibi,Aſcendet qui diſpergat coram te.Prima in duas . Primo em̃
deſcribit terrorem iudicis in contritione regis . Secundo lætitiam populi liberati,ibi, Ecce ſuper
montes.Prior adhuc in duas.Primo em̃ deſcribitur terror iudicis.Secundo quibus eſt terribilis
& qua de cauſa,ibi,Quid cogitatis contra dñm.In prima tria ſunt. Deſcribit em̃ primo terrorẽ
iudicis in ſe.Secundo in creaturis,ibi,Increpans mare. Tertio concludit ꝙ nihil ei reſiſtit in hu-
manis,ibi,Ante faciem indignationis eius.In prima quatuor ſunt,qualis.ſ.eſt in habitu, & hoc iã
habitum eſt,qualis in actu,qualis in ſigno.In actu dupliciter,iræ.ſ.& fortitudinis. ⌊Vlciſcẽs do
minus,⌋hoc eſt,vindicans in peccatores,Hiere.5.Nunquid ſuper his non viſitabo , dicit dñs, &
in gente huiuſcemodi nõ vlciſcetur anima mea? Hoc idẽ eodẽ cap.dicitur infra, Simile Hiere.9
Iohe.3.Cito velociter viciſſitudinem reddam vobis ſuper caput veſtrũ, ⌊& habens furorem,⌋
hoc eſt cõceptam & feruentem in peccatores iram,Deut.32.Ignis ſucceſus eſt in furore meo,
⌊vlciſcẽs dominus in hoſtes ſuos,⌋hoſtes ſuos reputat hoſtes ſanctoꝝ,Zach.1.Ira magna ego
iraſcar ſuper gentes opulentas,Eſa.1.Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis & vindicabor de
inimicis meis,⌊& iraſcens ipſe inimicis ſuis,⌋hoc eſt,pœnam immittens eis,Pſal.77.Ira in indi-
gnatione eius.Inimicos aũt intelligit,inimicitias obſeruantes,Ecci.36. Etolle aduerſarium & affli
ge inimicum.Et attende quod dixit vlciſcens.Vlciſcitur enim fame,peſte & gladio,Ezech.5.&
B æternaliter,ſimiliter,fame in deſtitutione omnis boni:peſte,in conſcientiæ corruptione & corro
ſione:gladio,in dæmonũ punitione,per ignem,Ecci.10.Cum moritur homo,hæreditabit ſerpẽ
tes & beſtias & vermes.Et ſubdit qualis ſit in actu diſcretionis puniendoꝝ.⌊Dñs patiens,⌋ hoc
eſt,æquanimis in iudicio,ex commotione nihil faciens,ſed totum ex ratione,Sap.12. Tu autẽ do
minator virtutis cum tranquillitate iudicas & cum magna reuerentia diſponis nos,Ecci.5.Altiſſi
mus eſt patiens redditor.Auguſtinus in regula,An ideo putandus eſt nõ videre , quia tanto vi-
det patientius,quãto ſapientius,⌊& magnus fortitudine,⌋cui.ſ.nihil reſiſtat,Exo.15. Quis ſimi-
lis tibi in fortibus domine? Hiere.10. Magnus tu & magnum nomen tuum in fortitudine, ⌊&
mundans,⌋percutiẽs em̃ ſemper intendit emundare à pc̃tõ,vel ordinare pc̃m̃, ſi pc̃tor munda
ri non poterit,Eſa.27.Iſte eſt omnis fructus,vt auferat iniquitas.Et ideo flagellat vt pater , etiã
eos qui in inferno ſunt,in quibus ordinat pc̃m̃.Vnde diuitem damnatum,Luc.16.filium voca-
uit,& ſic ad minus mundat à peccati inordinatione,Heb.12. Quis filius quem non corripit pa-
ter? Pſal.93. Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis , qui fingis laborem in p̃cepto ? quaſi dicat,
non.Ad hoc em̃ fingis in p̃cepto laborem, vt per laborem ſedem euertas iniquitatis . Et qualis
ſit in diſcretione iudicandoꝝ,ſubdit,⌊non faciet innocentem,⌋ hoc eſt,per acceptionẽ perſonę
nõ relinquet aliq̃d quaſi innocentem q peccauit,Actoꝝ.10.In veritate cõperi,q̃a nõ eſt ꝑſonaꝝ
acceptor deus.Nullus em̃ innocẽs eſt apud deũ,Roma.3.Omnes peccauerũt & egent gratia dei.
Vnde quẽ deus innocẽtem ꝑ grãm nõ facit,innocẽs nõ eſt.1.Ioh.1. Si dixerimus q̃a pc̃m̃ non
habemus,noſipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt,Hiere.25. Nõ eris innocẽs. Et ibidem: Secluſa dei gr̃a,nulla ẽ homis innocentia.
C Nõ eritis immunes.Vnde nõ tranſit aliquem peccatorẽ quẽ nõ percutiat. Et oſtẽdit ſignũ terro
ris,⌊Dñs in tẽpeſtate⌋ ſupple veniet,Tempeſtatẽ vocat cõmotionẽ elementoꝝ & exercituũ
iudicantium hoſtes,ſicut ꝑ multa deſcribit,Pſal.49.In circuitu eius tẽpeſtas valida, Sap.5.Acci-
piet armaturã zelus illius & armabit creaturã ad vltionẽ inimicoꝝ,⌊& in turbine viæ eius,⌋ tur
bo ventus eſt de nube egrediens,& motu inuolutionis cõuoluens & eradicãs,& ſignificat exer-
citum angeloꝝ,dæmonũ & hominũ,vndiq; hoſtes inuoluentem & eradicantẽ.Propter hoc Io
helis.2.dicitur:Dies iudicij dñi,dies nubis & turbinis,⌊& nebulæ puluis pedũ eius,⌋quia exercitu
veniente tantus fuit ſtrepitus,ꝙ puluis eleuatus nebula videbat̃.Propter hoc ,Sopho.1.dies iudi-
cij dicitur dies nebulæ & turbinis,Eſa.28.Ecce validus & fortis dñs, ſicut impetus grandinis &
turbo cõfringens.Et ſubdit de terrore in creaturis,⌊Increpans mare⌋ſicut fecit Exo.14.Pſal.135
Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſiones.Hoc aũt mare & mundũ & multitudinẽ maloꝝ ſignificat,
quos deus increpat,ne tantũ perſequi poſſint quantũ vellent , Pſal. Increpauit mare rubrum &
exiccatum eſt,Eſa.51. Nunquid tu nõ ſiccaſti mare,aquam abyſſi vehemẽtis.Et hoc eſt quod ſe
quitur,⌊& exiccans illud,⌋ne.ſ.bonos ſubmergere poſſit,Iob.38.Quis cõcluſit oſtijs mare,quã-
do erumpebat quaſi de vulua procedens,poſui terminos eius & vectes,& dixi , huc vſq; venies,
& non procedes amplius,& hic confringes tumẽtes fluctus tuos, ⌊& oĩa flumina ad deſertum
adducens,⌋Hoc literaliter factũ eſt,Ioſue.3. In Iordane,qui ſiccatus eſt in tranſitu filioꝝ Iſrael,
flumina tamẽ ſignificant fluxus vitioꝝ & particulares exercitus maloꝝ ſub vno magno exerci
tu Aſſyrioꝝ vel dæmonum,quaſi ſub mari concurrentium, quæ omnia dñs ad deſertum addu-
cit,Eſa.11.Deſolabit dñs linguam maris Aegypti & leuabit manũ ſuũ ſuꝑ flumen in fortitudine
ſpũs ſui,& percutiet eũ in ſeptẽ riuis,ita vt trãſeam ꝑ eum calciati,Eſa.43.Cum trãſieris ꝑ aquas

tecum ero & flumina nõ operient te,⌊Infirmatus eſt Baſan,⌋Hoc oſtendit Nume.35. vbi Og D
rex Baſan virtute dñi cõtritus eſt, qui fuit de ſemine giganteo. Hoc etiam in Pſal.135.dicitur,ꝙ
Baſan
percuſſit Og regẽ Baſan & oĩa regna Chanaan. Baſan etiam interpretat̃ confuſio, & ſignificat
p̄ctm̃ cõfuſione dignũ,vt dicit Hieroñ.q̃d ſtare nõ poteſt in iudicio dñi,Eſa.54. Omne vas q̃d
fictum eſt cõtra te,nõ diriget,& omnẽ linguã reſiſtentem tibi in iudicio iudicabis,⌊& Carme-
lus,⌋ſupple infirmatus eſt,Hiſtorialiter, Carmelus mons Phœnicis eſt paſcuoſus mirabiliter,
in quo Nabal oues paſcebant.1.Reg.25.quam Iebuſæi cõtra virtutem dñi retinere nõ potuerunt
Carmelus,
in ingreſſu filioꝝ Iſrael,Interpretatur aũt ſcientia circuncisionis,& ſignificat eos qui per ſapien-
tiam & aſtutiam alios circuncidere & p̄cidere cupiunt,q̨ infirmi ſunt cõtra ſapientiã dñi,Iob.5.
Qui apprehendit ſapientes in aſtutia ſua,& conſilium prauoꝝ diſſipat.1.ad Corin.2.& Abdię,1
Perdã ſapientiã ſapientium,& prudentiam prudẽtium reprobabo, ⌊& flos Lybani elanguit,⌋
ſenſus eſt,Lybanus q̨ flos montium eſt, altiſſimis cedris & redolentia thuris ſic elanguit,ꝙ in
Lybanus
introitu filioꝝ Iſrael à ſuis poſſeſſoribus defendi nõ potuit contra virtutem dñi, Interpretat̃ au-
tem candidatio,& hypocritas ſignificat,qui languidi erunt in iudicio domini,Eſa.2. Dies domi
ni ſup omnes cedros Lybani ſublimes & erectas,Iob.8. Viæ oĩm qui obliuiſcuntur deũ & ſpes
hypocritæ peribit,⌊montes cõmoti ſunt ab eo,⌋hoc eſt,ſuperiores principatus,⌊& colles deſo
lati ſunt,⌋inferiores fortitudines,Eſa.2.Dies dñi ſuper omnes montes excelſos & oẽs colles ele-
uatos,Iob.26.Columnæ cœli cõtremiſcunt & pauent ad nutum eius.1.ad Corint.15.Cum eua-
cuauerit omnẽ principatum,& omnẽ poteſtatem,⌊& cõtremuit terra à facie eius,⌋terra dicit̃ ꝑ
methonomiam cõmuniter habitãtes in terra,ſicut qui habitabãt ſub regno Aſſyrioꝝ,vel qui ha
bitabãt in toto mundo,Pſal.75.Terra tremuit & quieuit dũ exurgeret in iudicio deus, ⌊& or-
bis⌋ſupple tremuit,⌊& omnes q̨ habitant in eo,⌋orbẽ literaliter vocat monarchiam Aſſyrio-
rum,ſpũaliter aũt circuitum maloꝝ, Pſal.11.In circuitu impij ambulant, Eſa.13.Viſitabo ſuper E
orbis mala,& contra impios iniquitatẽ eorũ, Ex his concludit,ꝙ mali nõ reſiſtẽt, ſed boni ſecu
ri erunt, ⌊Ante faciem,⌋ hoc eſt ante præſentiam, ⌊indignationis eis quis ſtabit?⌋hoc eſt ſta-
re poterit,Gloſſa,deo corripiente vel rarus vel nullus erit q̨ nõ paueat ad iudiciũ dñi, cũ aſtra q̃-
Iudiciũ dei erit cunctis formidabile.
q; nõ ſint munda in cõſpectu eius,Iob.4.Ecce q̨ ſeruiunt ei nõ ſunt ſtabiles & in angelis ſuis re-
perit prauitatẽ,Malach.3.Quis ſtabit ad videndũ eum? Et q̃d dixit,ſubdit exponẽs,⌊& quis reſi
ſtet in ira furoris eius?⌋Iob.9.Deus cuius reſiſtere iræ nemo poteſt,Hierem̃.49.Quis em̃ ſimilis
mei,& quis ſuſtinebit me? Et ſubiungit cauſam,& ſuppletur quia, ⌊indignatio eius effuſa eſt vt
ignis,⌋Threñ.2.Effudit quaſi ignem indignationẽ ſuam. Effuſio notat ꝙ longe lateq; ſenten-
tia iudicij diuini p̄ctõres comprehẽdet,⌊& petræ diſſolutæ ſunt ab eo,⌋domino.ſ. iudicãte vel
igne diſſolutæ,hoc eſt ſciſſæ,ſicut in paſſione domini,Matth.27,Eſa.64. A facie tua montes de-
fluent ſicut exuſtio ignis cõtabeſcerent.3.Reg.19. Ecce dominus tranſit & ſpũs grandis & fortis
ſubuertens montes & cõterens petras ante dominũ.Quod aũt ſecuri ſint boni, ſubdit, ⌊Bonus
dominus,⌋in ſubſtãtia & effectu,Luc.18.Nemo bonus niſi ſolus deus,Pſal.118.Bonus es tu & in
bonitate tua doce me iuſtificatiões tuas,⌊& cõfortans in die tribulationis⌋,Ioſue.1.Cõfortare&
eſto robuſtus.Neceſſaria eſt em̃ cõfortatio in die tribulationis,Danie. 8. Loquere quia conforta
ſti me,Eſa.35.Cõfortate manus diſſolutas,& genua debilia roborate,Ecci,34. Protector poten- F
tiæ firmamẽtum virtutis,tegimẽ ardoris & vmbraculi meridiani,⌊& ſciens,⌋hoc eſt ꝑ benepla
citum cognoſcens,⌊ſperãtes in ſe,⌋2.ad Timoth.2. Firmũ fundamẽtum dei ſtat habẽs ſignacu
lum hoc,nouit dominus qui ſunt eius,Iohã.10.Cognoſco meas,& cognoſcũt me meæ. Exo.33
Inueniſti gratiam corã me & teipſum noui ex nomine.Nouit aũt vt diſtinguat à pœnis impio-
rum.2.Pet.2.Nouit dominus pios de tentatione eripere,impios aũt cruciandos in iudiciũ reſer-
uare.Et hoc eſt quod ſequit̃,⌊& in diluuio prætereunte,⌋diluuiũ vocat generalem tribulationẽ,
qua rex Aſſyriorum afflixit omnes gentes.Hoc dicit præteriẽs quia & ſi tãgeret Iudęos ſiue ſan
ctos,tamen nõ conſumpſit,Eſa.8.Tranſiuit per Iudam ,inundãs & tranſiens vſq; ad collum ve
niet.Similiter etiam tribulatio diaboli tangit,ſed nõ inuoluit ſanctos,Pſal.31.Veruntamẽ in dilu-
uio aquarum multaꝝ ad eum nõ approximabunt. Propter quod quidam comparãtes ſe ſan-
Tentatio ſanctos tãgit, ſed nõ inuoluit
ctis,Eſa.28.Dicunt,flagellum inundãs cum tranſierit,nõ veniet ſuper nos.1.ad Corin.10.Fide-
lis deus qui nõ patietur vos tentari ſuper id quod poteſtis.⌊Cõſummationem faciet loci eius,⌋
regis.ſ.Aſſyriorum vel diaboli,cõſummationem aũt dicit cõſumptionem,ſicut panis,dicitur cõ-
ſummatus quãdo cõſumptus eſt,vt dicit Auguſt.Et eſt ſenſus, In tribulatione quam infert alijs
ita cõſumet eum quod locus eius de cætero nõ inuenietur,Eſa.30. Erit tranſitus virgæ fundatus
quam dominus faciet requieſcere ſuper eum,Fundatum dicit immobilitatem vt vlterius tranſire
nõ poſſit,requieſcere aũt dicit ſuper eum,q̨a pœna quam intulit alijs,tota ſimul coadunata ma-
nebit ſuper eum in æternum,Apoca.12.dicitur de dracone perſequente eccleſiam & ſocijs eius.
Non valuerũt neq; locus eoꝝ inuẽtus eſt amplius in cœlo,hoc eſt in eccleſia,Pſal.36.Vidi impiũ
ſuperexaltatũ & eleuatũ ſicut cedros Lybani,& tranſiui & ecce nõ erat,quęſiui & nõ eſt inuẽtus
locus eius,⌊& inimicos eius,⌋dei.ſ.& ſanctoꝝ,⌊perſequentur tenebræ,⌋& huius cauſa eſt,vt di
cit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A cit Gloſſa)quia tenebras elegerunt & dilexerunt,Iob.24.Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt
vias eius,neq; reuerſi ſunt per ſemitas eius,Iohan.9 .Ego lux in mundū veni,& dilexerunt ho-
mines magis tenebras ꝗ̄ lucē.Illæ autem tenebræ,ſunt tenebræ exteriores in loco damnatorum
exiſtentes,Matth.25.Proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.
¶⌊Quid cogitatis,⌋In parte iſta terrorem deſcribit iudicij in iudicatis ſiue damnatis. Et habet
partes duas.Primo em̄ oſtendit iudicium in deſtructione exercitus. Secundo in interfectione re
gis,ibi,De domo dei tui.Prima adhuc habet duo.ſ.exercitus deſtructionem & obſeſſoꝝ conſo-
lationem,ibi,Afflixi te.In prima adhuc duo ſunt.Primo em̄ dicit iudicium. Secūdo defenſionis
aufert ꝓſumptionē,ibi, Hæc dicit dn̄s.In prima quatuor ſunt.Primo em̄ ponit inuectionem. Se
cundo ſpei de ſubiuganda ciuitate fruſtrationem . Tertio cōbuſtionis ſimilitudinem, & quarto
cauſam meritoriam.⌊Quid cogitatis cōtra dominum?⌋blaſphemias.ſ.& ſubiugationem ſuo-
rum? Eſa.1.Auferte malum cogitationū veſtrarum ab oculis meis,Mat.9. Vt quid cogitatis ma
la in cordibus veſtris? Et eſt ſenſus,cogitare nihil valebit vobis,Eſa.8.Inite conſilium & diſſipa
bitur,loquimini verbum & nō fiet,quia nobiſcum deus,⌊cōſummatinonē ipſe⌋.ſ.dn̄s ⌊faciet⌋
hoc eſt cōſumptionē exercitus regis Aſſyrioꝝ,Eſa.10. Conſummationē & abbreuiationē domi
nus ipſe faciet in medio omnis terræ. Sub vnius em̄ noctis articulo omnes interfecti ſunt & in-
cinerati,ſicut vna nocte Aegyptioꝝ primogenita percuſſa ſunt,Exo.12.Et ſub vna nocte Aegy
ptij ſubmerſi ſunt,Exo.14.Et ſicut ſub vna nocte reſurrectionis dn̄icæ diabolus &eius exercitus
B deletus eſt amiſſa poteſtate,Eſa.16.Finitus eſt puluis,cōſummatus eſt miſer, defecit qui concul-
cabat terram.Et ſubdit de ſpei fruſtratione,⌊Non cōſurget duplex tribulatio,⌋ hoc eſt,primā
tribulationē permiſi in captiuitate decem tribuū,ſecūdam nō addam vt duas tribus captiuari ꝑ
mittā. Quidam tamē dicunt,ꝙ duplex tribulatio in Aſſyrios nō ſurrexit,qa vno impetu angeli
& nō duobus aut tribus omnes ſimul interfecti ſunt. Septuaginta habēt, Nō bis iudicabit deus
in idipſum.Contra q̄d obijcit Hieron̄.ꝙ ſecūdum hoc adultera optare debet vt tēporaliter pu-
niatur,ne in æternū crucieť,Secūdum hoc etiā in diluuio mortui in inferno nō cruciarētur,Et ſi-
mile eſt de Sodomitis.Soluit aūt hoc Hieron̄.dicēs,Deum ſicut oīm reꝝ,ita pœnaꝝ ſcire men- Deus non
ſuras,& nō præueniri ſentētiam iudicis, nec illi in peccatorē exercēdæ dehinc pœnæ auferri po bis iudicat
teſtatem,& magnum pctm̄, magnis,diuturniſq; elui cruciatibus. Si quis aūt punitus ſit pro leui in idipſum
pctō,vt ille qui in lege Iſraeli maledixerat,& qui in ſabbato ligna collegerat, tales poſtea non pu-
niri,qa culpa leuis præſenti ſupplicio compēſata ſit,Senſus eſt,ꝙ pro vno pctō ſufficienter puni
to non infligitur alia pœna.Peccatū autem mortale p̄ſenti pœna nō ſufficienter punitur,vt par-
uum pctm̄ & veniale,& ideo hoc hic punitur & in futuro nō punietur.Cōtra hāc tamen ſolutio
nem adhuc obijcitur. Quia ponamus ꝙ mortale coniunctum ſit veniali in eodem homine,illi
qa ſuſceptibilis gratiæ nō eſt propter p̄ſentē ſtatum nullū pctm̄ dimittiť, eo ꝙ nullū pctm̄ ſine
gratia remittetur,& ſi nō dimittitur,in futuro punietur & ſic bis iudicat deus in idipſum.Ad hoc
dicunt quidam,ꝙ paruum pctm̄ de ſe ſemel punitur,ſed quod in inferno iterū punitur, hoc eſt,
per accedēs.Sed ſi ſic deus punit bis in idipſum,ſcriptura falſa erit,quod nefas eſt dicere.Et ideo
tenendum eſt primum.ſ.quod intelligitur de peccatis per vnam pœnam per ſe & per accidens
ſufficienter punitis. Et quod Hieronymus dicit de Sodomitis & pereuntibus in diluuio, antiqui
dixerunt intelligi de his qui in ipſis pœnis inſtante hora mortis ingemuerūt de peccatis & ſuffi-
C cienter cōtriti ſunt,illi em̄ æternaliter nō ſunt puniti.Qualiter aūt fiat cōſumptio,ſubdit per ſimi
litudinem,⌊qa ſicut ſpinæ inuicem complectunť,⌋ hoc eſt,ſicut ſpinæ complectunť in faſcicu-
los ad comburēdum,⌊ſic cōuiuium eoꝝ,⌋hoc eſt conuiuātes, ⌊pariter potantiū⌋ & epulantiū
ſupple,comedebāt em̄ & bibebāt ſecuri de capienda ciuitate,⌊cōſumeť,⌋hoc eſt in nihilum de- Aduentus
ducetur,Matth.13.Colligite primū zizania per faſciculos ad cōburendum. De ſecuritate autem dn̄i inopina
1.ad Theſſ.5.Cum dixerint pax & ſecuritas, tūc repentinus eis ſuperueniet interitus, Matth.24 tus erit.
Sicut in diebus Noe ante diluuium erāt comedētes & bibētes,nubentes & nuptui tradētes,& nō
cognouerunt donec venit diluuium,& tulit oēs,ſic erit aduentus filij hominis,⌊quaſi ſtipula ari-
ditaate plena,⌋id eſt per ariditatē igni præparata,Eſa.1.Erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ,
& opus veſtrū quaſi ſcintilla, & ſuccendētur vtrumq; & nō erit q extinguat. Igne em̄ infernali
totus exercitus conſumptus eſt vſq; ad oſſa, Eſaiæ. 9. Erit in combuſtionem & cibus ignis.
Et ſubdit cauſam.⌊Ex te em̄⌋ò rex Aſſyrioꝝ,⌊exibit,⌋à te.ſ.miſſus rapſaces,⌊cogitās contra
dn̄m malitiam⌋hoc eſt blaſphemiam,Eſa.37.Cui exprobraſti & quē blaſphemaſti, & ſup quē
exaltaſti vocem & leuaſti altitudinē oculoꝝ tuoꝝ? Ad ſanctū Iſrael? Hæc eſt malitia quæ nō ni- Blaſphemia
ſi ex radice mali procedit,& eſt pctm̄ in ſpm̄ ſanctum, q̄d(ſicut diciť Mat.12.& Luc. 12)non re eſt pctm̄ in
mittitur in hoc ſeculo nec in futuro,⌊mēte pertractās ꝑuaricationem,⌋ hoc eſt ſtudioſe pertra- ſpm̄ ſanctū
ctans qualiter populum præuaricari faciat,vt.ſ.à deo recedat & regi Aſſyriorum ſe ſubdat vel
diabolo,Ad Gala.5.Nemini cōſenſeritis,perſuaſio em̄ hæc nō eſt ab eo qui vos vocauit.Et ſub-
dit de ablatione ꝓſumptionis ad reſiſtendū,⌊Hæc dicit dn̄s,⌋confirmatio eſt quod abſq; dubio
erit,Nume.23.Non eſt deus vt homo vt mentiať,⌊ſi perfecti fuerint,⌋Aſſyrij.ſ.ſupple arte pu-

 gnandi,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gnandi,viribus corporis,armis,numero militum & ordinatione ſiue inſtructione acierum,⌞& D
ita plures⌟ſupple fuerint q̄ modo ſint,⌞ſic quoq;⌟in omnibus viribꝰ ſuis, ⌞attondentur,⌟an-
gelo.ſ.vaſtante.Attendentur autem dicit,quia ſolum caput euaſit,exercitus autem totus qui ſi-
cut pilus capiti adhæret,attonſus eſt nouacula angeli, Eſa.7. Radet dominus in nouacula acuta
caput & barbam vniuerſam & pilos pedum,⌞& pertranſibit,⌟Aſſyrius.ſ.vt de cætero non ſub
ſiſtat,Pſal.36.Tranſiui & ecce nō erat.Hoc etiam de poteſtate dæmonis poteſt dici vel de quo-
libet malo tortore,Pſal.99.Cadent à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis. Et ſubdit de
conſolatione bonoꝝ,⌞Afflixi te⌟.ſ.in captiuitate decem tribuū vel in obſidione ciuitatis vel in
quacunq; tentatione, ⌞& non affligam te vltra,⌟ quia non conſurget duplex tribulatio. Vnde
Luc.16.dicitur de Lazaro qui recepit mala in vita ſua,nunc vero conſolatur,Iohan.16.Triſtitia
veſtra vertetur in gaudium,Tobiæ.3.Hoc aūt pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius
ſi in probatione fuerit,coronabitur,ſi aūt in tribulatione fuerit,liberabitur,& ſi in corruptione fu
erit,ad miſericordiam tuam venire licebit,non enī delectaris in perditionibus noſtris,⌞&⌟id eſt
quia ⌞nunc,⌟ſine mora ſupple,⌞cōteram virgam eius,⌟hoc eſt poteſtatē percutiēdi & affligē
di ſiue Aſſyrij ſiue dæmonis ſiue alterius tortoris,Eſa.9.Iugum enī oneris eius & ſceptrum exa
ctoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian, ⌞de dorſo tuo⌟ vt.ſ.non vapules virga ſua amplius,
Eſa.14.Contriuit dominus baculum impioꝝ virgam dominantium cædentem populos indig-
natione,plaga inſanabili.Et infra ibidem:Cōteram Aſſyrium in terra mea & in montibꝰ meis
conculcabo eum & vincula tua diſrumpā. Hoc eſt angarias & perangarias quibus te vinxit ad
ſeruiendum,Eſa.14 Auferet ab eis iugum eius & onus illius ab humero eorum tollet, Pſal.115.Di
rupiſti vincula mea,tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.Item Pſal.124.Non relinquet dn̄s virgā pec E
catorum ſuper ſortem iuſtoꝝ,⌞&⌟id eſt quia,⌞præcipiet ſuper te,⌟ o Aſſur,⌞dominus,⌟ hoc
eſt ſolo præcepto te delebit & verbo ſuæ virtutis,Sapiæ.18. Omnipotens ſermo tuus domine
exiliens de cœlo à regalibus ſedibus venit, durus bellator in mediam exterminij terram proſi-
liuit gladius acutus,inſimulatū impium tuum portans,& ſtans repleuit omnia morte,⌞nō ſemi-
nabitur ex nomine tuo amplius⌟o rex Aſſur, hoc eſt ſemina tyrannidis tuæ & oppreſſionis vl
terius non colliges,nec miniſtri tui nomine tuo præcepta tua ſeminabunt,Iob.4. Vidi eos q ſe
minant dolores & metunt eos flante deo perijſſe & ſpū iræ eius eſſe cōſumptos,Eſa.14. Non cō
ſurget in æternum ſemen peſſimorum.Et quod dicit, non ſeminabitur, imperſonaliter legendū
Rex Aſſyrioꝝ a filijs occiditur. eſt,hoc eſt ſeminatio ex nomine tuo non ſiet.Et ſubdit de regis interfectione, qui tantum cum
decem fugerat,& cum veniſſet in Niniuen & adoraret in templo Neſrach deum ſuum, gratias
agens quod fugerat, tanta multitudine pereunte Adramelech & Saraſar filij eius percuſſerunt
eum gladio,Eſaiæ.37.Et hoc eſt quod hic dicitur,⌞de domo dei tui interficiam⌟ſupple te,⌞ſcul
ptile & conflatile,⌟hoc eſt templū ſculptilis & conflatilis, ⌞ponam ſepulchrum tuum,⌟ Eſa.22
Ibi morieris & ibi erit currus gloriæ tuæ & ignominia domus dei tui, ⌞quia inhonoratus es,⌟
hoc eſt nullo honore dignus habitus es coram me ſcilicet,ꝙ nec plangaris in exequijs,nec hone
ſte ſepeliaris,Nume.24.Decreueram quidē magnifice honorare te, ſed dominus priuauit te ho-
nore diſpoſito.¶⌞Ecce ſuper montes.⌟ Tangit hic lætitiam ortam in populo de morte regis.
⌞Ecce ſuper montes⌟ ſupple iam videntur, ⌞pedes euangelizantis,⌟ hoc eſt bonum nuntian- F
tis,⌞& annuntiantis pacē,⌟deſtructo.ſ.vaſtatore,hoc eſt per montes & valles videntur diſcur-
rere qui hoc annuntient,Hiere.51.Currens venit obuius currenti & nuntians nuntianti.Eſaię.52
Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis pacem,⌞Celebra Iuda feſtiuitates tuas.⌟Tan
git hic quod dicitur.2.Paralip.32. ꝙ ſub Ezechia quartodecimo die menſis Aprilis feſtum paſ-
chæ celebrare nō poterāt propter obſidionē.Interfecto autē exercitu quartodecimo die ſequen
tis menſis,hoc eſt Maij,præcepit Ezechias vt celebrarent ſecundum præceptum legis,Exodi.12
& hoc nuntij Ezechiæ læta voce in populo nuntiauerunt,⌞o Iuda,⌟hoc eſt,duæ tribus, celebra
feſtiuitates tuas à domino tibi ordinatas, Pſalm̄.117. Conſtituite diem ſolennem in condenſis
vſq; ad cornu altaris.Item pſalm̄.75.Reliquiæ cogitationum diem feſtum agent tibi, ⌞& redde
vota tua,⌟ quæ.ſ.in tribulatiōe vouiſti, Ionæ ſecūdo: Ego autē in voce laudis immolabo tibi,
quæcunq; voui,reddam pro ſalute domino,Pſalm̄.65.Reddam domino vota mea quæ diſtinxe
runt labia mea,⌞quia non adijciet vltra,⌟ſicut ſupple fecit, ⌞vt ꝑtranſeat in te,⌟hoc eſt in terra
tua,⌞Belial,⌟quod abſq; iugo,vel vaſtator interpretatur,& ſignificat dæmonem vel tyrannum
Belial. ſanctos vaſtantem & iugum dei abijcientem,Eſaiæ.52.Non adijciet vt pertranſeat per te incir
cunciſus & immundus, Matthæi decimoſexto: Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam,
⌞vniuerſus interijt,⌟Belial ſupple,Exodi.14.Nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Quod maxime
completum eſt deſtructa Niniue per Chaldæos,Deute.33.Eijciet à facie tua inimicum tuum,di-
cetq;,conterere,Roma.16.Dominus conteret ſatan ſub pedibus veſtris velociter.

¶In capitulum ſecundum enarratio.

Aſcen

A Aſcendit.⌋ Hic agit de deſtructione regni Aſſyriorum,& habet duas partes. Primo tangitur deſtructio in ſe. Secundo in comparatione ad cauſam, cap. 3. infra, ibi, Væ ciuitas ſanguinum. Prima in duas. Primo deſcribit vaſtationem quãtum ad terribilitatem hoſtis. Secundo, quantum ad impotentiam reſiſtendi impugnãtibus, ibi, State ſtate. Prima harum in tres diuiditur. In quarum prima deſcribit obſidionem. Secundo inuaſionis terrorem, ibi, Clipeus fortium. Tertio ciuitatis & populi captionem, Portę fluuiorum. In prima tria ſunt, obſidio. ſ. ciuitatis, diſſolutio ciuium & cauſa mali meriti. ⌊Aſcendit⌋ Nabuchodonoſor. ſ. vel diabolus, Hiere. 49. Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis, ad pulchritudinem robuſtã, quia ſubito currere faciam eum ad illam. Niniue interpretatur ſpecioſa, & ideo robuſta pulchritudo fuit. De aſcenſu aũt diaboli ſuper tentatum dicitur Eccleſiaſtes. 10. Si ſpũs poteſtatem habẽtis aſcenderit ſuper te, locũ tuum ne dimiſeris, ⌊qui diſpergat coram te,⌋ villas. ſ. agros & agricolas, ſicut & dæmones ſpũalia bona diſpergunt, Eſaiæ. 21. Qui depopulator eſt, vaſtat, Hiere. 1. Vt euellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes, ⌊& qui cuſtodit obſidionem,⌋ hoc eſt, non tantũ obſidet & recedit, ſed cuſtodit diu manens in obſidione ſicut & dæmones obſident hoĩem, Ecc͠i. 9. Eſt ciuitas parua & pauci in ea viri, venit contra eã rex fortis & obſedit eam, Iob. 19. Obſedit in gyro tabernaculum meũ. Et ſubdit de diſſolutione obſeſſoꝝ, ⌊& contemplare viam,⌋ o Niniue, per quam. ſ. inuadere poſſis hoſtem vel fugere Hiere. 6. State ſuper vias veſtras & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona & ambulate in ea, Tobiæ. 10. Quotidie exiliens circumſpiciebat & circuibat vias omnes per quas ſpes erat remeandi, ⌊cõforta lumbos,⌋ irriſio eſt, diſſolutio eñ timidoꝝ maxime in lumbis eſt, & tamen contra diabolum nimis valet confortatio lumboꝝ, Ephe. 6. State ſuccincti lumbos veſtros in ve-

B ritate. Hierony. Nihil ita confortat lumbos vt veritas, cognitio eñ veritatis delectationem lumborum mortificat. Alia tranſlatio, accinge lumbos, hoc eſt reſtringe per caſtitatẽ. Grego. Lumbos ꝑcingimus cum carnis cõcupiſcentiam per cõtinẽtiam coartamus, Iob. 38. Accinge ſicut vir lumbos tuos, Prouer. vlt. Accinxit fortitudine lumbos ſuos & roborauit brachium ſuũ. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊robora virtutem tuam valde,⌋ cõgregando. ſ. exercitum & animando milites. Et quamuis irriſio ſit ad Niniuen, tamen bonũ conſilium eſt cõtra diabolũ, Pſal. 17. Et præcinxiſti me virtute ad bellum & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me. 1. Mach. 3. Accingimini & eſtote filij potentes. Et ſubdit cauſam, ⌊quia ſicut reddidit dñs⌋ per condignã pœnã. ſ. ⌊ſuperbiam Iacob,⌋ & eſt malum à ſuperbia illatum Iacob à Sennacherib rege Aſſyrioꝝ, per hoc. ſ. ꝙ ſuos deſtruxit ante Hieruſalem, Iacob aũt dicit duas tribus, Eſa. 33. Contriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit timor hypocritas. Et loquitur ad literam de deſtructione à Sennacherib, Superbis eñ deus reſiſtit, Iaco. 4. & 1. Pet. 5. Ecc͠i. 10. Radices gentiũ ſuperbaꝝ areſecit deus, ⌊ſic⌋ ſupple reddet ⌊ſuperbiam Iſrael,⌋ hoc eſt factam cõtra Iſrael, hoc eſt decem tribus ab Aſſyrijs, Hiere. 2. Sanctus Iſrael dño primitiæ frugum eius, omnes qui deuorant eum delinquunt, Pſal. 27 Da illis ſecũdum opera eorum, & ſecũdum nequitiam adinuentionum ipſoꝝ tribue illis, Eſaiæ. 3 Væ impio in malũ, retributio manuum fiet ei. Quid aũt fecerint in Iacob & in Iſrael, ſubdit, ⌊q͠a vaſtatores⌋ Aſſyrij. ſ. ⌊diſſipauerunt eos⌋ Iacob. ſ. & Iſrael, Hiere. 50. Primus comedit eum rex Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit eum rex Babylonis, Eſa. 52. Aſſur abſq; vlla cauſa calumniatus eſt eum, Hiere. 4. Repẽte vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubito pelles meæ, ⌊& propagines eoꝝ corruperunt,⌋ loquit̃ ad modum vineæ ſucciſæ, & propagines vocat familias & cognationis ſocie-

C tates, quæ omnia ſucciſa & corrupta ſunt per captiuitatem Aſſyrioꝝ. Quod ſub metaphora plãgit, Pſal. 79. Exterminauit eam aper de ſylua & ſingularis ferus depaſtus eſt eam, Eſa. 16. Vineam Sabama dñi gentium exciderunt, flagella eius vſq; ad Iaſer peruenerunt. ¶ ⌊Clipeus fortium,⌋ Deſcribit hic terrorem inuadẽtis hoſtis, & dicit tria, terrorem hoſtis, multitudinem & velocitatẽ. ⌊Clipeus fortium⌋ Babylonioꝝ. ſ. eſt ⌊ignitus,⌋ ignitũ vocat, quia propter peltas aureas circunpoſitas ſole deſuper inſidente ignem clipeus videt̃ emittere. 1. Mach. 6. Refulſit ſol in clipeos aureos & æreos, & reſplenduerunt montes ab eis. Nihilominus tamen fortium clipeus Chriſti, verbum dei eſt & fides, Prouer. 30. Omnis ſermo dei ignitus clipeus eſt omnibus ſperantibus in ſe, Ephe. 6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela ignea nequiſſimi extinguere, ⌊viri exercitus eius⌋ Nabuchodonoſor. ſ. ⌊in coccineis⌋ ſupple ſuper arma ſunt veſtiti. Et dicit viros, quia viriles, coccino autem veſtitos vt notet̃, ꝙ ſitiunt ſanguinem. Vnde Apoca. 17. Mulier quæ Babyloniam ſignificat veſtita dicit̃ eſſe coccino, quia ebria erat de ſanguine, ſicut ibidẽ dicit̃, Deute. 33. Tinget in ſanguinem pedum ſuum, ferrum & æs calciamentum eius. Vt dicit Vegetius in libro de re militari, Coccinis ſe veſtiebant, vt aſpectu rubei acuerent̃ in prælium. 1. Macha. 6. Oſtenderunt elephantis ſanguinem vuæ & mori vt acuerent eos in prælium, ⌊Igneæ habenæ currus,⌋ hoc eſt curruum, in quibus ſcilicet arma & victualia portabant̃, & in quibus falcatis quidam pugnabant, habenas, hoc eſt lora quibus dirigebant tales currus colore aureo veſtiebãt, vt ipſi currus ad ſolem quaſi ignem emittere viderentur, & per hoc ſignaretur, ꝙ ex ira ignem

Veritatis cognitio cõcupiſcẽtiã minuit

Verbũ dñi clipeus eſt.

 ſpirarẽt

ſpirarent in hoſtes,Simile.2.Macha.9.de Antiocho,qui dicitur ignem animo ſpiraſſe in Iudęos. D
De talibus dicitur Oſee.7.Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte,Iob.41.Ha-
litus eius prunas ardere fecit,in naribus eius procedit fumus.Et infra,Flamma de ore eius egre-
ditur à die præparationis eius.Senſus eſt,ꝙ non ſubito ita terribilis factus eſt, ſed à prima funda
tione & præparatione eius terribilis eſt , & ideo per antiquam experientiam bellator & vaſta-
tor eſt.Vnde Gene.10.dicit̃,ꝙ Nemroth qui cœpit robuſtus venator eſſe coram domino,prin-
cipium regni ſui habuit Babylon.Deinde facit apoſtrophen,cõuertens ſe ad Niniuitas, ⌊&⌋.i.
quia ⌊agitatores eius,⌋ hoc eſt Niniue,⌊conſopiti ſunt,⌋ ac ſi dicat,non eſt mirum quod Ba-
bylonij veniunt,quia agitatores,hoc eſt incitatores ad bellum Aſſyriorum conſopiti ſunt,temu
lenti & ebrij & viribus deſtituti,Hiere.25.Bibite & inebriamini,vomite & cadite,& nolite con-
ſurgere.Deinde redit ad deſcriptionem terroris ex multitudine.⌊In itineribus conturbati ſunt⌋
Babylonij.ſ.præ multitudine exercitus,ita.ſ.ꝙ vnus impedit alium & mixtim feruntur , quilibet
ẽm alium ꝑcurrere nititur,Eſa.5.Ecce feſtinus velociter veniet,non eſt deficiens neq; laborãs in
eo,⌊quadrigæ colliſæ ſunt in plateis⌋hoc eſt,quãuis platea dicitur à gręco platum,ꝗd eſt latũ,tñ
Platea. tot erunt quadrigæ,ꝙ vna ad alteram collidet̃ in impetu veniendi,Exo.14.ſimile:Tulit Pharao
ſexcentos currus electos & quicquid in Aegypto curruum fuit,& duces totius exercitus,Pſal.19.
Hi in curribus& hi in equis,Eſaiæ.5.Vngulæ equorum eius vt ſilex & rotæ eius quaſi impe-
tus tempeſtatis,⌊aſpectus eoꝝ quaſi lampades,⌋hoc eſt flammæ,lampas ẽm græce,latine flam
ma dicit̃.Hierõ.Ita vt inflammato vultu prius terreãt ꝗ enſe feriant,Simile Apoca.1.Oculi eius
tanquã flamma ignis,⌊quaſi fulgura diſcurrentia,⌋hoc dicit,quia micabãt arma hoſte diſcurrẽ
te per homines quaſi fulgura diſcurrentia,micabãt ẽm arma & tonabant increpationes & minę. E
Vnde Ezech.1.vbi ferocitatem Chaldæoꝝ deſcribit,dicit:Erat viſio diſcurrẽs in medio anima-
lium, ſplendor ignis & de igne fulgur egrediens , & ſupple tunc Aſſur ⌊Recordabit̃ fortium
ſuoꝝ,⌋vt.ſ.animet eos ad reſiſtendũ,ſed dicet̃ ei illud Amos.2.Fortis non obtinebit virtutẽ ſu-
am.Et hoc eſt quod ſequit̃,⌊ruent in itineribus ſuis⌋ fortes.ſ. tantũ ẽm expaueſcẽt ꝙ in ipſo iti-
nere quo fugient,cadent,Deut.28.Dabit dñs inimicos tuos qui conſurgent aduerſum te,corruen
tes in conſpectu tuo,⌊velociter aſcendẽt muros eius,⌋Niniue.ſ.Et eſt duplex ſenſus.ſ.vel ciues
campum relinquẽtes & infra muros Niniue concluſi,velociter ad defendẽdum aſcendẽt muros,
vel hoſtes exterius obſidentes velociter aſcendent murũ ad capiendã ciuitatem,Eſa.22. Scrutãs
murum & magnificus ſuper montẽ,ſupple eſt inimicus, ⌊& præparabit̃ vmbraculũ,⌋tentoria
.ſ.quæ militem ab ardore ſolis protegunt & à tempeſtate imbrium in longa obſidione , Simile
Eſa.4.Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu & in ſecuritatem & abſconſionẽ à turbi
ne & à pluuia.¶⌊Portæ fluuioꝝ.⌋Tangit hic capturã ciuitatis,⌊Portæ fluuioꝝ apertæ ſunt⌋
portæ fluuioꝝ dicunt̃ portæ ciuitatis Niniue,per quas vndatim ſicut flumina quædam, multitu
do populi conſueuit ingredi & egredi,Simile Eſa.2.Fluent ad eam oẽs gentes,Hæ dicunt̃ aper-
tæ,quia proſtratis curribus quæ in porta erant,apertura muri liberꝝ hoſti dedit introitũ, Thre.2
Tradidit in manus inimici muros turrium eius.Et poſt pauca, Defixæ ſunt in terrã portæ eius,
contriuit vectes eius,Iob.30.Quaſi rupto muro & aperta ianua,irruerũt ſuper me & ad meas
miſerias deuoluti ſunt,⌊& templũ ad ſolũ dirutũ,⌋Hiero.dicit,ꝙ templũ erat regnũ, eo ꝙ vene
rabat̃ vt templũ,tamen poteſt dici ꝙ templum ad literã fuit templũ Neſrach, quod Ninus in ve F
nerationẽ filij ſui ædificauerat,quod ꝑ Chaldæos dirutum eſt,Simile fecit Iehu.4.Reg.10.vbi in
terfectis ſacerdotibus & prophetis Baal,deſtruxerũt quoq; ædes Baal & fecerũt inde latrinas vſ-
q; in diem hãc,⌊& miles,⌋hoc eſt militia Aſſyrioꝝ,⌊captiuus adductus eſt⌋à Babylonijs.ſ.Si
mile Threñ.1.Facti ſunt principes eius velut arietes nõ inuenientes paſcua,abierũt abſq; fortitu-
dine ante faciem ſubſequẽtis,⌊& ancillæ eius,⌋ancillas vocat villas & oppida & caſtra ſubiecta
Niniue,⌊minabuntur,⌋ſupple in captiuitatem,⌊gementes vt columbæ,⌋hoc eſt, ſicut colum-
ba intra ſemetipſam ſonat, & apertum ſonum non emittit,ita & coram hoſte intus gement &
aperte gemere non audebunt,Eſaiæ triceſimooctauo:Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, medi
tabor vt columba.Et hoc eſt quod ſequitur,⌊murmurantes in cordibus ſuis,⌋ore ſcilicet geme
re non audentes,Eſaiæ quinquageſimonono:Rugiemus quaſi vrſi omnes,quaſi columbæ medi
tantes gememus,⌊& Niniue,⌋in talibus malis ſupple erit,& eſt nominatiuus abſolutus, ⌊quaſi
piſcina aquarum aquæ eius,⌋ſenſus eſt,aquæ eius,hoc eſt voluptates in quibus rigata fuit , erunt
Piſcina ſicut piſcina aquarum.Donatus per antiphraſim dicit,piſcina dicit̃,eo quod minime habeat piſ-
ces . Et eſt ſenſus , quod ſicut in paludibus , fluuiales aquæ corruptæ ſunt & amaræ ita ꝙ
piſces nutrire non poſſunt , ita voluptates & diuitiæ in amaritudinem conuertentur , ita ꝙ
ciues ad voluptates nutrire non poſſunt, Eſaiæ decimonono : Nudabitur alueus & riui à fon-
te ſuo , & omnis ſementis irrigua ſiccabitur , areſcent & non erunt & merebunt piſcato-
res,⌊ipſi vero fugerunt,⌋ ſcilicet Niniuitæ, Eſa.22.Omnes principes tui fugerunt ſimul,dureq;
ligati ſunt,Hoc facile eſt exponere de impetu domini venientis ad iudicium damnationis mun-
di

A di cum exercitibus ſanctorum angelorum & dæmonum,& ſufficiunt eædem authoritates.
¶ ⌊State,ſtate⌋ Tangit hic impotentiam reſiſtendi,& diuiditur in partes tres. In quarum prima
tangit impotentiam rebellandi. In ſecunda inſultationem,ibi,Vbi eſt habitaculum leonum. Ter-
tio oſtendit,ꝙ hæc virtute domini perficiunt,ibi,Ecce ego ad te. In prima tria ſunt, irriſio.ſ. de-
predatio & reſiſtendi impotentia,⌊ſtate,ſtate⌋ irriſio eſt,vel ſicut dicit Gloſſa,mater ciuitas.ſ.Ni
niue clamat ad filios,videns ſe eſſe deſtitutam,ſtate,ſtate ad defenſionem.ſ. Et tũc eſt dictum ge
mentis,mater enim gemuit non ſtantibus defenſoribus. Malachiæ.3. Quis ſtabit ad videndum
eum? Ioſue.7. Anathema in medio tui Iſrael,non poteris ſtare coram hoſtibus tuis, donec delea
tur ex te qui contaminatus eſt hoc ſcelere. Bis aũt dicit, ſtate,ſtate, quia vidit cadentes per culpã,
& cadentes per pœnam. Vnde dominus in pſal.93. clamat: Quis conſurget mihi aduerſus ma-
lignantes,aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem. Rarus em̃ eſt qui ſtet. Et hoc ẽ
quod ſequitur. ⌊Et non eſt qui reuertatur,⌋ ad ducem .ſ. aut vexillum ducis cunctis fugienti-
bus,principes tui fugerunt procul, Eſa.22. Contra hoc.2.Paralip.20. Confidẽter ſtate,& domi-
nus pugnabit pro vobis contra eos,reuerti em̃ eſt fugientem ad ducem faciẽ conuertere. Canti-
corum ſexto: Reuertere,reuertere Sunamitis. Illis aũt fugientibus hoſtibus dat licentiam diripiẽ-
di,⌊diripite argentum⌋ ad literam,⌊diripite aurum⌋ quod pretioſius eſt. Prouer.1. Omnẽ pre
tioſam ſubſtantiã reperiemus,implebimus domos noſtras ſpolijs, ⌊&⌋ id eſt,quia,⌊non eſt fi
nis diuitiarum⌋ quas ſupple ex auaritia congregauit. Eccles.5. Auarus non implebitur pecunia,
⌊ex omnibus vaſis deſiderabilibus⌋ quæ.ſ.ad ſpeciem anagliphi ſibi fecerant, vel vaſa dicit,te-
cas,in quibus repoſiti theſauri erãt. Hæc em̃ oĩa Babylonij diripuerũt. Baruch.3. Qui argentũ the-
B ſaurizant,& aurum in quo confidunt homines,& nõ eſt finis acquiſitionis eorum. Gloſſa,etiã di-
cit ꝙd per hoc ꝙ dicitur, Diripite aurum,intelligant prædicatores & doctores, q auꝝ ſapientiæ
mundi & argentũ eloquentiæ diripiunt, & in theſauros domini & eccleſiæ conuertunt. Et vaſa
deſiderabilia ſunt animæ viroꝝ illuſtriũ,quas diripiunt doctores, & templo dei,hoc eſt, eccleſiæ
conſecrant eas,ſicut fuit Cõſtantinus & Auguſtinus,& alij. Propter quod dicitur Eccl.50. Quaſi
vas auri ſolidum ornatum omni lapide ꝓtioſo. Acto.9. Vas electionis erit mihi iſte. Et ſubdit de
impotentia reſiſtendi. Primo in ciuitate. Secundo in hominibus,⌊diſſipata eſt,⌋ ciuitas Niniue
ſupple. Et eſt diſſipatio ꝑ diſcordiam inteſtinam,hoc ẽ,ſepis munientis deſtructio, quæ fuit per
fortes bellatores,ſapientes conſiliarios,prælatos in vnitate populũ continentes. Eſa.3. Auferet dñs
exercituum,validũ & fortem & viꝝ bellatorem,& iudicem,& prophetam,& ariolum,& ſenem.
Et poſt pauca: Et dabo pueros principes eoꝝ,& effœminati dominabunt eis,& corruet populus
vir ad virum. Eſa.5. Auferã ſepem eius,& erit in direptionem,⌊& ſciſſa⌋ per ſectas & inimiciti- Diſcordia
as manifeſtas,quæ ſciſſura ſignum ẽ proximi interitus, Amos.6. Percutiet domum maiorẽ rui- interitũ af-
nis,& domũ minorẽ ſciſſionibus. Hoc em̃ in om̃i congregatione ſignũ deſtructionis ẽ. Matt.12. fert reip.
& Luc.11. Om̃e regnũ in ſe diuiſum, deſolabitur,& domus ſuper domũ cadet,⌊& dilacerata⌋ ꝑ
bella.ſ.inteſtina,quibus.ſ.ſeinuicẽ lacerabãt,laceratio em̃ dilaniatio ẽ,qua vnus aliũ dilaniat. Vnde
infra,3. dicitur: Dilaceratione plena non recedet à te rapina. Iob.13. Quare lacero carnes meas dẽ
tibus meis. Zachar.12. Omnes qui leuabunt eum conciſione lacerabuntur. Hoc etiã in eccleſia de
ſtructionis ſignum ẽ,quia.ſ.diſſipati ſunt per inuidiam,ſciſſi per diſcordias,dilacerati per aduoca
C tos in cauſis & contentiones. Pſal.34. Diſſipati ſunt nec cõpuncti. Sciſſio vero ſignificatur .1. Re
gum.15. vbi ſciſſum eſt pallium Samuelis apprehendente eum Saul, Et dixit Samuel: Scidit do-
minus regnum à te,& tradidit illud proximo tuo meliori te. Abacuc primo dicitur de dilacera-
tione. Propter hoc lacerata eſt lex & non venit ad finem iudicium, quia impius præualet ad-
uerſus iuſtum,propterea egreditur iudicium peruerſum. Et ſubdit de deſtitutione hominum,⌊&
cor tabeſcẽs⌋ Quod lues vel ſanies eſt in viuo,ſanguis.ſ.putrefactus,hoc tabes eſt in mortuo, & Lues.
ſignificat deſtitutionẽ cordis,moribundi & intra ſemetipſum iam putridi & deſtituti. Pſalm̃.111.
Dẽtibus ſuis fremet & tabeſcet,deſiderium peccatorum peribit.1.Reg.2. Vt deficiat & tabeſcat Tabes.
anima tua,& pars magna domus tuæ morietur. Hoc em̃ primum eſt, quod cor deſtituitur, & pa
uore tabeſcit. Sapientiæ decimoſexto: Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet & diſpe
riet quaſi aqua ſuperuacua, ⌊& diſſolutio geniculorum⌋ quando iuncturę corporis timore ſol-
uuntur, primum hoc apparet in tremore geniculorum, ita quod crura hominem continere non
poſſunt. Eſaiæ octauo: Tenebit eos diſſolutio & anguſtia. Iſti ſunt claudicantes in duas partes,
neſcientes in quo ſtare velint,vel ad quid ſe tenere.3.Regum decimooctauo: Vſquequo claudi-
catis in duas partes. Hebræorum duodecimo. Remiſſas manus & debilia genua erigite,& rectos
greſſus facite pedibus veſtris,⌊& defectio in cunctis renibus⌋ renes ſunt, in quibus ſuperiora
inferioribus colligũtur,& ſunt loca delectationum. Et ſenſus eſt, quod deficiet delectatio in eis
literaliter.ſ.in Niniuitis,& moraliter in mundanis. Pſal. 72. Renes mei commutati ſunt, & ego
ad nihilum redactus ſum. Ideo dicitur de forti muliere. Prouer. vltimo: Accinxit fortitudine lũ-
bos ſuos. Exod.12. Renes veſtros accingetis,⌊& facies omniũ ſicut nigredo ollæ⌋ ex pallore .ſ.
in nigrorem conuerſa præ nimio timore. Threnoꝝ.4. Quomodo computati ſunt in vaſa teſtea

opus manuum figuli. Eſa.13. Facies combuſtæ vultus eorum. Et ſubdit de inſultatione,⸢ ubi eſt D
habitaculum leonum?⸥ habitaculum leonum vocat Niniuen, vbi oppreſſores & p̄dones habita-
bãt. Ezech.19. In medio leunculorum enutriuit catulos ſuos, & eduxit vnum de leunculis ſuis,&
leo factus eſt, didicit p̄dam capere, hominemq́; comedere. Pſal.9. Inſidiatur in abſcõdito quaſi
leo in ſpelunca ſua. Quaſi dicat, dirutum eſt habitaculum. Matth.22. Miſſis exercitibus ſuis per-
didit homicidas illos & ciuitatem eorum ſuccendit,⸢ & paſcua catulorum leonum,⸥ ſupple non
ſunt, catulos leonum vocat ciues ciuitatis & officiatos regis, quia p̄da tunc periIt ab eis, ſicut à p̄-
donibus eccleſiæ, & à p̄donibus mundi peribit. Iob quarto: Rugitus leonis & vox leenæ & dẽtes
catulorum leonum contriti ſunt, tigris periIt, eo ꝙ non haberet prædam, & catuli leonis diſſipati
ſunt. Tunc enim fiet quod dicitur Iob viceſimo: Diuitias quas deuorauit, euomet, & de vẽtre ip-
ſius extrahet eas deus, & bene dico vbi eſt.⸢ Ad quam iuit leo,⸥ Nabuchodonoſor. ſ. vel diabo-
lus, expugnandam. ſ.⸢ vt ingrederetur illuc⸥ ſine. ſ. aliquo reſiſtente. Hieremiæ quarto: Aſcendit
leo de cubili ſuo, prędo gentium ſe leuauit, vt ponat terram tuam in deſolationem, primæ Petri
quinto: Aduerſarius veſter diabolus, circuit tanq̃ leo rugiens, quærens quẽ deuoret,⸢ catulus leo-
nis⸥. ſ. Holophernes vel alius nuntius Nabuchodonoſor vel diaboli, cui qui ſe ſibi leones eſſe vi-
debant, reſiſtere non poterant. Vnde Rapſaces Eſa.37. dicit: Quomodo ſuſtinebitis faciem iudi-
cis vnius loci ex ſeruis domini mei minoribus? Et proſequitur metaphoram.⸢ Et non eſt q ex-
terreat⸥ leonem. ſ. Gene.49. Requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leena quam ſuſcitare nullus
audebit.⸢ Leo cœpit ſufficienter catulis ſuis,⸥ hoc eſt, filiIs ſuis. SpolIs enim aliorum filios di-
tauit. Prouerbiorum.28. Leo rugiẽs & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem. E
Pſal. viceſimoprimo: Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens,⸢ necauit leenis
ſuis⸥ hoc eſt, vxoribus vel principibus vel ciuitatibus ſibi ſubiectis. Eccĩ.13. Venatio leonis, ona-
ger in hæremo, ſic paſcua diuitum pauperes. Et ad literam loquit̃ de rapacibus eccleſiæ & mun-
di.⸢ Et impleuit præda ſpeluncas ſuas,⸥. ſ. domos ſuas & ſuorum. Prouerb.1. Implebimus do-
mos noſtras ſpolIs,⸢ & cubile ſuum⸥ ſupple impleuit,⸢ rapina⸥ Eſaię.3. Rapina pauperis in do
mo veſtra. Eſaiæ quinto: Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum, & frẽdet & tenebit præ-
dam, & amplexabitur & non erit qui eruat. Et ſubdit ꝙ hæc omnia virtute domini fient.⸢ Ecce
ego ad te⸥ hoc ẽ, contra te ſupple conuertar vt impugnẽ te, vt. ſ. fortitudine mea fiat, quod ma-
nus miniſtri iniqui exequitur. Eccleſiaſtici triceſimoſexto: Contere caput principum & inimico-
rum dicentium non eſt alius præter nos. Hieremiæ quinquageſimoprimo: Ecce ego ad te mons
peſtifer dicit dominus, qui corrumpis vniuerſam terram, & extendam manum meam ſuper te,
⸢ dicit dominus exercituum,⸥ cuius infinita potentia & immutabilia ſunt verba, qui determi-
nat, quid faciendum per exercitum angelorum bonorum, inclinat & inſtigat malos ad nocen-
dum per exercitum dæmonum, & ideo ter dicitur, Eſaiæ ſexto: Sanctus ſanctus ſanctus domi-
nus deus ſabaoth, hoc eſt, exercituum,⸢ & ſuccendam vſq; ad ſummum⸥ vt. ſ. ab infimo vſq; ad
ſummum nihil remaneat,⸢ quadrigas tuas,⸥ ad literam, quæ victualia & arma portabant, quæ
quadrigæ ſignificant quatuor animi paſſiones inordinatas, timorem. ſ. & ſpem, & gaudiũ, & tri-
ſtitiam, & (vt dicit Auguſtinus) conſenſum, opus, conſuetudinem & præſumptionem, vel deſpe- F
rationem. Ille enim quadrigæ vel igne furoris domini, vel igne charitatis ſuccendendę ſunt. Hoc
ſignificatur. 2. Reg.8. vbi Dauid equos Syriæ ſubneruauit, & currus igne combuſſit,⸢ & leuncu-
los tuos comedet gladius⸥ leunculos vocat audaces, qui ſe fortes reputabãt, gladium vero vltio-
nem ſentẽtiæ diuinæ. 1. Reg.17. Leonem & vrſum ego interfeci. Iob.29. Cõterebã molas iniqui,
& de dentibus eius auferebam prædam. De gladio, Eſa.1. Gladius meus deuorabit vos,⸢ & exter
minabo de terra prædam tuam⸥ ne vltra. ſ. alios prædare poſſis. Eſa.33. Væ qui prædaris, nonne
& ipſe prædaberis? Eſa.14. Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributũ,⸢ & non audietur vltra⸥
à regnis. ſ. ſubiectis,⸢ vox nuntiorum tuorum,⸥ exigentium. ſ. tributum. Iob.39. Clamorem ex-
actoris non audit. Iudicum primo: Omnes vno ore contradixerunt & remiſerunt eos vacuos, ac
ſine honore abiecerunt.

Diſpoſitione diuia cũcta gerunt.

¶In capitulum tertium enarratio.

VAe ciuitas ſanguinum⸥ Hic deſcribitur captiuitas in comparatiõe ad cauſam. Et
diuidit̃ in tres partes. Primo enim exaggerat pœnam per culpam. Secũdo oſtẽ-
dit deſtruibilitatem & reſiſtendi impotentiam, ibi: Nũquid melior es. Tertio in-
ſultat iam deſtructę, ibi, Aquam propter obſidionem. In prima quatuor ſunt pa
ragraphi. In quorum primo exaggerat culpam, & maxime crudelitatis & idolo-
latriæ. In ſecũdo determinat pœnã. In tertio oſtẽdit, qd hæc pœna eſt p̄ vltionẽ
diuinã. In quarto oſtẽdit, ꝙ propter abominationẽ nõ habebit conſolationẽ humanã. In primo
duo ſunt. ſ. peccatũ exaggeratũ & ſignum. ¶Væ⸥ tẽporalis. ſ. pœnæ & æternæ. Eſa.1. Væ gẽ
ti peccatrici populo graui iniqtate,⸢ ciuitas ſanguinũ⸥ licet ſanguis pluralẽ numerum nõ habeat ſe
cũdũ grammaticos, tñ ſanguinũ dicit, vt ſignificet ꝙ multũ & multis modis ſanguinem fudit.
4. Reg.24. Repleuit Hieruſalẽ cruore innocentiũ vſq; ad os. Pſal.78. Effuderũt ſanguinem ipſorum
in cir-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A in exercitu Hieruſalem, multis modis etiam fudit.ſ. occidendo & nutrimenta ſanguinis diripiẽdo,pro pecunia prodendo & iniuſte condẽnando.2.Reg.16. Egredere egredere vir ſanguinum, & vir Belial.3.Reg.21.Occidiſti inſuper & poſſediſti.Pſal.54.Viri ſanguinũ & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.Eccl.34.Panis egentium vita pauperis eſt,q defraudat illum homo ſanguinis eſt.Oſee.4.Sanguis ſanguinem tetigit.Senſus eſt: Væ tibi quæ ciuitas ſanguinum es, ⌊vniuerſa mendacij⌋ hoc eſt,mendacio & dolis dedita.Oſee.12.Tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat.Sapiæ.1.Os quod mentitur,occidit animam.Dicitur autem mẽdacium falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi,& aliquando intentio fallendi refertur ad vocem tantũ,vt.ſ. aliud intelligatur,quam ſignificatur in voce,& tũc mendaciũ eſt vel libidinoſum vel iocoſum, aliquãdo refertur ad rem ſignificatam,& hoc dupliciter,eo ꝙ deceptio aliquãdo eſt ad profectum,aliquando ad nocumentum,ſi ad profectum eſt mendaciũ officioſum,ſi ad nocumentum,ſic eſt ꝑnitioſum,& de hoc intelligit. Et dicit vniuerſa, vt intelligatur ,ꝙ nullus in tanta multitudine fuit, propter quẽ tantæ ciuitati miſericordia dei parceret.Hiere.9. Docuerũt linguã ſuam loqui mendacium,vt inique agerent laborauerũt,habitatio tua in medio doli,in dolo rennuerunt me ſcire. Pſal.5.Linguis ſuis doloſe agebant,⌊dilaceratione plena⌋ dupliciter, actiua.ſ.& materiali, actiua,quia multos dilacerauit,materiali,quia quæ lacerando ab alijs diſtraxit ipſa poſſedit,& de his auaritiam ſuam impleuit.Vnde Eſa.18.De ſanctis ſuſtinẽtibus hæc dicitur: Ite angeli veloces ad gentem conuulſam & dilaceratã.Hiere.3.Væ paſtoribus,q diſpergunt & dilacerant gregẽ paſcuæ meæ.⌊Non recedet à te rapina⌋ vel interrogatiue,vel remiſſiue põt legi.Et ſignificat pertinaciam in malo.Et attendendum,ꝙ quidam recedunt à peccato & ſunt pœnitentes,à quibuſdã

Mẽdacium multiphariã dicitur.

B recedit pc̃tm̃ ,& ſunt peccare impotentes,auaritia vero peccatũ eſt,quod nec recedit nec ab ipſo receditur,non recedit,quia ſeneſcente homine iuueneſcit auaritia, ab ipſo non receditur, quia lucrum continuum non ſatiat auaritiam ſed incitat.Eccleſiaſtes.5.Auarus non implebitur pecunia. Mich.6.Adhuc ignis in domo impij,theſauri impietatis.Prouer.30.Terra nõ ſatiatur aqua. Propter hoc dicitur Iob.20. de auaro ꝙ exardeſcit contra eũ ſitis.Et ſubdit de ſigno, decẽ ſubijciẽs ſigna,⌊vox flagelli⌋ hoc ẽ,nihil auditur de Niniue niſi vox,quod flagellum ſit pauperꝝ.Eſa.28. Flagellum inundans cũ tranſierit,eritis ei in conculcationem.Eſa.14.Contriuit dominus baculũ impiorꝝ,virgam dominantiũ,cedentem populos indignatione, ⌊& vox impetus rotæ,⌋ ſupple auditur Et per rotã intelligit circuitus nuntiorꝝ diſcurrentiũ ꝑ terras ad tributa colligẽda. Eſa.5. Rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis.Hieronymus inducit hoc.Pſal.76.Vox tonitrui tui in rota,tonitruum vocans intonationes & cõminationes populũ pauperẽ ferientes.In qua rota adhuc ambulant officiati curiarum.Pſal.11.In circuitu impij ambulant.Iob.1. Circuiui terrã & perambulaui eam.⌊Et equi fremẽtis⌋ ſupple auditur vox,hoc eſt,ꝙ fremẽtibus equis terrã tibi ſubijcis,& duris vngulis conculcas.Abacuc.3.In fremitu conculcabis terram, in furore obſtupefacies gentes.Eſa.5.Vngulæ equorum eius,vt ſilex.Hieronymus inducit illud Iob.39.Gloria nariũ equi terror,terram vngula fodit,tali enim terrore quærit terrenum lucrum,⌊& quadrigæ feruentis,⌋ ſupple vox auditur,& feruere dicitur quadriga,propter velocitatem motus,quadrigarum autem

Auaritię ſitis inexplebilis.

C vſus fuit ad portanda arma & victualia,his qui regi Aſſyriorum terras ſubiecerant. Exodi.14. Iunxit currum & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecũ,tulitq́ꝫ ſexcentos currus electos & quicquid in Aegypto curruum fuit.Hæc dicitur quadriga,quia quatuor trahitur equis & quatuor vehitur rotis,equi ſunt ambitio poteſtatis,libido dominandi, auaritia lucri & crudelitas populi cõterendi.De iſtis dicitur Naum.2.Quadrigæ colliſæ ſunt in plateis.Vnde Iudicũ .5. de Siſara interfecto dicitur.Quare tardauerũt pedes quadrigarꝝ eius.Quatuor rotæ ſunt(vt dicit Hieronym⁹) quatuor inordinate paſſiones currum iſtũ feruenter agitantes.Hiere.47. Clamabũt hoĩes vlulabunt oẽs habitatores terræ à ſtrepitu pompæ armatorꝝ & bellatorum eius, à commotione quadrigarꝝ eius,& multitudine rotarꝝ eius,⌊& equitis aſcendentis,⌋ ſupple vox auditur, ꝙ.ſ.mittit equites,qui violenter torqueant & homines concutiant.Hoc enĩ officium aſſumpſerũt ſibi milites.Vnde & Iohannes dixit eis.Luc.3.Neminẽ concutiatis nec calumniam faciatis, contẽti eſtote ſtipendijs veſtris.De his dicitur Exod.14.ꝙ mare operuit currus & equites vniuerſi exercitus, ⌊& micantis gladij⌋ ſupple auditur vox,ꝙ.ſ.euaginato gladio terribiliter hominibus superuenit.Exod.15.Euaginabo gladium meum,& interficiet eos manus mea.Ezech.21. Gladius exacutus eſt & elimatus,vt cedat victimas,exacutus eſt,vt ſplẽdeat limatus ẽ.De hoc dicitur Matt.26. Qui gladiũ acceperit gladio peribit,⌊& fulgurãtis haſtæ⌋ ſupple audit vox,hoc ẽ,ꝙ ira tua etiã diſtantes pungis.Hæc haſta dicitur fulgurare,qa non ex ratione,ſed ex impetu pungit.Sapiæ.5. Acuet diram iram in lanceam.Abacuc.3.Ibunt in ſplẽdore fulgurãtis haſtæ tuæ,⌊& multitudinis⌋ interfecte ſupple auditur vox, hoc eſt,vox vindictã expoſtulãs in interfectores. Apoca.6. Vidi ſubtus altare aĩas interfectorꝝ propter verbũ dei,& propter teſtimoniũ q̃d habebãt & clara voce dicebãt.Vſq;quo dñe ſanctus & verus,nõ vindicas ſanguinẽ nr̃m? Gene.4.Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra,⌊& grauis ruinæ⌋ ſupple audit vox,qa.ſ.te regnãte & ſtãte

Quadriga.

omnes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnes ruunt. Daniel.5. Pater tuus quos volebat, occidebat, & quos volebat, percutiebat. Proue. D
28. Regnantibus impijs ruinæ hominum. Vnde Eſa.3. Poſtquam de malitia principũ dixit, ſub-
iunxit, ruit Hieruſalem & Iudas concidit. Et paulo ante, ruit populus vir ad virum, vnuſquiſq; ad
proximũ ſuum, ⌊nec eſt finis cadauerũ⌋ hoc eſt, non ponis finẽ in occidendis. Abacuc.1. Semp
interficere animas non ceſſat. Sapiæ.18. Stans in terra repleuit omnia morte. Et ſubdit de inter-
minatione pœnæ pro his peccatis. Et eſt ſecũdus paragraphus, ⌊&⌋ ideo ſupple, ⌊corruent in
corporibus ſuis⌋ vel vitam corporalem amittendo, vel pro corporibus eorũ quos occiderũt pœ

Peccata quædam etiam corpori officiunt.

nam ſuſtinendo. Dicit enĩ Hieronymus, quod multa ſunt pctã etiã corpori nocẽtia, vt luxuria, ebrie
tas. Ad Romañ.8. Corpus quidẽ mortuũ eſt propter pctm̃. Et hoc eſt quod ſequitur. ⌊Propter
multitudinem fornicationum⌋ ſpũalium. ſ. & corporalium. 1. ad Corinth.6. Omne pctm̃ quod-
cũq; fecerit homo extra corpus ſuũ ẽ, q autẽ fornicatur in corpus ſuũ peccat. Pſalm̃.72. Perdes

Meretrix.

omnem qui fornicat abs te, ⌊meretricis⌋ à merendo dicit meretrix, eo quod omĩa ſpe lucri tempo-
ralis faciat, ſicut & iſti, erant enĩ de illis, de qbus dicitur, Sapiæ.15. Aeſtimabant vitã hominis cõ-
poſitam eẽ ad lucrũ & oportere vndecũq; , etiam ex malo acquirere, ⌊ſpecioſæ,⌋ vt magis alli-
ciat, delectabile enĩ ſpecioſum magis tentat. Gene.3. Vidit mulier lignũ, quod eſſet pulchrũ viſu, aſpe
ctuq; delectabile, ⌊& gratæ⌋ propter vehementiam. ſ. delectationis. Et loquit proſequens meta
phoram meretricis, quarũ vna magis delectabilis eſt q̃ altera. 2. Petri.2. Oculos habentes plenos
adulterij & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, ⌊& habentis maleficia⌋ ad literam,
maleficos ſiue magos habebant, q eos in errore detinebant, ſicut & Pharao in Aegypto. Exo.7.
Tamen ſimile maleficio eſt delectatione libidinis, ambitione honoris, ſpe lucri temporalis, in pec
catis homines detineri, propter quod ſanctis dicit in pſal.57. Quæ non exaudiet vocem incantã
tium & venefici incantantis ſapienter. De malis aũt. Eſa.47. Sta cũ incantatoribus tuis & cũ mul E
titudine maleficorum tuorum, in quibus laboraſti ab adoleſcẽtia tua ſi forte qd proſint tibi. Nec
tantum illiciebat ad meretricium, ſed etiam alios expoſuit, ⌊quæ vendidit gentes in fornicatio-
nibus ſuis,⌋ in omĩbus enĩ gentibus, in qbus poteſtatem habuit, ſubiectos ſibi ſpe lucri ad idolo-
latriam expoſuit, ſimiliter in moribus ſubiectos ſibi ad libidines excitauit, ⌊& familias in male-
ficijs ſuis⌋ ſupple vendidit, familiæ autem dicunt domeſtici & propinqui. Hoc ſignificat. 2. Ma
chab.4. vbi Simon gymnaſium & Euphebiam in Hieruſalem conſtituit ſub ipſa arce, & opti-
mos quoſq; cœpit Epheborũ in lupanaribus ponere. Hoc expreſſe videmus in prælatis eccleſia
rum, qui ſibi ſubiectos verbo & exemplo inducunt ad libidines. Et ſubdit in tertio paragrapho,
quod hæc vltione diuina perficientur. ⌊Ecce ego ad te⌋ ſupple veniam. i. cõtra te, ⌊dicit dñs exer-
cituum⌋ vt. ſ. virtute diuina fiat, quod virtute humana non credis eẽ futurũ. Hiere.49. Quis enĩ
ſimilis eſt mei, aut qs reſiſtere poteſt vultui meo? ⌊& reuelabo pudenda tua,⌋ hoc ẽ, de qbus ve
recundaris, nuditatem. ſ. & paupertatem & infirmitatem, auxilio enĩ diuino deſtitutus & gratia,
& pauper & nudus & infirmus ẽ. Ezech.16. Nudabo ignominiam tuã coram eis & videbũt om
nem turpitudinem tuã, ⌊in facie tua⌋ vt. ſ. & tu videas quæ ante videre nolebas. Pſal.49. Arguã
te & ſtatuam contra faciem tuam, ⌊& oſtendam gentibus nuditatem tuam⌋ vt omẽs. ſ. videant
quam turpitudinem imitantes in te decepti ſunt. Turpiter enĩ deceptus eſt qui fallaci ſpecie mu- F
lieris vel delectabili gulæ vel pretio nummi deceptus eſt. Eccĩ.36. Alleua manũ tuam ſuper gen-
tes alienas, vt videant potentiam tuam, ⌊& regnis ignominiam tuam⌋ ſupple oſtendam. Igno-
minia eſt quod propter ſui abominationem & turpitudinem gnoſtica virtus, hoc eſt, cognoſciti-
ua refugit accipere. Roma.1. Tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ. Pſal.82. Imple facies eo-
rum ignominia. Regna autem maiora ſunt q̃ gentes, quia vnum regnum multas gentes cõtinet.
Et eſt ſenſus quod omnibus, bonis & malis ignominia pctõrum oſtendetur. Ezech.16. Eris nuda &
ignominia plena, ⌊& proijciam ſuper te⌋ ſicut onus. ſ. ⌊abominationes⌋ quas. ſ. feciſti, vt in pœ
na ſentias, quod in culpa cognoſcere nolebas. Ezech.16. Iuſtificaſti ſorores tuas in omĩbus abo-

Abominatio.

minationibus tuis quas operata es, ergo & tu porta confuſionem tuam. Abominatio autem dici-
tur pctm̃, quod propter ſui immunditiam naturæ humanæ reſiſtit. Romañ.1. Tradidit illos deus
in paſſiones ignominiæ. Pſal.52. Abominabiles facti ſunt, idẽ Eſa.59. ⌊& contumelijs te afficiã,⌋
hoc eſt, doloribus te afficiam pro cõtumelioſis peccatis Sapiæ.4. Illos aũt deus irridebit, & erũt
poſt hoc decidẽtes ſine honore, & in cõtumelia inter mortuos in perpetuum, ⌊& ponã te in exẽ

Alienis malis corrigi nolle, inutile.

plum⌋ vt oẽs. ſ. ſuæ correctiõis in te exemplũ recipiãt, qa ad alios corrigi nolebas, quos pro pec
catis puniui. Ptolomæus in prouerbijs: Qui ad alios nõ corrigit, alij corrigẽtur ad ipſum. Deute.
29. Ponet te in exẽplum ſubuerſionis Sodomæ & Gomorrhæ. 2. Paralip.7. Ponã eã in parabo-
lam, & in exẽplum cũctis populis. Et ſubdit in quarto paragrapho, quod nõ habebit cõſolatorem.
⌊Et erit⌋ cõfirmatio prophetalis ẽ, eſt enĩ vice aduerbij cõfirmãdi, ſicut & in euãgelio legit vel
ponit Amẽ. 1. Reg.9. Omẽ qd loqtur, abſq; dubio veniet ⌊omĩs q viderit te⌋ ſic cõdẽnatã ſupple
& depopulatã & deturpatã, ⌊reſiliet à te⌋ hoc ẽ, cõpaſſionẽ retrahet, ſciẽs quod iuſte condẽnata es.
Luc.16. Inter nos & vos cahos magnũ firmatũ eſt, vt hi q velint illuc tranſire non poſſint, neq;
inde huc tranſmeare. Threñ.1. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius, ⌊& dicet,⌋
cum ma-

A cum magno gaudio vnus alteri, ⌊vaſtata eſt Niniue,⌋ Hiere.51. Currens obuiam venit curren-
ti,& nuntians nuntianti dicens,capta eſt Babylon. Et ſic lætitia ſanctorum erit in deſtructione mū
di, ⌊quis cōmouebit ſuper te caput?⌋ Compatientium ſignū eſt caput mouere ad tribulatum,
Iob.16. Vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea,conſolarer & ego vos ſermonibus,& moue-
rem caput meum ſuper vos,Hieronymus: Quis tuus poterit eſſe conſolator qui in tua poteſtate
nullius miſerebaris. Coſtaben Lucę in libro de ſpū & anima dicit, ꝙ homo in anguſtia vel du-
bio cōſtitutus mouet caput vt facilius ſpūs tranſeat ad logiſticā,hoc eſt cellam rōnis,quo melius
videat effugium vel medium euaſionis. Et hoc eſt quod ſequit̄ ⌊Vnde quęrā conſolatorē tibi?⌋
quaſi dicat,quę omnes offendiſti,nullū habebis conſolatorē, Threñ.1. Deiecta eſt vehemēter nō
habens cōſolatorem. Et ibidem: Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquā,quia longe
factus eſt à me cōſolator cōuertens animam meam. ¶ ⌊Nunquid melior es,⌋ Hic oſtendit,ꝙ
Niniue deſtructioni reſiſtere non poſſit,& argumentatur per locum à maiori, magis em̄ videba
tur ꝙ Alexandria reſiſtere poſſet loci munitione & bellatorum multitudine,ꝗ Niniue,& reſiſte-
re non potuit quin caperetur à rege Babylonico,ergo & Niniue capietur. In hac ratione tria fa-
cit. Primo em̄ oſtendit ꝙ Alexandria magis parata fuit ad reſiſtendum & non reſtitit. Secundo
concludit,ꝙ minime reſiſtet,ibi, Et tu ergo inebriaberis. Tertio conſequentiæ oſtēdit rationem,
Ecce populus tuus. In primo duo ſunt. Primo em̄ oſtendit ꝗ munita Alexandria fuerit. Secun-
do,ꝙ capta ſit,ibi, Sed & ipſa in tranſmigratione. In prima tria ſunt. In primo facit quæſtionem
de comparatione ciuitatū Alexandriæ & Niniue. Secundo Alexandriæ oſtēdit munitionem ex ſi
tus firmitate. Tertio,fortitudinem ex adiutorum & bellatorum multitudine. ⌊Nunquid melior es
Alexandria?⌋ Obiectio eſt cōtra literam,quia temporibus prophetæ nulla fuit Alexandria,quæ
B poſtea deſtructo regno Mœdorum ab Alexandro Macedone Alexandria dicta eſt. Vnde tranſ-
latio Hieronymi habet ſic, Nunquid melior es ab Amon in fluminibus? Septuaginta ſic, Apta
corda pars Ammon qui habitas in fluminibus, Hierony. Hebræus qui me in ſcripturis erudiuit,
hāc literam ita legi poſſe aſſeruit, Nunquid melior es ꝗ No Ammon, Et ait hebraice dici No A-
lexandriam. Amon aūt multitudinem ſiue populos,& eſſe ordinem lectionis, Nunquid melior
eſt Alexandria populoſa ſiue populorum? Ad obiectionem ergo dicendum eſt ꝙ temporibus
prophetæ nō dicebatur,ſed poſtea à tranſlatoribus(quia nomē eius mutatum fuerat) Alexādria
nominata eſt,vt noto nomine, melius intelligeret̄, No em̄ nomē antiquū à memoria exciderat,
⌊Nunquid melior es ò Niniue Alexandria populorum,⌋ hoc eſt populoſa,quaſi dicat,non es,ſi
enim propter multitudinem parcendum eſt,illa populoſior eſt,& cum illi non ſit parcitum, nec
tibi parcetur, Roma.11. Noli altum ſapere,ſed time,ꝙ ſi deus naturalibus ramis nō pepercit,for-
te nec tibi parcat,ad Heb.2. Et ſi omnis inobedientia iuſtā accepit mercedis retributionem,quo-
modo nos effugiemus,ſi tantam neglexerimus ſalutem? Simile eſt Eſa.20. vbi deſtructa Aegy-
pto & Alexandria,dixerunt Iudæi: Hæccine erat ſpes noſtra, ad quos cōfugiemus in auxilium,
vt liberarent nos à facie regis Aſſyriorum? Et quomodo effugere poterimus nos? Deſtructo em̄
potentiore,de reſiſtentia deſperat infirmior. Et ſubiungit de munitione loci, ⌊quæ habitat in flu
minibus,⌋ Hieronymus: In vna parte ſup Nilū,riuū Aegypti, In ſecunda munit̄ lacu Mareotico
In tertia & quarta cingitur mari rubro, & ſic in fluminibus vndiq; affluentibus habitat. Vnde
Ezech.29. de rege Aegypti dicitur: Draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum, & di-
cis,meus eſt fluuius. No autē ſiue Alexandria metropolis fuit Aegypti, ⌊aquæ in circuitu eius,⌋
C ſupple ſunt munientes eam,ſcilicet Nilus & Mareoticus lacus & mare rubrum, Ezech.27. Quę
eſt vt Tyrus,quæ obmutuit in medio maris,quæ in exitu negotiationum tuarum de mari imple
ſti populos multos. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊cuius diuitiæ mare,⌋ nauigationibus em̄ merca-
torum impleta fuit multis diuitijs,ſicut Tyrus, Ezech.27. Gene.49. & Deut.33. Inundationes ma
ris quaſi lac ſugēt,theſauros occultiſſimos harenarum, ⌊aquæ muri eius,⌋ hoc eſt pro muro ſunt
ei, Exod.14. Erant eis aquæ pro muro à dextris & à ſiniſtris, Diues ergo erat & munita. Et ſub-
dit de adiutoribus & numero bellatorum, ⌊Aethiopia fortitudo eius,⌋ hoc eſt adiutrix & con-
fortans eam, ⌊& Aegyptus⌋ ſupple fortitudo eius fuit. Et ne parum hoc videatur, addit, ⌊& nō
eſt finis⌋ ſupple adiutorum ex Aethiopia & Aegypto venientiū. Eſaiæ.2. Repleta eſt terra eius,
equis & innumerabiles q̄drigæ eius, ⌊Aphrica⌋ hoc ē Aphricani, ⌊& Lybies,⌋ hoc ē de Lybia
veniētes, ⌊fuerūt in auxilio tuo⌋ ò Alexandria ſupple. Iſtud facile ē exponere de habitātibus in
mūdo, Illi em̄ Alexādria volūt cē in mūdo.ſ.lucere, Alexādria em̄ interp̄tat̄ tenebrarum anguſtias
auferēs,iſti em̄ nullas anguſtias ſuſtinere volūt,& populoſa eſt iſta Alexādria,multi em̄ ſunt q in
talib⁹ gaudēt,cōtra q̄d dr̄ Iob.31. Si vidi ſolē cū fulgeret & lunā incedētem clare,& lętatū eſt cor
meū in abſcōdito. Et in pſal.55. Ab altitudine diei timebo. Timendū em̄ eſt, quādo lux proſperi
tatis exaltat̄, Hi habitant in fluminibus,hoc eſt in affluentijs vanitatis & delectationis,ꝗ ſunt flu-
mina Babylonis, ſup ꝗ ſancti plorāt, Pſal.136. Sup flumina Baby. illic ſedimus & fleui. In hęc flu
mina(vt dicit Hiero.) Pharao rex Aegypti,q diabolū ſignificat, omne maſculinū Hebræorum p̄-
cipitari fecit,maſculinū enim Hebræorum p̄fectū eſt in ſanctis,q̄d diabolus dicit̄ trahere ad delicias
&va

Triſtes cur caput moueant.

Peccatores certa manet correptio.

Alexandria vndiq; aqs cingitur.

Alexādria imago eſt mundi.

Proſperitas mūdi timē da eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& vanitates. Hi aquis ſe muniunt, hoc eſt, affluentibus diuitijs. Pſalm̃.61. Diuitiæ ſi affluant, nolit ᵉ D
Aegyptus cor apponere. Hoꝝ fortitudo Aethiopia eſt & Aegyptus. Aegyptus em̃ mȩror, Aethiopia tene
Aethiopia broſa interpretaẗ. In obſcuris em̃ peccatis viuere cupiunt, quæ ad mȩrorem æternum inducunt.
Sapiæ.17. Vinculis tenebraꝝ & longe noctis compediti, incluſi ſub tectis. Horum non eſt finis.
Aphrica. Eccl'es.1. Stultoꝝ infinitus ē numerus, horum auxiliatores ſunt Aphrica, quæ fertilis interpretaẗ
& Libia, quæ introiens & veniens interpretaẗ, quia fertilitas rediuiua & ſemper veniẽs nutrit in
delijs. Hiere.48. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, requieuit in fecibus ſuis. Hieronymus hȩc
exponit de eccleſia, quæ tenebras excludit per lumē doctrinæ. Sapientiæ.18. Sanctis tuis fuit lux
maxima. Quæ in fluminibus gratiaꝝ habitat. Iohan.7. Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flu
mina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Aqua in circuitu, expiationes ſignificat ſacramentorum.
Ezech.36. Effundam ſuper vos aquam mundam. Huius diuitiæ mare, hoc eſt, amaritudo pœni-
tentiæ & tribulationis, quæ diuites faciunt in virtute. 2. ad Corinthios.12. Libenter gloriabor in
infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Eccl̄.44. Homines magni virtute, pru-
dentia ſua p̄diti. Et ibidē: Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudiũ habẽtes. Aquæ mune
ri eius, quia tribulationes munitam & tutam reddũt eccleſiã. Gene.7. Aquæ ſubleuauerũt arcam
in ſublime, ⌊Aethiopia fortitudo eius,⌋ hoc ē, tenebroſi pctõres ad eccleſiã conuerſi. Et Aegy-
ptus, hoc eſt de mȩrore ſeculi ad ſinũ eccleſiæ conuerſi. Pſal.67. Veniẽt legati ex Aegypto, Ae-
thiopia prȩueniet manus eius deo. Aphrica & Libies auxiliantur ei, hoc ē, fertiles in virtute, & no
ua deuotione ſemper venientes & introeuntes. Eſa.60. Ambulabũt gẽtes in lumine tuo. Et poſt
pauca: Videbis & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te mul
titudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Et ſubdit, ꝙ hæc talis & tanta captiuata ſit, ⌊ſed &
ipſa in tranſmigratione,⌋ qua. ſ. de patria in exilium migrauit, ⌊ducta eſt in captiuitatē⌋ In pa
tria em̃ captiuatũ eſſe graue eſt, & multo grauius eſt eſſe in exilio captiuum. Et hoc eſt ꝙ in trãſ- E
migratione prima, qua tranſmigrauit de terra ſua, poſtea durius ducta eſt in captiuitatem, ſicut
& homo ſpiritualiter per amiſſionem gratiæ migrat de eccleſia, & poſtea à diabolo captiuatur, vt
quaſi vinculis trahaẗ ad omnem ſuam voluntatem. Threñ.1. Migrauit Iudas propter afflictio-
nem & multitudinē ſeruitutis, habitauit inter gẽtes, hoc ē, gentilem conuerſationē imitantes, nec
inuenit requiem. Ezech.12. In tranſmigrationē & captiuitatem ibunt. Quam fede aũt in captiui
tate tractentur, ſubdit, ⌊paruuli eius⌋ hoc ē, Alexandriæ, ⌊eliſi ſunt⌋ hoc eſt, ad lapides & ligna
elidendi trucidati, ⌊in capite oīm viaꝝ⌋ hoc ē, in omnibus compitis. Hieronymus, quia cõpede
ſequi non poſſent recedentes, ne viui remanerent in compitis ab hoſtibus eliſi ſunt, & ſi prægnã-
tes fuerũt, ſciſſæ ſunt. 4. Reg.9. Ciuitas eoꝝ munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interficies
gladio, & paruulos eoꝝ elides, & prȩgnãtes diuides. Dicit aũt, ꝙ hoc factum eſt in compitis, hoc
eſt, vbi via patriæ à via exilij diuidebatur, ⌊& ſuper inclytos eius,⌋ illuſtres. ſ. & diuites, ⌊miſe-
runt ſortem⌋ quis quem haberet captiuũ. Iohan.19. Sortē mittẽtes quis q̃d tolleret, ⌊& oēs opti-
mates eius,⌋ hoc eſt, principes ſine diſtinctione, ⌊confixi ſunt⌋ hoc eſt, ſimul fixi ſiue ligati, ⌊in
cõpedibus⌋ vt. ſ. nullus euaderet. Pſal.149. Ad alligãdos reges eoꝝ in cõpedibus, & nobiles eoꝝ
in manicis ferreis. Vltioni enim diuinæ nihil reſiſtere pōt. Ad Romañ.9. Voluntati eius quis reſi-
ſtet? Et attende ꝙ hoc onus ſuper Alexandriam ſub typo Aegypti (cuius metropolis fuit Ale- F
xandria) deſcribunt. Eſa.19. & .19. & .20. & Hier.46. & Ezech.29.30.31. Hieronymus dicit, ꝙ etiã
Pctõr mã- inclyti de eccleſia tranſmigrantes à gratia in captiuitatem diaboli detinebunẗ, & ſortem mittent
cipium eſt dæmones quis quem tollet, vnum. ſ. ad fornicandum, alium ad auaritiam, alium ad ſuperbiam, &
dæmonis ſic de alijs, & optimates, hoc eſt, præcipui in peccatis per conſuetudinē peccandi, quaſi compedi
bus duræ neceſſitatis ad voluntatem diaboli ligati ſunt. Eſa.22. Cuncti principes tui fugerũt ſi-
mul, duræq́; ligati ſunt. Et ex his arguit, ſubdens. ⌊Et tu ergo inebriaberis⌋ calice. ſ. irȩ dei. Ine-
briatio autem notat pœnæ multitudinem, & ad intima tranſeuntem, & ad tantam anguſtiã, per-
ducentem ꝙ ſenſum rationis auertat. Threnoꝝ.3. Repleuit me amaritudine, & inebriauit abſin-
thio. Hiere.25. Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, & nolite conſurgere, à facie gladij quē
ego mittam inter vos, ⌊& eris deſpecta⌋ quæ modo inclyta es. Abdiæ, Contemptibilis tu es val
de, paruulum in gentibus dedi te. Quantũ autem deiecta ſit, ſubdit ⌊&⌋ id eſt quia, ⌊tu q̃res au-
xilium ab inimico⌋ auxilium vocat vitæ ſuſtentationem, quam à Babylonijs cogentur mēdica-
re. Vel auxilium vocat, quia alios inuocabunt ad auxilium contra Babylonios, & non inuenient.
Threñ.4. Defecerunt oculi noſtri ad auxiliũ noſtrũ vanum, cum reſpiceremus attenti ad gentē,
quæ ſaluare nos non poterat. Quam facile autem capienda ſit, ſubdit, ⌊omnes munitiones tuæ⌋
hoc eſt, nobilitas, diuitiæ, amici, in quibus te munitam eſſe confidis, ſupple ſunt, ⌊ſicut ficus cum
groſſis ſuis⌋ qui propter raritatē plus deſiderãtur, & citius excutiũtur, & ita tuæ munitiones plus
deſideratæ ab hoſtibus facile capientur. Vnde Iudicũ.9. dicit ficus, Non poſſum deſerere dulce-
dinem meam, fructusq́; ſuauiſſimos. Mich.7. Præcoquas ficus deſiderauit anima mea. Et ſubdit
quam facile cadunt quo magis ab hoſtibus deſideranẗ, ⌊ſi concuſſæ fuerint⌋ tempeſtate. ſ. inua-
dentis hoſtis, ⌊cadent in os comedentis⌋ ſiue deuorantis hoſtis. ſ. qui auiditate p̄dæ dentes exa-
cuit ad

A cuit ad deuorandum, Apo.6. Stellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos
ſuos, cum à vento magno mouetur. Hoc aũt oſtendit, ſubdens, ⌊Ecce populus tuus vt mulie-
res,⌋ hoc eſt, vt effœminati ſunt nihil virilitatis habẽtes reſpectu Alexandrinoꝝ, ⌊in medio tui⌋
vbi fortior eſſe deberet, Eſa.3. Dabo pueros principes eoꝝ & effœminati dominabuntur eis. Et
ideo ſupple ⌊inimicis tuis,⌋ hominibus ſupple & dæmonibus, ⌊ad apertionem pandentur,⌋ vt
vndiq; poſſint ingredi, ⌊portæ terræ veſtræ,⌋ hoc eſt, omnium ciuitatũ quę ſunt in terra veſtra,
Hiere.9. Aſcendit mors per feneſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, ⌊deuorabit ignis⌋ libidinis q-
dem in peccatis & iræ dei in pœnis, ⌊vectes tuos,⌋ hoc eſt prælatos qui repagula contra hoſtes
eſſe deberent, Eſa.45. Portas æreas conteram & vectes ferreos cõfringam. Prælatus ꝑceptis &
comminationibus ſonans, oſtium æreum eſt, officio aũt, quod tamen nõ exercet, vectis ferreus
eſt, ꝑcipue quãdo rigidus & inflexibilis eſt, Pſal.106. Contriuit portas æreas & vectes ferreos cõ
fregit. ¶ ⌊Aquã,⌋ Hic quaſi captam deridet Niniuen. Et habet duas partes. Primo eñ inſultat
ciuitati, & poſtea regi, ibi, Dormitauerũt paſtores tui. In primo duo ſunt. Inſultat eñ ciuitati q̃tũ
ad munimenta ædificioꝝ, & quantum ad congregationes bellatoꝝ, ibi, Congregare vt brucus.
⌊Aquam propter obſidionem hauri tibi,⌋ ne.ſ. potus deſit hominibus & animalibus obſeſſis,
Eſa.22. ſimile: Lacum feciſtis inter duos muros & aquam piſcinæ veteris, ſupple congregaſtis,
Simile Eſa.7. vbi dicitur, ꝙ Achaz erat ad extremum aquęductus piſcinę ſuperioris. Conſidera
bat eñ qualiter piſcina ſuperior ciuitati influens, abundãtiam aquę ꝑberet ciuitati obſeſſæ, ⌊ex-
true munitiones tuas,⌋ in turribus.ſ. & pinnis muri & propugnaculis, vt.ſ. hoſti reſiſtere poſſint
& tu in pace intus reſerueris, Pſal.121. Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis, Eſa.5
B Aedificauit turrim in medio eius, Cant.4. Turris Dauid ædificata eſt cum propugnaculis, mille
clipei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Qualiter aũt hoc facere poſſit, ſubdit, ⌊intra in lu
tum,⌋ ex quo.ſ. fiunt lateres, ⌊& calca,⌋ hoc eſt commiſce & apta lutum vt glutinoſum & te-
nax ſit, ⌊& ſubigens,⌋ hoc eſt manus in partes luti ſubinferens, ⌊tene,⌋ hoc eſt comprehende,
⌊laterem,⌋ hoc eſt lutum formatũ in laterem, ex quo.ſ. ruinoſa muroꝝ reparare poſſis, Geñ.11.
Habebant lateres pro ſaxis & bitumen pro cemento, Eſa.16. His qui lætanť in muro cocti late-
ris loquimini, plagas ſuas. Et innuens ꝙ irriſio ſit.ſ. ac ſi dicat, cum hæc omnia feceris, nihil vale
bit, ſubdit, ⌊Ibi,⌋ hoc eſt in illis munitionibus, ⌊comedet te,⌋ hoc eſt deuorabit te, ⌊ignis⌋.ſ. irę
dei & Nabuchonoſor, Deut.32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo & ardebit vſq; ad inferni no-
uiſſima, deuorabitq́ terram cũ germine ſuo, Simile Threñ.2. Succendit in Iacob quaſi ignẽ flam
mæ deuorantis in gyro, ⌊& peribis⌋ in corpore.ſ. ⌊gladio,⌋ regis.ſ. Babylonis, Iob.19. Fugite à
facie gladij, qm̃ vltor iniquitatum gladius eſt. Et modũ deuorandi ſubdit, ⌊deuorabit te vt bru-
cus,⌋ Hieroñ. Sicut humus à bruco, ita in gladio furentis exercitus deuoraberis, brucus eñ nihil re
linquit viroris, Eſa.1. Gladius meus deuorabit vos, quia os dñi loquutum eſt, Deut.32. Si acuero
vt fulgur gladium meum & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis.
Hierony. dicit, ꝙ hęc ſpũaliter miſeræ animę dicunť, cui ꝓpter obſidionem tentationum à diabo
lo emiſſaꝝ, aqua ſcripturę haurienda eſt, Gene.24. Da mihi aquam de hydria tua vt bibam. Hy- *Peccatrici*
dria eñ haurit aqua, & ſignificat ſtudium ſcripturarum. In lutum, per proprię vilitatis conſide- *aïæ q̃ ſint*
C rationem intrandum eſt, Iob.10. Memẽto ꝙ ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. *neceſſaria.*
Lutum hoc calcandum eſt ꝑ caſtigationem carnis, 1. ad Corin.9. Caſtigo corpus meum & in
ſeruitutem redigo, Manus huic luto ſubigenda eſt vt formeť ad virtutem, Iob.10. Manus tuæ fe
cerunt me & plaſmauerunt me totum in circuitu. Later corporis tenendus & reſtringendus eſt
ne lubricitate & mollitie fluat in vitia, Pſal.31. In chamo & freno maxillas eoꝝ conſtringe, q non
approximant ad te. Et niſi hęc fiant, gladius vltionis diuinę deuorabit eam, vt brucus, qui ſignifi
cat vermem conſcientię. Et ſubdit de irriſione quantum ad congregationem bellatoꝝ, ⌊Con-
gregare ergo vt brucus,⌋ congregatio bruci ſignificat cõgregationem plebei populi, ⌊multipli-
care vt locuſta,⌋ locuſta quę ſalit & longius volat, cõgregationem ſignificat adiutorum longe la
teq́ diſtantium, Iohe.1. Reſiduum locuſtę comedit brucus. Et hoc quidem facere poteris, ſupple
quia ⌊plures feciſti negotiationes tuas,⌋ quas.ſ. agebas ſuper ſubiectos & cõfœderatos, ⌊quàm
ſint ſtellæ cœli,⌋ hyperbole eſt, hoc eſt innumerabiles feciſti ſicut ſtellę innumerabiles ſunt, Eze
chie.28. In exitu negotiationum tuaꝝ de mari impleſti populos multos. De omnibus eñ ſubie-
ctis & finitimis ad lucrum negotiabať Aſſyrius. Et hoc quidem ꝙ ſic te congregas & tuos, non
valebit, ⌊Brucus expanſus eſt,⌋ hoc eſt, ſicut brucus natis alis expanſus eſt ad volandũ, ita popu
lus tuus propter peccata traditus eſt ad tranſmigrandum, ⌊& auolauit,⌋ hoc eſt velociter in ca-
ptiuitatem abijt, Pſal.54. Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine, ⌊cuſtodes tui quaſi locu
ſtæ⌋ ſupple ſunt. Et cuſtodes vocat inferiores ꝑlatos, quibus commiſſæ erant villæ ciuitatis cir-
cumquaq;, Prouer.30. Regem locuſta nõ habet & egrediť vniuerſa per turmas, ⌊& paruuli tui⌋
filij.ſ. conſumunt eñ omne quod viride eſt, Pſal.104. Dixit & venit locuſta & brucus, cuius nõ
erat numerus, ⌊quaſi locuſtæ locuſtarum quæ conſident,⌋ hoc eſt, ſimul ſedent, ⌊in ſepibus,⌋
hoc eſt ruinoſis & vilibus munitionibus & cito capiendis, Eſa.5. Auferam ſepem eius & erit in



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

direptionem,⌊in die frigoris,⌋hoc eſt præſentis neceſſitatis vt ab hoſte defendant, ⌊ſol ortus D
eſt,⌊hoc eſt claritas & ardor zeli dei ad vindicandum,Iaco.1.Exortus eſt ſol cum ardore & are
fecit fœnum,⌊& auolauerunt⌋in captiuitatem.ſ.⌊& nõ eſt cognitus locus earum,⌋ deſtructis
.ſ.villis & ædificijs,⌊vbi fuerint,⌋deſtructi em̄ ſunt ſine ſpe reædificationis,Pſalm̄.36. Tranſiui
& ecce non erat,quæſiui & non eſt inuentus locus eius,Eccl.43.Sicut locuſta demergens deſcen
ſus eius.Hoc(vt dicit Hieronymus)de voluptuoſis dicitur,qui omne viride conſumunt ſicut lo-
cuſtæ,& in ſepibus,hoc eſt in beneficijs eccleſiæ reſident tempore frigoris, quo infriguit chari-

**Voluptuoſi locuſtis ſunt ſiſes,**

tas & inualuit carnalitas prælatorum,⌊dormitauerunt,⌋inſultat hic regi & principibus , & im-
properat eis duo.ſ.ꝙ voluptatibus detenti in vigilantia curæ paſtoralis dormitauerunt, & ꝙ po
pulus eorum negligentia diſperſus ſit, & ſubiungit ꝙ ideo maxima plaga percuſſi ſunt, ⌊Dor-
mitauerunt paſtores tui,⌋hoc eſt principes qui cura & vigilantia paſcere debebant populum,
dormitauerunt per inertiam voluptatibus conſopiti,Matth.25. Dormitauerunt omnes & dor-
mierunt,Prouerb.5.Vſquequo piger dormis?⌊rex Aſſur,⌋& arguit regem ꝙ tales prælatos ne
gligentes inſtituit.Et hoc videtur in eccleſiæ prælatis qui tales inſtituunt . Contra quod dicitur
Luc.2.Paſtores erant in regione eadem vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem
ſuum.Rex autem Aſſur magnus rex fuit ſuper alios regnans,Eſa.10.Viſitabo ſuper fructū ma-
gnifici cordis regis Aſſur.Et ideo ſupple, ⌊ſepelientur principes tui,⌋ interfecti.ſ.à Babylonijs

**Principum iertia plebs delinquit.**

vel à diabolo,Principes em̄ tales cauſa ſunt peccati populi,ſicut dicitur Oſee.7. Cœperunt prin
cipes furere à vino,erroris.ſ.& inſaniæ.Et ſtatim ſequitur, Extendit manum ſuam cum illuſori-
bus,ſupple populus.Vnde ibidem dicitur ,in malitia ſua lætificauerunt regem & in mendacijs
principes.Hinc eſt quod Nume.25.præcipitur,ꝙ mali principes ſuſpendantur contra ſolem,vt E
ſcilicet pœna eorum clare viſa,populus emendetur.Interfectis autem principibus, populum diſ
pergi neceſſe eſt.Et hoc eſt quod ſequitur,⌊latitauit populus tuus,⌋fugiens ſcilicet,⌋ in monti-
bus,⌋& in cauernis.ſ.petrarum. Et ſimile Matth.26. Percutiam paſtorem & diſpergent oues
gregis.Sicut & nunc videmus,ꝙ paſtoribus interfectis in peccato,grex per ſyluestria diſpergit,
3.Regum vlt.Non habent iſti dominū,reuertatur vnuſquiſq; in domum ſuam, ⌊& non eſt qui
congreget,⌋populum.ſ.ſicut oues errantem,ſicut bonus paſtor dicitur congregare,Eſa.40.Si-
cut paſtor gregem ſuum paſcet ,in brachio ſuo congregabit agnos & in ſinu ſuo leuabit, fœtas
ipſe portabit,Zacha.11.Paſce pecora occiſionis,quæ qui poſſederant,occidebant ,& non dole-
bant & venundabant ea,dicentes,benedictus dominus,diuites facti ſumus. Non em̄ quærebant
ſalutem ouium , ſed lucra,propter quod ſequitur, ꝙ plagati ſunt plaga manifeſta,⌊non obſcu-
ra contritio tua,⌋ nota em̄ eſt per totum mundum.2.Regum.12. Ego faciam verbum iſtud in
conſpectu omnis Iſrael,& in conſpectu ſolis huius, Quæ confuſio illos potiſſimum manet, qui
non abſcondentes peccata ſua alios ſcandalizant,Eſa.3. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædica
uerunt,nec abſconderunt,⌊peſſima eſt plaga tua,⌋ Gloſſa,quæ manu medici non poteſt curari,
non quidem ex impotentia medici,ſed quia infirmus contraria facit medicinæ,Hiere.10. Væ mi F
hi ſuper contritione mea,peſſima plaga mea,Hiere.30.Inſanabilis eſt fractura tua, peſſima pla-
ga tua,non eſt qui iudicet iudicium tuum, ad alligandum curationem tuam vtilitas non eſt tibi,
⌊omnes qui audierunt auditionem tuam,⌋hoc eſt famoſum interitum tuum & durum,Eſa.21.
Horrui cum audirem,turbatus ſum cum viderem,emarcuit cor meum, tenebræ obſtupefecerūt

**Tyrannoꝝ læta ſempꝛ ſunt parentalia.**

me,⌊compreſſerunt manū ſuper te,⌋admirantes.ſ.& plaudentes ſuper interitu tuo, Ezechie.21.
Plaude ſuper fœmur fili hominis,quia gladius factus eſt in populo meo.Et poſt pauca:Percute
manum ad manum & duplicetur ac triplicetur gladius interfectorum, Eſa.55. Omnia ligna re-
gionis plaudent manu.Ligna regionis vocat populos prius oppreſſos,qui de morte gaudēt op
preſſoris.Et ſubiungit cauſam,ac ſi dicat,nec eſt mirum,⌊quia ſuper quem non tranſijt⌋ oppri
mendo.ſ.⌊malitia tua ſemper,⌋Hierony.Nullus tuo vulneri donauit lachrymas,quia nullus eſt
ſuper quem non fuerit malitia tua,quæ non eſt permanens,ſed tranſitoria,hoc em̄ conſolatio eſt
Hiere.22.Non plangent eum,væ frater,væ ſoror,non cõcrepabunt ei,væ domine,& væ inclyte
Simile Eſa.14.Conquieuit & ſiluit omnis terra,gauiſa eſt & exultauit,abietes quoq; lætatæ ſunt
ſup te,& cedri Lybani,ex quo dormiſti non aſcendet q ſuccidat nos.Vnde Titus Liuius narrat
ꝙ in morte Neronis,qui multos offenderat & rempublicam peſſime rexerat,cum multi lætaren
tur,& ſperarent ex morte eius ad meliora proficere , cornicula ſedens in turri montis Tarpei,
conuertens ſe ad ciuitatem,clara voce clamauit,Semper erit bene. Quod verſu comprehendens
Ouidius , dixit : Montis Tarpei qui ſedit culmine cornix,Eſt bene non potuit dicere,dixit,erit.
Ac ſi dicat,ablato omnis boni obſtaculo in futuꝝ ad meliora proficiet reſpublica.

D. Al-

A ¶D. ALBERTI MAGNI EPISCOPI RATISPONEN.
in Habacuc prophetam Enarratio.

¶Prologi diui Hieronymi explanatio.

QVatuor prophetæ.⌋In iſto prologo ſex dicit Hieronymus. Primum
eſt de principio,quod eſt onus,ſecundũ de nomine,quod eſt Abacuc,
ibi, Qui vel ex eo. Tertiũ de intellectu prophetiæ contra Montanum
hæreticum,ibi,Necnõ & hoc animaduertendum. Quartũ de materia,
ibi,Illud quoq; diſce. Quintũ de tempore prophetiæ,ibi,Et vt ſcias eo
tempore fuiſſe Abacuc. Sextũ de modo contextionis prophetiæ,ibi,In
terim ſecundũ literam cauſatur.⌊Quatuor prophetæ,⌋ nõ ſimpliciter
inter omnes, ⌊in duodecim prophetarum volumine ſunt,⌋ ſupple q
onera ponunt,extra aũt hos & Eſaias multa ponit onera. Qualiter aũt
iſti quatuor onus ponant,ſubdit,⌊ė qbus⌋.ſ.duodecim, ⌊tres in prin
cipio⌋librorum ſuoꝝ,ſupple ⌊lemma,⌋Hebræum eſt,⌊id eſt pondus⌋latine, ⌊titulũ habẽt,⌋
hoc eſt,in principijs libroꝝ,vbi ponũt prophetiæ ſuæ titulos,per quod ſignificat ꝙ oppreſſio-
nem & tribulationẽ alicuius gentis prophetant. Pondus eñ & onus& maſſa & aſſumptio tribu
lationem ſignificant,quæ diuerſi interpretes ſic tranſtulerũt,ſicut & Iob.16.dicit:Nunc quoque
oppreſſit me dolor meus,& ad nihilum redacti ſunt oẽs artus mei. Et qui ſunt illi, ſubdit, ⌊Na-
um,⌋qui onus Aſſyrioꝝ,⌊Abacuc,⌋qui onus Chaldæoꝝ,⌊& Malachias,⌋qui onus Iſrael &
B ſacerdotũ. Et ſubdit de quarto.⌊Porro Zacharias in medio,⌋hoc eſt,nono cap.⌊& circa finẽ⌋
hoc eſt ante finem cap.12.⌊duos huiuſmodi ponit titulos,⌋onus.ſ.⌊ex quibus⌋.ſ. titulis vnus
eſt cap.9.⌊onus verbi dñi in terra Adrach & Damaſci requiei eius,⌋quaſi ibi contra Aſſyrios
prophetat,⌊alter in fine,⌋hoc eſt.12.ſ.⌊onus verbi dñi ſuper Iſrael⌋.ſ.prophetat, quia ibi pro-
phetat conrra Iſrael & ſacerdotes. Et ſubdit de expoſitione hoꝝ.⌊De Naum orationibus tuis,⌋
ô Paula,⌊iam liber æditus eſt,⌋expoſitionis.ſ.⌊de Zacharia & Malachia,ſi vita comes fuerit⌋
propoſito.ſ.⌊differet,⌋per expoſitionem faciendã, Zachariam eñ & Malachiam Exuperio
Toloſano epiſcopo expoſuit,⌊nunc Abacuc,⌋hoc eſt expoſitionẽ Abacuc⌊habemus in ma-
nibus,⌋hoc eſt in operationibus,quã tamen expoſitionẽ non Paulæ,ſed Chromachio direxit.
Et ſubdit de nomine prophetæ,⌊qui⌋.ſ.Abacuc,⌊vel ex eo ꝙ amabilis dñi eſt vocat,⌋ hoc eſt Abacuc
interpretat,⌊amplexatio,⌋amantium eñ eſt amplexari,Deut.33.Beniamin amantiſſimus domi
ni in eo quaſi in thalamo iugiter morabitur,Cant.2.Leua eius ſub capite meo & dextera illius
amplexabit me, ⌊vel⌋ſupple dicit amplexatio, ⌊ꝙ in certamen verboꝝ⌋.ſ.⌊& luctam⌋ ra-
tionum.ſ.iuſtitię,⌊& vt ita dicam,⌋cũ reuerentia ſupple,⌊amplexum,⌋hoc eſt apprehenſionẽ
cũ deo,ac ſi manus ad manus cũ deo ſe apprehendat,ſicut fecit Iacob cum angelo,Geneſis.32.&
Oſee.12.⌊deo congreditur⌋diſputando.ſ.Iob.13.Ad omnipotentem loquar & diſputare cum
deo cupio,his ſupple duabus rationibus,⌊amplexantis⌋.i.luctantis ſortitus eſt nomẽ. Et ſubdit
rationẽ,⌊Nullus eñ⌋ſupple prophetaꝝ ⌊tam audaci voce,⌋Audacia hic dicit non pſumptio, Audacia
nõ timens timenda,ſed cõfidentia reuerentiam altioris nõ attendẽs,ſicut ſæpe ſancti ex cõfiden ꝓpheræ
tia reuerẽtiam diuinæ maieſtatis,quaſi nõ attendẽtes audacter loquunt, ⌊auſus eſt deum ad diſ-
C ceptationem,⌋hoc eſt diſputationẽ,⌊iuſtitiæ prouocare,⌋Contra hoc videt eſſe inſtantia, quia
dicitur Iob.21.Quare impij viuunt,ſublimati ſunt,cõfortatiq; diuitijs? Hierem.12.Quare via im
piorum proſperatur,bene eſt oĩbus qui pũaricantur & inique agunt? Gene.18.Nõ eſt hoc tuum
qui iudicas omnem terram. Et ibidẽ:Abſit à te,vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum im-
pio. Ad hoc dicendũ,ꝙ ſinguli de reuerentia aliquid pmiſerunt,anteq̃ in talia verba prorũperẽt.
Abraham quidẽ,Loquar ad dñm meum,cum ſim puluis & cinis,Iob.21. Ego quando recorda-
tus fuero,pertimeſco,& cõcutit carnem meã tremor,Hier.12. Iuſtus quidem tu es dñe,ſi diſputẽ
tecum. Iſte aũt in prima diſputatione nihil præmittit de reuerẽtia,ſed ſtatim prorumpit in vocẽ
querelæ,dicens,Vſquequo domine,&c. In ſecunda vero diſputatione iam inſtructus à reſponſo
domini,anteq̃ prorumpat in diſputationem,pręmittit,Mundi ſunt oculi tui ne videas malum.
Et ideo ſolus in hac audacia eſſe dicitur,⌊& dicere ei,⌋dño.ſ.per ſenſum,nõ per verba,⌊cur in
rebus humanis⌋publicis.ſ.⌊& mundi iſtius pompa,⌋ quia iudices magis pompa q̃ iuris ordine
præſunt,⌊tanta reꝝ verſetur iniquitas,⌋qua.ſ.bonus opprimitur & malus exaltatur, hoc enim
innuitur his verbis,Vſquequo dñe clamabo,cum bonis,& non exaudies, cũ dicatur in pſalm̃.9.
Deſiderium pauperum exaudiuit dominus,præparationem cordis eoꝝ audiuit auris tua, Pro-
uerb.10.Deſiderium ſuum iuſtis dabitur,⌊vociferabor,⌋hoc eſt querulis vocibus.ſ. ⌊ad te vim
patiens,⌋cum bonis, ⌊& non ſaluabis?⌋ Eſaiæ.33. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, medita-
bor vt columba. Etr iterum ſupple,⌊Quare oſtẽdiſti iniquitatem & laborem⌋bonorum ſcilicet
⌊videre,⌋hoc eſt,annuntiare præuiſam? Libentius eñ fauſta quàm infauſta prænuntiaret. Et

ſæc fuit cauſa quare fugit Ionas,'ne.ſ.ex comparatione pœnitentiæ Niniue, condemnationem D
populi ſui non pœnitētis annuntiare videretur. Et iteꝝ, audacter dicit, ſupple ⌊lacerata eſt lex,⌋
iuſta.ſ.conuerſa in abuſum tyrannidis, ⌊& non peruenit vſq; ad finem iudicium,⌋ hoc eſt vſque
ad debitam cauſæ deciſionem. Et huius ſubiungit cauſam eſſe domini diſſimulationem, ⌊quia
impius præualet aduerſus iuſtum,⌋ te ſcilicet diſſimulante, ⌊Ideo egredit̃ iudicium peruerſum⌋
in cauſarum.ſ.deciſione. Dicit em̃ Gloſſa ad Roma.1.ſuper illud: Non ſolum qui faciunt ea, ſed
& qui conſentiunt facientibus, ꝙ conſentit, qui non contradicit. Poſitis exemplis, arguit, ꝙ auda
cter dicta ſunt, ſubdens. ⌊Vides,⌋ ô Paula vel Chromachi, ⌊q̃ temeraria vox ſit,⌋ hoc eſt, eſſe
videatur, ⌊& quodammodo blaſphemantis,⌋ ſupple ſit vox hæc, ⌊creatorem ſuum ad iudiciū⌋
diſceptationis ſcilicet, ⌊prouocare,⌋ Iob.15. Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi, & loque
ris quod tibi non expedit. Et poſt pauca: Imitaris linguam blaſphemantium. Blaſphemia enim
eſt impoſitio falſi criminis in deum, quod facit qui vias domini æquas non eſſe dicit, Ezechie.18
Dixiſtis, non eſt æqua via domini ⌊& vas fragile,⌋ terreum ſcilicet, ⌊aduerſus figulum,⌋ qui po
teſtatem habet luti, Hierem̃.18. ⌊cur tale vel tale factum ſit,⌋ vrceus vel amphora, fœdum vel
pulchrum, ⌊diſputare,⌋ Roma.9. O homo, tu quis es, qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmē
tum ei qui ſe finxit, quid feciſti me ſic? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa
aliud quidem vas facere in honorem, aliud vero in contumeliam? Et ſubdit de intellectu pro-
Montani damnata hæreſis. phetæ contra Montanum, ⌊Necnon & hoc animaduertendum⌋ ſupple eſt, ⌊ꝙ aſſumptio vel
pondus,⌋ ſiue onus, quo.ſ.intitulatur prophetia, ⌊quæ grauia iam eſſe diximus,⌋ hoc eſt, graui-
tatem ſignificare, ⌊prophetæ⌋ ſcilicet Abacuc, ⌊viſio eſt,⌋ hoc eſt, certa per intellectum com- E
prehenſio, ⌊& aduerſus Montani⌋ hæretici ⌊dogma peruerſum,⌋ qui dixit, ꝙ prophetæ arre-
ptitio ſpū in extaſi mentis neſcientes quid loquerētur, loquuti ſunt, ⌊intelligit⌋ iſte propheta,
⌊quod videt,⌋ Danie.10. Intelligentia opus eſt in viſione, ⌊nec vt amēs⌋ loquitur.i.qui in men-
te non habeat quod dicit.1.ad Corinth.13. Malo quinq; verba loqui ſenſu meo, q̃ decem milia
verborum in lingua, ⌊nec more inſanientium fœminarum,⌋ quæ facilius q̃ viri gaudio vel tri-
ſtitia inſaniūt, ⌊dat ſine mente ſonum,⌋ hoc eſt ſine intellectu, Pſalm̃.84. Audiam quid loqua-
tur in me deus dominus. Hoc autem probat per Apoſtolum, ſubdens, ⌊Vnde & Apoſtolus,⌋
1.ad Corinth.14.ſ. ⌊iubet,⌋ hoc eſt præcipit, ⌊vt ſi prophetantibus alijs,⌋ hoc eſt alijs quibuſ-
dam in eccleſia, ⌊alij,⌋ prius ſcilicet non prophetanti, ⌊fuerit reuelatum⌋ à ſpū ſcilicet prophe-
tico, ⌊taceant qui prius loquebantur,⌋ & dent locum ei qui reuelationem accepit ſupple. ⌊Et
ſtatim ſubiunxit,⌋ Apoſtolus ſcilicet, ⌊Non eſt (inquit) diſſenſionis deus, ſed pacis,⌋ & intelligi-
tur, ꝙ non eſt diſſenſio inter ſpm̃ reuelantis dei, & ſpiritum hominis cui ſit reuelatio, vt.ſ.quan-
do ſpūs dei mouet ad loquendum, ſpiritus hominis loqui nolit, ſed concordia eſt inter vtrunq;
ſpiritum. Et ex hoc arguit, ſubdens, ⌊Ex quo⌋.ſ.dicto Apoſtoli, ⌊intelligit, cum quis,⌋ hoc eſt
aliquis, ⌊ex voluntate⌋ libera ⌊recitet⌋ quando vult, ⌊& alij locum dat ad loquendum⌋ pro li-
bera voluntate, talem ſupple ⌊poſſe & loqui & tacere cum velit, qui autem in extaſi,⌋ hoc eſt in
exceſſu mentis vt arreptitij, ⌊id eſt inuitus,⌋ alio.ſ.cogente, ⌊loquitur, nec tacere in ſua pote-
ſtate habet nec loqui,⌋ Et ſubdit quarto de materia, ⌊Illud quoq; diſce,⌋ ô Paula vel Chroma-
cui, ⌊quia ſemel à me violenter exigis⌋ hoc.ſ.tibi exponi, ⌊vt quaſi quoſdam gradus,⌋ hoc eſt,
per quoſdam gradus, ⌊& ſcalas,⌋ hoc eſt per quaſdam ſcalas, ⌊ad altiora nitenti,⌋ eo ꝙ per hi-
ſtoriam aſcenditur ad allegoriam, & per hiſtoriam & allegoriam ad tropologiam, & per hæc
tria ad anagogiam, per niſum ſiue conatum ſtudētis, ⌊hiſtoriam tibi⌋ qui primus gradus eſt, ⌊in F
terpreter,⌋ hoc eſt exponam. Et alludit ei quod eſt Gene.28. vbi angeli ab inferioribus aſcende-
runt in cœlum per ſcalas, Sicut & exploratores aſcenderunt ad ſuperiora domus Raab, Ioſue.2.
Sic Iudith in ſuperiora domus aſcendit, Iudith.8. Sic gradibus aſcēditur ad templum, Ezech.40
Scias inquam ⌊prophetiam⌋ hanc ſupple eſſe ⌊contra Babylonem⌋ hiſtorialiter, ⌊& Nabucho
donoſor regem Chaldæorum,⌋ de quorum.ſ.onere prophetat. Et ex hoc elicit ordinem ad im
mediate ꝑcedentē ꝓphetā, ſubdēs, ⌊vt qūo prior ꝓpheta Naum,⌋ de q̊ habitū eſt, ⌊quē Abacuc
ſequit̃,⌋ ſecundū ordinē Hebræoꝝ, ⌊vaticiniū habuit cōtra Niniuen,⌋ metropolim.ſ. vbi erat ſe
des regni, ⌊& Aſſyrios⌋.i.regnū Aſſyrioꝝ, ⌊q vaſtauerūt decē tribus⌋ 4.Reg.17. ⌊q̃ vocātur
Iſrael. Iſrael,⌋ eo ꝙ plures tribus filioꝝ Iſrael habebāt, ⌊ita & Abacuc⌋ iſte.ſ.propheta, ⌊prophetiam
habeat⌋ hiſtorialiter ⌊aduerſus Babylonē⌋ metropolim.ſ.& ſedē regni ⌊& Nabuchodonoſor⌋
regē.ſ.Chaldæoꝝ, ⌊à q̄bus,⌋ rege & regno Chaldæoꝝ, ⌊Iudas,⌋ hoc eſt duæ tribus, ⌊& Hie-
Iuda. ruſalē,⌋ metropolis duaꝝ tribuū, ⌊templūq; ſubuerſa ſunt⌋ 4.Reg.vlt. Et ſubdit, probās hoc eē
tēpus iſtius prophetiæ, ⌊Et vt ſcias eo tpe fuiſſe Abacuc.⌋ Quia em̃ reges nō habet in titulo, per
coniecturas oportuit probari tēpus prophetiæ eius, ⌊quo iam duæ tribus, q̃ Iuda vocabantur,⌋
q̄uis em̃ eſſent Iuda & Beniamin & Leui, tñ quia Leui ſacerdotiū habuit, & ideo regibus nō ſub
Abacuc prādium affert Danieli. iacebat & Beniamin principatū nō habuit, ſed Iuda, ideo à Iuda regnū denominat̃, ⌊ductæ erāt
in captiuitatē⌋ à Chaldæis.ſ. ⌊Daniel,⌋ hoc eſt liber Danielis, ⌊docere te poterit,⌋ cap.14. ⌊ad
quem⌋.ſ.Danielem ⌊in lacum leonum Abacuc cum prandio mittitur,⌋ quod non fieret, niſi

Daniel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A Daniel cum duabus tribubus in Babylonem fuiſſet tranſlatus. Et quia infirmitatē habet hæc p̃-
batio, ideo ſubdit, ⌊Quanq̃ apud Hebræos, ⌋apud quos primus fons veritatis eſſe deberet, ⌊hęc
ipſa non legat̃ hiſtoria, ⌋de Abacuc. ſ. & lacu leonū. Et ideo aliter cōfirmat, ſubdens, ⌊Igitur ſi-
ue quis recipit ſcripturam illā ⌋Danielis. ſ. 14. ⌊ſiue nō recipit, ⌋eo. ſ. ꝙ in canone Hebræoꝝ nō
eſt, ⌊vtrunq; pro nobis eſt, ⌋hoc eſt contra nos nō eſt. Et hoc probat, ſubdens ſubdiuiſionem,
⌊aut em̄ recipit, & ⌋ſupple ſequit̃, ꝙ ⌊iam poſt factam rem, ⌋hoc eſt tranſlationem duarū tri-
buū, ⌊liber Abacuc texitur, ⌋& ſic habet̃ propoſitū, ⌊aut non recipit ⌋alia pars diuiſionis, ⌊& ⌋
ſupple tunc ſequitur, quod ⌊quaſi propheta ſcribit, ⌋onera. ſ. Babylonioꝝ, ⌊quæ vētura cognoſ
cit, ⌋& ſic ſupple iteꝝ habet̃ propoſitum, quia tunc onus Babylonis deſcribit propter afflictio
nem duaꝝ tribuum, quæ iam p̃terijt. Sexto ſubdit excuſationem quorundā quæ ponunt̃ in lite-
ra, quæ primo narrat, ſecūdo excuſat, tertio excuſationē per authoritatem Apoſtoli confirmat.
Narrando quinq; ponit, ⌊Interim ſecūdum literā cauſatur, ⌋hoc eſt quærulat̃, ⌊aduerſus deum
propheta, ⌋hoc eſt aduerſus dei diſpoſitionē, ⌊cur Nabuchodonoſor ⌋ prophanus. ſ. ⌊templū
vaſtet & Iudā, ⌋hoc eſt regnum duaꝝ tribuum vaſtare permittat̃, ſecūdo, ⌊cur Hieruſalē vrbs
dn̄i, ⌋quondam à dn̄o electa, ⌊deſtruat̃, ⌋hoc eſt, deſtrui permittatur, tertio, ⌊quare clamet po-
pulus Iudæoꝝ ⌋. ſ. oppreſſus, ⌊& nō audiatur, ⌋hoc eſt exaudiatur à dn̄o. Et hoc vlterius expo-
nit, ſubdens, ſupple cur ⌊vociferetur ad dn̄m ⌋ populus. ſ. ⌊oppreſſus à Chaldæis, ⌋ impijs. ſ. &
iniuſtis, ⌊& nō ſaluet̃. ⌋Et quarto, ⌊quare & ipſe propheta ⌋Abacuc. ſ. ⌊vel populus, ex cuius p̃
ſona loquit̃, ad hoc vixerit, ⌋hoc eſt, ad hoc permiſſus ſit viuere, ⌊& ⌋ id eſt ⌊huc vſq; p̃ductus
ſit, ⌋in vita ſupple, ⌊vt iniquitatē hoſtium ⌋opprimentiū. ſ. ⌊& ſuū, ⌋ hoc eſt ſuoꝝ Iudæoꝝ. ſ.
B ⌊viderit laborem, ⌋hoc eſt oppreſſionē, Et quinto, ⌊cur iniuſtitia p̃ualeat aduerſum ſe, ⌋hoc eſt
ſuos, Chaldæi em̄ iuſtitiam nō habebāt aduerſum Iudæos. Et hoꝝ ſubdit tres excuſationes per
ordinē. ⌊Et hæc dicit præ mentis anguſtia, ⌋Mens autē improprie ſumit̃, mens em̄ ſancti nō
premit̃, cū perturbatio nō cadat in ſapientē, vt dicit Socrates, ⌊neſciens, ⌋ hoc eſt formā neſcien
tis aſſumēs, Simile. 1. Corin. 4. Hæc aūt fratres tranſfiguraui in me & Apollo propter vos, ⌊au-
rum in igne cōflari, ⌋hoc eſt depurari, Sap. 3. Tanq̃ auꝝ in fornace probauit eos, ⌊& tres pue- Cur deus p̃mittat iuſtos affligi ab impijs.
ros, ⌋Danie. 3. ⌊de camino ignis, ⌋hoc eſt de fornace Babylonis, ⌊puriores exiſſe, ⌋ inquantum
iam probati erāt, ⌊q̃ intrauerāt, ⌋tunc em̄ nō erant probati. Secūda excuſatio, ⌊Sed & hoc ge-
neraliter accipere poſſimus, ⌋hoc eſt intelligere, q̄a acceptiua virtus eſt intellectus, ⌊quod ex p̃-
ſona humanę impatientiæ loquat̃. ⌋ Impatientia hic dicit̃ à priuatione actus patientię, non à
priuatione habitus. Et cū duplex ſit actus patientię, vnus ſubſtātialis & alter accidentalis, ſubſtā Patientiæ duplex eſt actus.
tialis quidē (vt dicit Tullius) eſt æquanimis aduerſarioꝝ perpeſſio ſiue toleratio, accidentalis au-
tem eſt in turbatione (quæ propaſſio eſt) diſſimulatio doloris, & hunc ſecūdum actum priuat,
cum dicitur, humanę īpatiētiæ, & non primū. Conceditur em̄ ſanctis, cū in turbatione paſſionis
ſunt, internum animi dolorē per quærelas non excedentes oſtendere, ſicut & dn̄s fecit Matt. 26
Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊vt in querulā vocem & plenā
doloris, ⌋hoc eſt plenum dolorem ſignificantem, ⌊erumpat, ⌋ vi. ſ. doloris cogente, Baruch. 3.
Anima in anguſtijs & ſp̄us anxius clamat ad te dn̄e, ⌊dicens, Quare reſpicis contemptores? ⌋
reſpectu. ſ. proſperitatis, ⌊& taces, ⌋hoc eſt diſſimulas, ⌊conculcante impio, iuſtiorem ſe? ⌋Et
ſubiungit excuſationem tertiam, ⌊Hoc aūt loquitur neſciens, ⌋hoc eſt neſcientis ſiue non aduer
C tentis figuram aſſumens, ⌊iudicia dei inueſtigabilia ⌋ſupple eſſe, ⌊& profundum diuitiaꝝ ſapiē-
tiæ ⌋in ordine. ſ. diuinoꝝ, ⌊& ſcientiæ, ⌋in diſpoſitione humanoꝝ, ⌊eius ⌋. i. dei, Roma. 11. O al-
titudo diuitiaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabi-
les viæ eius, ⌊quod non ita videt deus, ⌋ hoc eſt videndo diſpenſat, ⌊vt videt homo, ⌋Iob. 10.
Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu videbis? ⌊homo tantum præſentia
reſpicit, ⌋1. Regum. 16. Homo videt quæ parent, deus aūt intuetur cor, ⌊deus futura & æterna
cognoſcit, ⌋& ſupple p̄ſentia ad æterna obtinenda diſpenſat. ⌊Et quomodo ſi ægrotus, ⌋ indu
cit ſimile ad declarandum quod dixit, ⌊& æſtuans febribus, ⌋æſtus em̄ febris ſitim prouocat &
deſiderium cōtrarij, frigidi. ſ. & humidi, ⌊aquam frigidam poſtulet, ⌋ quę tunc in p̄ſenti æſtū
febris extinguat, quamuis in poſterū adaugeat, ⌊& dicat ad medicum ⌋rationes. ſ. aſſignās qua-
re poſtulet aquam, ⌊vim patior, ⌋ à dolore. ſ. Eſa. 38. Domine vim patior, reſponde pro me,
⌊crucior ⌋febri. ſ. ⌊exanimor ⌋æſtu. ſ. ⌊vſquequo medice clamabo & non exaudies? ⌋quaſi di
cat, videris eſſe durus, ⌊& reſpondeat ei ſapientiſſimus, ⌋in conſideratione circumſtantiarum fe-
bris, ⌊& clementiſſimus, ⌋ad ægrotum, ⌊medicus, ſcio quo tēpore debeam, q̄d poſtulas dare, ⌋
ſanitati. ſ. ⌊nō miſereor modo, ⌋quia modo obeſſet, ⌊q̄a miſericordia iſta crudelitas ⌋ ſupple eēt
⌊& voluntas tua ⌋quæ. ſ. ex æſtu febris facta eſt, ⌊cōtra te petit, ⌋ hoc eſt cōtra ſanitatē tuam.
Et ſimile adaptat, ſubdens, ⌊ita & dn̄s noſter, ⌋facto ſupple facit & ſi nō verbo dicit, ⌊ſciens cle
mentiæ ſuæ pondera, ⌋quid ſcilicet & cui diſpenſet, ⌊atque menſuras, ⌋ ſcilicet quando diſpen
ſet, Sapientiæ. 11. Omnia in numero & menſura & pondere diſpoſuiſti, ⌊interdum non exaudit
clamorem, ⌋ſecundum. ſ. præſentem ſubuentionem. Et huius ſubiungit duas cauſas, ⌊vt eū pro-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bet,⌟hoc eſt probatum oſtendat,⌞& magis prouocet eum ad rogandum,⌟ Ex hoc eñ ꝙ dif- D
fertur exauditio,deuotius oratur,Et hoc explanat,ſubdens,⌞& quaſi igne excoctũ iuſtiorem &
puriorem faciat,⌟Pſal.16.Igne me examinaſti,& nõ eſt inuenta in me iniquitas. Ad hęc confir-
manda inducit authoritatem Apoſtoli,⌞Quod intelligens Apoſtolus ſecundum id ꝙ miſericor
diam conſequutus eſt à dño⌟.1.ad Timoth.1.Miſericordiam cõſequutus ſum, quia ignorãs fe-
ci,⌞ait⌟2.ad Corin.4.⌞ſed non defecimus,⌟ſupple in tribulatione.Litera noſtra ſic habet, Iu
xta quod miſericordiam cõſequuti ſumus,nõ deficim⁹,ſed abdicamus occulta dedecoris , & tũc
quod ſequitur, ⌞& benedicimus dñm in omni tempore,⌟ eſt de pſal.33.⌞& ſcit,⌟ ſupple illud
Matth.10.&.24.⌞quia qui perſeuerauerit vſq; in finẽ,hic ſaluus erit,& gloriatur⌟ſupple Apo-
ſtolus,⌞in labore & dolore⌟2.ad Corin.12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis,⌞& cum
Hieremia⌟20.ſecundũ Septuaginta,⌞dicit,Tribulationẽ & miſericordiam inuocabo,⌟quod ex
planans,ſubdit,⌞vt quomodo alius inuocat deũ,⌟ſupple pro proſperis,⌞ſic ſanctus vir & bella
tor inuictus,⌟Sapiæ.10.Certamen forte dedit illi vt vinceret,⌞ad exercendũ ſe,⌟ ſupple in vir-
tute,⌞& comprobandũ,⌟hoc eſt probatũ oſtendendũ,⌞tribulationem⌟in corpore, ⌞& miſe-
riam⌟in paupertate,⌞inuenire deſiderat,⌟ Pſal.114. Tribulationem & dolorem inueni,& no-
men domini inuocabo.

## ¶In capitulum primum Abacuc prophetæ enarratio.

ONus quod vidit Abacuc. ⌟ Iſta prophetia in duas partes diuiditur, E
titulum.ſ.& tractatum,Titulus continet tria,materiam.ſ.modũ reuela
tionis & authoritatem. Materia intelligiť per hoc quod dicit,⌞Onus⌟
quod ſignificat maſſam tribulationis opprimentẽ,quam prophetat ſu
per Babylonios,Hiere.23.Vos eſtis onus, proijciam quippe vos, dicit
dñs,Pſal.37.Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me,Threñ.1. Euigi
lauit iugum iniquitatũ eaꝝ in manu eius,conuolutæ ſunt & impoſitæ
collo meo,⌞quod vidit,⌟hoc eſt , certitudinaliter per intellectũ acce-
pit,Eſa.1.Viſio Eſaiæ.Ab hac viſione prophetæ videntes dicebantur
1.Reg.9.Danie.10.Intelligẽtia opus ẽ in viſione,Eccl.48.Spũ magno
Prophetæ cur videntes ſint dicti — vidit vltima,⌞Abacuc propheta,⌟deſcribit ſeipſum à noie & dignitate,vnde certitudinẽ veri-
tatis oſtendit,amplexans eñ deum,tangit eum,& tactu certificat & apprehenſione.Quam ap-
prehenſionẽ ſequi ſe dicit Apoſtolus,Ephe.3.Fratres ego me non arbitror apprehẽdiſſe, ſequor
autem ſi quo modo comprehendam in quo comprehenſus ſum,Cant.8.Dilecte mi apprehen-
dam te,⌞propheta,⌟dicit dignitatem & certificat ſpiritum reuelantem,Sapiæ.8.Spiritus ſapien
tiæ per nationes in animas ſanctas ſe tranſfert,amicos dei & prophetas conſtituit. ⌞Vſquequo
dñe.⌟Hic incipit prophetia,& habet tres partes.Primo eñ proponit querelas populi impatien
tis.Secundo contemplať,,vt audiat reſponſiones conſolantis, infra. 2.cap.ibi, Super cuſtodiam
meam ſtabo.Tertio gratias agit pro beneficio liberationis,infra.3.ibi,Domine audiui. Prima in
tres diuiditur.Primo eñ proponit querelas.Secundo ex reſponſo dñi deſcribit querelarum cau
ſas,ibi,Aſpicite in gentibus.Tertio rogat vt temperentur cauſæ doloꝝ, ibi, Nunquid non tu à F
principio domine.Querelæ tres habent diuerſitates.Primo eñ querebatur , ꝙ per præſentem li
berationem non exauditur.Secũdo,ꝙ ſancti à malis opprimuntur.Tertio,ꝙ ordo omnis iuſti-
tiæ cõfunditur.⌞Vſquequo dñe clamabo?⌟ſupple ad te per cordis deuoti intentionẽ, Pſalñ.12
Vſquequo domine obliuiſceris me in finem,auertis faciem tuam à me? ⌞& non exaudies,⌟ hoc
eſt,vt ita audias ꝙ extra tribulationem me ponas,Iob.30.Clamabo ad te,& non exaudis me,ſto
& nõ reſpicis me,mutatus es mihi in crudelem,& in duritia manus tuæ aduerſaris mihi, Threñ.3
Et cum clamauero & rogauero,excludit orationem meam. Sed quia anxius,non tantum corde,
ſed etiam ore clamat,ſubdit,⌞vociferabor ad te,⌟hoc eſt diuerſis vicibus querelam oſtendam,
⌞vim patiens,⌟& ideo neceſſitatem querulandi habens,Eſaiæ.38.Domine,vim patior,reſpon-
de pro me,Pſalñ.26.Circuibo & immolabo in tabernaculo tuo hoſtiam vociferationis, ⌞& nõ
ſaluabis,⌟Hiereñ.14.Quare futurus es velut vir vagus & fortis qui non poteſt ſaluare? ⌞Qua-
re oſtendiſti mihi?⌟Secunda diuerſitas querelarum,⌞iniquitatem,⌟ malorum.ſ.opprimẽtium,
⌞& laborem⌟bonorum.ſ.oppreſſorum.Senſus eſt,quare permiſiſti me tam diu viuere vt iſta
viderem. Simile.3.Regum.19.vbi Helias exagitatus à Iezabel,petiuit animæ ſuę vt moreretur,
Tobiæ.3.ad exprobrationem vxoris dixit Tobias:Fac mecum miſericordiam & præcipe in pa
ce recipi ſpñ meum.1.Macha.2.Væ mihi,vt quid natus ſum videre contritionem populi mei,
& videre contritionem ciuitatis ſanctæ? Et poſt pauca,ait: Ecce ſancta noſtra & pulchritudo
noſtra deſolata eſt,& coinquinauerunt eam gentes,quo ergo nobis adhuc viuere? Quid autem
ſit videre iniquitatem & laborem,ſubdit,⌞videre prædam,⌟ quo ſcilicet ſancti deprædati ſunt,
Eſaiæ.59.Qui receſſit à malo,prædæ patuit.Et hic fuit labor,⌞& iniuſtitiam⌟ contra me ſupple
factã.

A factam. Et hæc fuit iniquitas, Eccles.4. Vidi calumnias quæ ſub cœlo geruntur, & lachrymas in
nocentium, & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio
deſtitutos, & laudaui magis mortuos q̃ viuentes. Et ſubdit tertiam diuerſitatem. ⌊Quare reſpi-
cis contemptores? ⌋reſpectu.ſ.proſperitatis & felicitatis temporalis, Hiere.12. Quare via impio
rum proſperatur, bene eſt omnibus qui præuaricantur & inique agunt? Iob.12. Abundant taberna-
cula p̄donum, Et ibidem.21. Quare ergo impij viuunt ſublimati cōfortatiq́ꝫ diuitijs? ⌊& taces⌋
hoc eſt diſſimulas, cum iudicare poſſis, ⌊conculcante impio, ⌋rege Babyloniorum vel diabolo, ⌊iu
ſtiorem ſe, ⌋Quamuis enim coram te nullus ſit iuſtus, Eſa.64. Facti ſumus vt immūdi omnes nos,
quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, tamen conculcatus iuſtior eſt conculcante co
ram hominibus, Eſa.57. Non cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens & quaſi non videns. Quod
autem ex hoc confundatur omnis ordo iuſtitiæ, oſtendit ſubdens, ⌊& facies⌋ per hoc ſupple vi
dere ⌊homines⌋ad imaginem tuam factos, ⌊quaſi piſces maris⌋ſupple eſſe, hoc eſt ꝙ non aliā
vel maiorem curam habeas de hominibus q̃ de piſcibus, in quibus maior deuorat minorem, qua
ſi ex lege.1.ad Corinth.9. Nunquid de bobus cura eſt deo, an propter nos hoc vtiq; dicit. Gloſ-
ſa, Quamuis deus curam habeat de omnibus, tamen de irrationabilibus curam non habet vt po
nat eis legem ſicut hominibus, ⌊& quaſi reptilia non habentia ducem, ⌋ hoc eſt legem iuſtitiæ,
qua ducantur & regantur, ſed feruntur ſecundum cōcupiſcentias & iras ſuas, Prouerb. 30. Regē
locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas, ⌊& factum eſt iudicium, ⌋ ſcilicet peruer-
ſum. Et hoc exponens, ſubdit, ⌊& contradictio potentior, ⌋ſupple q̃ iuſtitia. Et eſt ſenſus, ꝙ iu-
dicio recto & iuſtitiæ contradicitur, & contradicens potentior eſt, inualeſcit & obtinet, Amos.5.
B Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati ſunt. Quod plangit
Hieremias cap.15. Væ mihi mater mea, quare me genuiſti virum rixæ, virum diſcordiæ in vni-
uerſa terra. Bellum enim irreconciliabile eſt (vt dicit Auguſtinus) inter veritatem & errorem, dum
ſe & veritas tenet & impietatis error obnititur. Et ꝙ ex hoc ordo rerum confundatur, ſubdit,
⌊propter hoc lacerata eſt lex⌋omnis, ſcilicet naturalis, diuina & poſitiua, & breuiter omnis re-
gula iudicij, Eſa.24. Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum,
propter hoc maledictio vorabit terram. Et bene dicit, lacerata, quia lex iuſtitiæ plena eſt & clara,
niſi per interpretationem violentam laceretur ad iuſtitiam, Eſaiæ. 10. Væ qui condunt leges ini-
quas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerēt cau
ſæ humilium populi mei, ⌊&⌋quia, ſupple lacerata eſt lex, ⌊non peruenit vſq; ad finem, ⌋debi-
tum ſupple, ⌊iudicium, ⌋ Gloſſa, Finis iudicij eſt iuſte iudicare, hoc eſt per ſententiam ius ſuum
vnicuiq; tribuere, cuius oppoſitum ſit, Eſaiæ.59. Propter hoc elongatum eſt à nobis iudicium &
non apprehendet nos iuſtitia. Et repetit cauſam, vt ſciatur hunc ſequi effectū, ⌊propterea egre-
ditur iudicium peruerſum, ⌋per iniquas ſcilicet ſententias, per quas (ſicut dicit Gloſſa) innocens
Chriſtus occiditur, & Barrabas latro dimittitur, Matth.27. Eſa.1. Pupillo nō iudicant, & cauſa vi
duæ nō ingreditur ad illos, Iob.9. Terra data eſt in manus impij, vultū iudicū eius operit. ⌊Aſpi-
cite in gentibus, ⌋reſponſio dñi eſt reſpondētis ad querelas inductas, Reſpōdet aūt primo in vni
uerſali, ſecūdo determinādo ad particulare, ibi, Quia ecce ego ⌊Aſpicite, ⌋ac ſi dicat, tu miraris ꝙ
impius p̄ualet aduerſus iuſtū, ſed tu & alij prophetæ nolite mirari, qa aſpicite, ſupple ea q̃ fiunt,
⌊in gentibus⌋ꝙ.ſ. nulli parco iniquo, Heb.2. Omnis inobedientia iuſtā accepit mercedis retri-
butionem, ⌊& videte, ⌋hoc eſt cōſiderate, & meas vindictas & iniquitates illorum, Eſa. 34. Acce-
C dite gentes & audite & attendite populi orbis & omne germen eius, qa indignatio dñi ſup om-
nes gentes, ⌊& admiramini, ⌋opera.ſ.mea & illorum, ⌊& obſtupeſcite, ⌋Admiratio eſt ſuſpenſio
in magnitudine facti, ſtupor aūt cordis, inſenſibilitas & motus ſecundū ſiſtolem, eo ꝙ nec cau-
ſam nec modū nec rationē facti poteſt inuenire, Hiere.5. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra,
Ecci.43. Terribilis dñs & magnus vehementer & mirabilis potentia ipſius. Quid aūt mirantur,
ſubdit, ⌊quia opus factū eſt in diebus veſtris, ⌋tam grande ſupple in potētia, tam profundum in
ſapientia, ⌊ꝙ nemo credet cū narrabitur, ⌋præ magnitudine.ſ.ipſius. Simile Iohe.1. Audite hęc
ſenes & auribus percipite oēs habitatores terræ, ſi factū eſt iſtud in diebus veſtris & in diebus pa
trū veſtrorum. Hoc aūt eſt ꝙ vna gens p̄ualet ad orbis caſtigationem, q̃ ſtatim propria iniquitate
ruitura ſit, Eſa.10. Ad gentē fallacē mittā eū, & cōtra populū furoris mei mādabo illi, vt auferat
ſpolia & diuidat p̄dam, & ponam illū in conculcationem vt lutum platearum. Ac ſi dicat, primo
quidem omnes ſpoliabit, poſtea cōculcabitur vt lutum. Hoc aūt opus determinat in quinq;, patiē
tia.ſ. ferocitatis, regimine propriæ voluntatis, impetu nocēdi, & ad rapinā velocitatis auiditate,
& vniuerſalitate ſpoliationis, crudelitate inſpectionis & vniuerſalitate ſubiectionis orbis.
⌊Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, ⌋hactenus quieſcentes & quaſi dormientes, qui interpreta
tione nominis vicem dæmonis habent. Chaldæi enim feroces interpretantur, Simile Eſaiæ deci
motertio: Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos qui argentum non quærant, nec aurum velint, ſed ſagit-
tis paruulos interficient, ⌊gentem amarā⌋hoc eſt ad amaritudinē perducentem, Ruth.1. Vocate
me mara, hoc eſt amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens, Threnorum tertio:

Veritatis & falſitatis bellum irrecōciliabile.

Deus peccatori non parcit.

Admiratio. Stupor.

Chaldæus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Repleuit me amaritudine,inebriauit me abſinthio,⌊& velocem⌋ Gloſſa, ad implenda præcepta dei. Ex quo videtur,ꝙ meruerunt,ſed ad hoc dicendum,ꝙ hoc quod præcepit deus, veloces erant ad implendum,ſed non ea intentione,qua deus hoc præcepit. Deus enim ad correctionem præcepit gentiũ caſtigationẽ,illi autem auiditate p̄dæ,& ambitione dominãdi executi ſunt.Eſa. decimo:Ipſe autem non ſic arbitrabit̃, & cor eius non ita æſtimabit, ſed ad conterendũ erit cor eius,& ad internitionem gentiũ non paucaꝝ.Prouerb.1. Pedes eorum ad malũ currũt & feſtinant vt effundant innoxium ſanguinẽ,⌊ambulantem ſuper latitudinẽ terræ⌋ hoc ẽ,non cõtentam finibus ſuis,ſed volentẽ occupare totã terræ latitudinẽ.Iob.1.Circuiui terrã & perambulaui eam.Eſa.5.Væ qui coniungitis domũ ad domũ,& agrum agro copulatis, vſq; ad terminũ loci, Nunquid vos ſoli habitabitis in medio terræ? Quòd aũt intentione prædandi hoc faciant,ſubdit ⌊vt poſſideat tabernacula non ſua,⌋ rapiendo.ſ.& eiiciendo alios à poſſeſſionibus ſuis. Hoc aũt iuſte permiſit deus & voluit,quia q ſuis abutitur iuſtum ẽ, vt à ſuis deiiciatur. Eſa.22. Expellam te de ſtatione tua,& de miniſterio tuo deponam te.Sic angelus domicilium cœli,Adam vero paradiſi perdidit habitaculum.Pſal.51.Propterea deus deſtruet te in finem,euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo,& radicem tuã de terra viuentium.Et ſubdit,ꝙ in crudelitate proprie voluntatis ſequetur ſentẽtiã,⌊horribilis⌋ hoc ẽ,horrendas pœnas inferens, ⌊& terribilis eſt⌋ minis.ſ.& inclamationibus.Eſa.21.Horrui cum audirem,turbatus ſum cum viderem, emarcuit cor meum.Iob.16.Collegit furorem ſuum in me,cõminans mihi infremuit contra me dentibus ſuis, hoſtis meus terribilibus oculis intuitus ẽ me,⌊ex ſemetipſa iudicium eius,⌋ de faciendis ſupple, hoc eſt,nullius conſilio ſapientis,ſed propria regetur voluntate.2.Machab.10.Hi ducem belli animum habent.Imperium enim propriæ malitiæ exequũtur,⌊& onus eius⌋ ſupple quod imponunt aliis grauiſſimę ſeruitutis,⌊egredietur⌋ & ideo ſupple,nec conſilio ſapientium,nec p̄ce bonorum,nec manſuetudine vel miſericordia propria flectetur.Simile.3.Reg.12.Pater meus poſuit ſuper vos iugum graue,ego autem addam ſuper iugum veſtrum.Pater meus cecidit vos flagellis,ego autem cedam vos ſcorpionibus.Acto.15.Hoc eſt onus,quod neq; nos,neq; patres noſtri portare potuimus.Et ſubdit,quàm de facili inducantur ad malum, ⌊leuiores pardis equi eius.⌋ Equus hic p̄ceps in malũ & effrenis impetus dicitur,quo mali facile inducuntur ad mala, quod ſignificat per pardũ qui velox eſt & varius,velox p̄cipiti voluntate, & varius doloſitate. Dañ.7. Ecce alia beſtia quaſi pardus,& alas habebat auis,propter.ſ.velocitatẽ & doli varietatẽ.Oſee.13. Beſtia agri ſcindet eos,⌊& velociores lupis veſpertinis⌋ lupus in die occultatur,& de veſpere famelicus egreditur,ideo propter famẽ p̄dæ tyrãni huius ſeculi lupi veſpertini dicuntur. Sopho.3. Principes eius in medio eius quaſi leones rugiẽtes,iudices eius nõ relinquebãt in mane.De oĩbus his ſimul.Hie.5.Percuſſit eos leo de ſylua,lupꝰ ad veſperã vaſtauit eos,pardꝰ vigilãs ſup ciuitates eoꝝ oĩs q egreſſus fuerit,capiet̃.Sũt ergo leones crudelitate,lupi p̄dæ auiditate, pardi ĩſequẽdi velocitate,⌊& diffundent̃ equites eius⌋ vt.ſ.vbiq; rapiant.Hiere.50.Effuſi eſtis ſicut vituli ſup herbam.Vituli enim per totum effuſi vndiq; viride decerpunt,& hoc faciunt tyranni in temporalibꝰ,& dæmones in ſpũalibus.Et q̃d implacabiles ſint,ſubdit,⌊volabũt⌋ auiditate p̄dæ.ſ.⌊quaſi aquila feſtinans ad comedendum,⌋ de qua dicit Auicenna,ꝙ ad quingentas leucas odorat cadauer & prædã.Deutero.28.Adducet dñs ſuper te gentem de longinquo,& extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu,cuius linguã intelligere non poſſis,gentem procaciſſimam,quæ non deferat ſeni,nec miſereatur paruuli,quæ deuoret fetum iumentoꝝ tuoꝝ, donec intereas.Et ſubdit de auaritia,⌊om̃es ad prædã venient⌋ Hiere.6.A maiore vſq; ad minorem omnes auaritiæ ſtudent,⌊facies eoꝝ⌋ hoc ẽ,præſentia,⌊ventus vrens⌋ per effectũ.ſ.Om̃ia eñ ſicca & arida relinquũt,ſicut vẽtus vrens.Hoc Iohel̃.1.per multa deſcribit̃,& in fine concluditur ſic cap.2.Ante faciem eius ignis vorans,& poſt eũ exurens flãma.Et ſubdit de multitudine captiuoꝝ,& ſubiugatoꝝ diabolo & tyrãnis.⌊Et cõgregabit quaſi harenã captiuitatẽ,⌋ hoc eſt,multos captiuos,hyperbolice per multitudinem harenæ ſignificatos. Vnde gloriando dicit. Eſa.10.Sicut colligunt̃ oua q̃ derelicta ſunt,ſic cõgregaui vniuerſam terram.Et ne credatur,ꝙ aliquis reſiſtat ei potentia,ſubdit de effectu potentiæ eius,vt veꝝ ſit quod dicitur Eccĩ.48.In diebus ſuis non pertimuit principem & potentia nemo vicit illum, ⌊& ipſe de regibus triumphabit⌋ & non tantum de regibus,⌊ſed & tyrãni⌋ de viribus propriis.ſ. præſumentes, ⌊ridiculi eius erũt⌋ hoc ẽ,deriſibiles faciet ſuperãdo eos.Vnde.Eſa.10.gloriatur dicens:Abſtuli terminos populoꝝ,& principes eorum depredatus ſum,& detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes.Eſa. quadrageſimoquinto:Ego ante te ibo,& glorioſos terræ humiliabo.Et ne cõfidat aliquis de munitionibus,ſubdit.⌊Ipſe ſuper omnem munitionẽ ridebit,⌋ ſiue ſit terrea munitio, ſiue ſpiritualis in ſcientiis & opibus.Has enim non curat,aſtutior enim eſt & fortior omni munitione.Threnorum ſecundo:Diſſipauit munitiones eius,& repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. Eſaiæ triceſimoſexto:Aſcendit ſuper omnes ciuitates Iudæ munitas & cœpit eas,⌊& cõportabit aggerem,⌋ hoc eſt, terram ad implenda foſſata,⌊& capiet eam,⌋ Munitio enim ſpiritualis

cito

Margin: D (beside "Repleuit me amaritudine")

Merito deſtituit̃ ſuis q abutit̃.

Margin: E (beside "meum.Iob.16")

Lupus veſpertinꝰ tyrãnus i ſubditos.

Margin: F (beside "uer & prædã.Deutero.28")

A cito capitur per terrenorum appetitum,& per comportationem diuitiaꝝ. Ezech.26. Circunda-
bit te munitionibus & comportabit aggerem in gyro,⌊tunc mutabitur ſpũs eius⌋ ſupple in ſu
perbiam,ſicut mos ſuperborum eſt,ꝙ in proſperis eleuantur. 2. Theſſ.2. Extollitur ſuper omne
quod nominatur aut quod colitur deus,& reatu ſuperbiæ ſpũs humanus, q in ipſo eſt, mutabi-
tur in ſpm̃ ferę,ſicut eſt mos ſuperborum, ꝙ ferales efficiuntur. Daniel.4. Cor eius ab humano Sup̄bia fe-
mutetur,& cor feræ detur ei. Pſal.48.. Homo cũ in honore eſſet,non intellexit,comparatus ẽ iu- roces facit.
mentis inſipientibus,⌊& pertranſibit⌋ à gloria.ſ.in ignominiam deo condemnante. Pſalm̃.36.
Tranſiui,& ecce non erat. Pſal.102. Pertranſibit ſpiritus in illo & non ſubſiſtet,& non cognoſcet
amplius locũ ſuum,⌊& corruet⌋ in mortẽ.ſ.& in infernum. Eſa.13. Quomodo cecidiſti lucifer
qui mane oriebaris,corruiſti in terrã qui vulnerabas gentes. Apoca.18. Cecidit,cecidit Babylon
magna,& facta ẽ habitatio dæmoniorum. Nec eſt mirum ꝙ corruit,quia nullus ſtat in pede ſu-
perbiæ. Pſal.35. Non veniat mihi pes ſuperbiæ,& manus peccatoris non moueat me. Ibi cecide- Sup̄bia in-
rũt,&c. Et cauſam ruinæ ſubdit per ironiam,⌊hæc eſt fortitudo eius,⌋ falſa.ſ.& mendax. Hiere. ſtabilis.
nono: Non glorietur fortis in forritudine ſua. Amos.2. Fortis non obtinebit virturem ſuam,⌊dei
ſui⌋ hoc eſt,quàm (vt credit) dat ſibi deus ſuus Bel vel draco,ſicut & fortes ſeculi ab his quæ co-
lunt,putant ſe habere fortitudinem ſicut à diuitijs,pompa,potentatu & huiuſmodi, ſed quo for-
tiores ſunt,eo citius cadunt. Matth.12.& Luc.11. Si fortior illo ſuperuenerit,intrabit in domum
fortis & alligabit eum. Eſaiæ primo: Erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ,& opus veſtrũ quaſi
ſcintilla,& ſuccendetur vtrũq; ſimul,& non erit qui extinguat. ⌊Nunquid⌋ inſtructus à domi-
B nõ de his,de qbus querebatur,humiliter redit ad confeſſionem veritatis,& ſub modo & habitu
humilitatis mitigationem petit diſpenſationis. Et ideo tria dicuntur,hic.ſ.veritatis confeſſio,libe
rationis petitio,& publicæ iuſtitiæ per diſſimulationem confuſio.⌊Nũquid non tu à principio⌋
ſupple es. Prouerb.octauo: Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quicquã
faceret à principio. Hebræorum primo: Tu in principio domine terram fundaſti, & opera ma-
nuum tuarum ſunt cœli,⌊domine deus meus,⌋ ſupple q me creaſti. Gloſſa, cuius clemẽtia ſub-
ſiſtimus. Hebræorum primo: Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Acto.17. In ipſo viuimus,mo-
uemur & ſumus,⌊ſancte meus⌋ hoc eſt,fortis meus. Exodi decimoquinto: Quis ſimilis tui in
fortibus domine,magnificus in ſanctitate. Hieremiæ decimo: Nõ eſt ſimilis tui domine,magnus
tu & magnum nomen tuum in fortitudine,⌊& non moriemur⌋ te protegente.ſ. ſub tanto ho-
ſte. Ezech.18. Quare moriemini domus Iſrael,quia nolo mortem peccatoris,ſed vt conuertatur
& viuat. Sapientiæ primo: Nolite zelare mortem merore vitæ veſtræ,neq; acquiratis perditio-
nem in operibus manuum veſtrarum,quoniam deus mortem non fecit nec lætatur in perditio-
ne viuorum. Expoſita fide & eleuata ſpe,confitetur diſpenſationis veritatem ſubdens,⌊domine
in iudicium⌋ correptionis,⌊poſuiſti eum⌋ Nabuchodonoſor.ſ.vel diabolum vel quemcũq; ty-
rannum,vt.ſ.iudicium correptionis per eum facias, ſicut per inſtrumentum vltionis tuæ. Eſaiæ
decimo: Virga furoris mei & baculus ipſe eſt. Et poſt pauca: Ad gentem fallacem mittã eum,&
contra populum furoris mei mandabo illi. Et hoc eſt quod ſubdit exponendo,⌊&⌋ id eſt,⌊for
tem⌋ cui nullus poſſit reſiſtere,⌊vt corriperes⌋ ſupple per eum alias gentes,⌊fundaſti eũ⌋ dia-
bolum.ſ.vel Nabuchodonoſor. Dicit autem fundatum,ne facile ſubuerteretur à poteſtate, quia
C ſi poteſtatem amiſiſſet,corripere non poſſet. Amos ſecũdo: Altitudo cedrorum, altitudo eius, &
fortis ipſe quaſi quercus. Hieremiæ duodecimo: Plantaſti eos & radicem miſerunt,proficiũt & fa
ciunt fructum. Et in hoc confitetur intentionem domini diſciplinantis filios. Hebr.13. Quis filius
quem non corripit pater. Pſal.88. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccara
eorum. Sapiẽ.12. Eos qui delinquunt partibus corrigis & admones,vt relicta malitia credãt in te
domine. 2. Machab.6. Non multo tempore ſinere peccatoribus ex ſententia agere,ſed ſtatim vl-
tiones adhibere magni beneficij inditiũ eſt. Et ideo ſubdit ex parte dei ordinantis,vere fidei cõ-
feſſionem.⌊Mũdi ſunt oculi tui⌋ Gloſſa,quibus nihil placet immundũ,⌊ne videas malum⌋ per Deus pec-
approbationem.ſ. In ſignum huius. Gene.4. dicitur: Ad Cain & ad munera eius non reſpexit, cata nõ ꝓ-
⌊& reſpicere ad iniquitatem non poteris⌋ & bene dicit reſpicere. Reſpectus em̃ eſt ad ea quę re bat.
tro ſnnt,poſt deũ aũt ſunt peccatores & peccata. In ſignũ huius, Gene.19. Vxor Loth reſpiciens
retro cõuerſa ẽ in ſtatuã ſalis. Philip.3. Poſterioꝝ oblitus ad anteriora me extendo. Hac veritatis
cõfeſſione poſita,om̃i humilitate reuertit ad quæſtionẽ & admirationẽ diſpẽſationis mundi.
⌊Quare nõ reſpicis ſup iniqua agentes⌋ reſpectu.ſ. illo,de quo dicitur Exod.14. Factũ eſt in vi-
gilia matutina,& reſpexit dñs ſup caſtra Aegyptioꝝ,& ſubuertit rotas curruũ eoꝝ, ferebãturq;
in profundũ. Pſal 24. Reſpice inimicos meos,qm̃ multiplicati ſunt & odio iniquo oderũt me,⌊&
taces⌋ hoc ẽ,diſſimulando ad modũ tacentis te habes,⌊deuorante impio iuſtiorem ſe.⌋ Quãuis
nullus ſit iuſtus apud te. Pſal.142. Nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo om̃is viuens, tamẽ deuoratus
ſecundũ humanã iuſtitiã iuſtior ẽ deuorãte,& tu ad hoc taces,quod mirum videtur. Prouerbioꝝ
viceſimoquinto: Dens putridus & pes lapſus,qui ſperat ſuper infideli in die anguſtię. Et poſt pau
ca: Fons turbatus pede & vena corrupta,iuſtus cadens coram impio. Et cum videantur eſſe mi-

rabilia coram deo,& iniuſta coram homine,ex his videtur turbari ordo & regimen humanę vitæ. ⌞Et facies,⌟ in ordine rerum ſcilicet. ⌞homines rationabiles, ⌞quaſi piſces maris⌟ in ſagenam.ſ.impiorꝝ congregandos.Hieremiæ decimoſexto:Mittam eis piſcatores multos & piſcabuntur eos,⌞& quaſi reptile non habens principem,⌟ ſupple facies homines,quod.ſ. non habet ordinem,niſi conculcandi & proijciendi.Pſal.21.Ego ſum vermis & non homo,opprobriũ hominum & abiectio plebis.Et qualiter hoc fit,ſubdit,⌞totum in hamo ſuo ſubleuauit⌟ Hamus eſt aculeus ſub eſca latens,& ſignificat eos qui ſpe mercedis temporalis vel falſæ promiſſionis ſeducuntur.Eccleſiaſtes.9.Sicut piſces capiuntur hamo,& aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo ,cum eis extemplo ſuperuenerit.Nota aũt ꝙ hamo capiuntur vnus & vnus,quia & Nabuchodonoſor & diabolus trahunt vnũ & vnum,& poſtea plures. Et hoc eſt quod ſequitur,⌞traxit illud in ſagena ſua,⌟ Sagenam vocat magnam extenſionem acquiſitionis & variam.Eccleſiaſtes.7.Sagena cor eius,vincula ſunt manus illius,⌞& congregauit in rete ſuo⌟ Rete ſignificat varias implexiones tentationum & occaſionum peccandi.Iob.18. Immiſit in rete pedes ſuos,& in maculis illius ambulat.Ambulare autẽ eſt quotidie magis ac magis inuolui,⌞ſuper hoc lætabitur⌟ corde ſupple,⌞& exultabit⌞ corpore etiam.Prouerb.2.Lætantur cũ malefecerint,& exultant in rebus peſſimis, ⌞propterea immolabit ſagenæ ſuæ⌟ Gloſſa vult,ꝙ ſagenam vocat deum ſuum,cuius auxilio putabat multiplicari ſibi ſubiectos & captiuos, E ⌞& ſacrificabit reti ſuo⌟ hoc ẽ,partes dabit militibus & miniſtris,quibus alios capiet. Ezech.17. Comprehendetur ſagena mea & expandam ſuper eum rete meum. Cauſam autem delectationis ſubdit,⌞quia in ipſis⌟ ſagena.ſ.& reti,⌞incraſſata eſt pars eius,⌟ hoc eſt,ditatum eſt regnum eius,Nabuchodonoſor vel diaboli. Deuter.32. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, incraſſatus,impinguatus,dilatatus,⌞& cibus eius electus⌟ Electos em̄ diuites & potentes & nobiles deuorat.Hieremiæ quinquageſimoprimo:Abſorbuit me quaſi draco,repleuit vẽtrem ſuum teneritudine mea.Iob quadrageſimoprimo:Abſorbebit fluuium & non mirabitur, & habebit fiduciam,ꝙ Iordanis influat in os eius.⌞Propter hoc ergo⌟ ſupple quia delectatur in talibus, ⌞expãdit ſagenam ſuam⌟ hoc eſt,latam & diffuſam miniſtrorum & exercituum expanſionẽ,quod tam diabolo quàm Nabuchodonoſor competit.Matth.13.Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare,& ex omni genere piſcium congreganti,⌞& ſemper interficere gentes non ceſſat⌟ crudelitate,ſ.propria ſemper ſanguinem ſitiens.Eſaiæ decimo:Ad conterendum erit cor eius,& ad internitionem gentium non paucarum.

¶In capitulum ſecundum enarratio.

SVper cuſtodiam meam ſtabo⌟ Tangitur hic plena reuelatio quæſtionum inductarꝝ,& habet duas partes.Prima eſt deſcriptio reuelationis,& eius cui fit reuelatio.Secunda deſcriptio rei reuelatæ,ibi, Et quomodo vnum, Prima duos paragraphos habet,deſcriptionem.ſ.prophetæ,cui fit reuelatio,ibi,Et reſpondit mihi dominus,& deſcriptionem reuelationis.In primo ſex dicuntur.ſ. cuſtodia ab impedimentis contemplandi,&c.⌞Super cuſtodiam meam ſtabo⌟ hoc eſt mei,ſtabo, hoc eſt,ſtans erectus in virtute,cuſtodiam me ne phantaſiis errorum decipiar,ne peccatis obnubiler,ne põdere corpis opprimar.De primo,Gene.15. Deſcẽderũt volucres ſup cadauera ſacrificiorꝝ Abrahæ,hoc ẽ,muſcæ & veſpæ,ſed abigebat eas Abrahã.Muſcæ iſtæ & veſpę,ſignificãt phãtaſias errorꝝ cõtẽplãti ſe ingerẽtes.Eccl'es.10.Muſcæ moriẽtes perdũt ſuauitatẽ vnguẽti,deuotionẽ em̄ perdũt hmõi phantaſiæ.De ſecũdo,Sapiæ.1.In maliuolã animã nõ introibit ſapiẽtia,nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.De tertio,Sapiæ.9.Corpus quod corrumpitur,aggrauat animam,& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ.Secundum eſt, ⌞& figam gradum meum,⌟ hoc ẽ,pedem meũ,affectus.ſ.& intellectus,⌞ſuper munitionem meam⌟ Duo muniunt prophetam,veritas.ſ.& virtus,gradus intellectus ſtat ſuper veritatem,gradus affectus ſuper virtutem.Sic Salomon.3. Regum.8.Vtrunq; genu fixerat,vt firmius coram domino oraret.Sic Eſdras & Neemias ſuper gradum ligneum ſtabant quem fecerãt ad loquendũ. Neemiæ.8.Sic Daniel.10.dicitur:Sta in gradu tuo.Et ſubdit tertium,⌞& contemplabor⌟ hoc ẽ,virtutes contemplatiuas extendam & erigam.Eſaiæ viceſimoprimo:Contemplare in ſpecula.Specula enim alta eſt,& erectionem virtutum contemplatiuarum ſignificat. Baruch quinto:Sta in excelſo & vide.Lucæ.21 Reſpicite & leuate capita.Et ſubdit quartum,⌞vt videam⌟ hoc eſt, vt videndo diſcernam.Apocalypſis tertio:Inunge collirio oculos tuos vt videas.Collirium autẽ eſt cordis munditia.Matthæi quinto:Beati mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt.Viſio autẽ diuina perficitur,vt ratio purificata ad fidem conuertatur.Acto.15. Fide purificans corda eorꝝ, & fides conuertatur ad intellectũ ſcripturarꝝ.Daniel.10.Intelligentia opus eſt in viſione.Intellectus vero guſtu ſapientiæ formetur. Prouerb.vlt. Guſtauit & vidit ꝙ bona eſt negotiatio eius, Pſal.33.Guſtate & videte.Et ſic guſtãs ſpiritui reuelãti innitatur.Ezech.1.Vbi erat impetus ſpũs illuc gradiebantur.Pſal.142.Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã.Et ſubdit quinto de auditu,⌞quid dicatur mihi⌟ ad mei,ſ.& aliorum inſtructionem.Danielis nono:Intellige verba q̃

ego

Hamus.

Prophetæ duplex pręſidium.

D

E

F

A ego loquor ad te. Ezech.3. Audies ex ore meo verba. 1. Reg.3. Loquere domine, qa audit ſeruus
tuus. Et ſubdit ſexto. ⌊Et qd reſpondeam ad arguentem me.⌋ Ad hoc enim loquitur dominus
vt reſpondeatur ei per obedietiam. Iob.38. Accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te & reſ-
ponde mihi. ¶⌊Et reſpondit mihi dominus & dixit⌋ Ponit hic viſus deſcriptionē in tribus,
in explanatione. ſ. in temporis protelatione, in viſus fidelitate & veritate. ⌊Et reſpōdit mihi do-
minus⌋ ſatisfaciens. ſ. quærenti, ⌊& dixit⌋ ſatisfaciens etiā quæſtioni. Eſa.48. Ego deus docens
te vtilia. Eſa.50. Dominus aperuit mihi aurem, vt audiam eum tanq̄ magiſtrū. ⌊Scribe viſum,⌋
ſpū dei viui. ſ. in cordibus auditorꝝ. 2. ad Corinth.1. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus
noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, quoniam epiſtola eſtis, ſcripta non attamē
to, ſed ſpū dei viui. Hiere.31. Dabo legem meam in corde eorum, & in viſceribus eorꝝ ſcribā eā,
⌊& explana eum⌋ vt intelligantur myſteria quæ latent ſub cortice literæ. Neemiæ.9. Legit Eſ-
dras in libro legis dei, diſtincte & aperte. Sic fecit Chrūs diſcipulis. Luc̨.24. Incipiens à Moyſe
& omnibus prophetis interpretabaꞇ illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant, ⌊ſuper tabu-
las⌋ corraſum à peccatis, planatū virtute per ſtudiū veritatis, inſcriptionem auidum recipere, ta- Cor mundū tabula eſt legis.
bula vocatur, talibus in tabulis digitus dei ſcripſit legem. Exod.31. ⌊vt percurrat⌋ hoc ē, currēdo
facile intelligat, ⌊qui legerit⌋ propter hoc dicitur Eſa.8. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in
eo ſtilo hominis, hoc ē, ad facilem hominis intellectum. Danieꝶ.12. Pertranſibūt plurimi & mul-
tiplex erit ſcientia. Et ſubdit de protelatione viſus, ⌊quia adhuc viſus procul⌋ ſupple eſt. My-
ſtice em̄ non implebiꞇ, niſi in fine temporum. Literaliter vero non niſi impletis peccatis Baby-
B loniorum. Eſa.30. Ecce nomen domini venit de longinquo. Numer.24. Heu quis victurus eſt,
quando hoc faciet dominus? Danielis ſeptimo, Secundū ſeptuaginta, Aſpiciens à longe, ecce vi-
deo dei potentiam venientem. Et ſubdit de viſus fidelitate & veritate, ⌊& apparebit in finem,⌋
hoc eſt finaliter, & ſi ad tempus differatur. 1. Reg.9. Omnia quæ loquitur, abſq; dubio euenient.
Tobiæ vlt. Non excidit verbū domini, ⌊& non mentietur⌋ vt aliquem. ſ. decipiat. Titum.1. Quā
promiſit qui non mentitur deus. Numer.23. Non eſt deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius
hominis vt mutetur. Et ideo ſupple, ⌊ſi moram fecerit⌋ ſupple viſus ad tempus, ⌊expecta eū⌋
ſecurus. Gene.49. Salutare tuum expectabo domine. Threñ.3. Pars mea dominus, dixit anima
mea, propterea expectabo eum, ⌊quia veniens veniet⌋ hoc ē, cōtinue appropinquans. Heb.10.
Adhuc modicum aliquantulum & qui vēturus eſt, veniet & non tardabit. Iuſtus autem meus ex
fide viuet, ꝙ ſi ſubtraxerit ſe non placebit animæ meæ, ⌊& non tardabit⌋ ſicut quidam putant.
2. Petri.3. Non tardat dominus promiſſa ſua, ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter agit propter
vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Et ſubdit de damno non creden-
tium, & vtilitate credentium viſum. ⌊Ecce qui incredulus eſt,⌋ ſupple viſui, Eſa.21. Qui incredu
lus eſt, infideliter agit. Iohan.3. Qui non credit iam iudicatus eſt. Et hoc eſt quod ſeqtur. ⌊Non
erit recta anima eius⌋ Plato dicit, ꝙ rectū proprie ē, q̊d applicatum recto vndiq; tangit & tan-
gitur. Deus autem rectus eſt, quem anima recta vndiq; tangit & tangitur, & quod non ē rectū, Deus rectus eſt.
incuruatur ab ipſo. Pſal.72. Quàm bonus Iſrael deus his qui recto ſunt corde. Cantic.1. Recti di-
ligunt te. Eſa.26. Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulādum. Prouer.11. Iuſtitia recto-
rum liberabit eos, & in inſidijs ſuis capientur iniqui, ⌊in ſemetipſo⌋ hoc dicit, quia ipſe ſibi cauſa
curuitatis eſt. 2. Paralip. vltimo: Incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi,
⌊iuſtus autem⌋ ſiue rectus, ⌊in fide ſua⌋ hoc ē, merito fidei ſuæ, ⌊viuet⌋ ab hoſtibus liberatus.
C Matth.19. Non eſt deus mortuorum ſed viuentium. Iohan.11. Qui credit in me, etiam ſi mortuus
fuerit, viuet. ¶⌊Et quomodo vinum⌋ Tangit hic rem viſam, & habet duas partes. Primo e-
nim deſcribit ambitionis & auaritiæ inſatiabilitatem. Secundo peccantibus in hoc peccato ponit
maledictionem, ibi, Væ qui congregat auaritiam. Prima tres habet paragraphos. ſ. libidinem illi-
cientem, auaritiam inſatiabilem, & peccantium deriſionem. ⌊Et quomodo vinum,⌋ calore. ſ. &
vapore, ⌊potantem⌋ ſe ⌊decipit⌋ ad inſaniam. ſ. conuertendo. Prouerbiorum viceſimotertio:
Ne intuearis vinum quando flaueſcit, & cum ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blande,
& in nouiſſimo mordebit vt coluber. ⌊Sic erit ſuperbus vir,⌋ Nabuchodonoſor. ſ. & quilibet a-
lius, libidine. ſ. dominandi, & cupiditate diuitiarum ad inſaniam deductus. Eſa.28. Præ vino neſ-
cierunt, præ ebrietate errauerunt. Ephe.5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Prouer.31. No-
li regibus ò Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas ⌊&
non decorabitur⌋ Ebrius enim vomit & ſordet, ſic ebrius ambitione in inſaniam beſtiæ conuer
titur. De primo, Eſa.28. Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu, ſordiūq;, ita vt non eſſet locus vltra.
De ſecundo, Daniel.4. Cor eius ab humano mutetur, & cor feræ detur ei. ⌊Quia dilatauit⌋ ſup-
ple ſuperbus vir dilatatione ambitionis & cupiditatis, ⌊quaſi infernus⌋ qui Prouer.30. inter in-
ſatiabilia ponitur, ⌊animam ſuam⌋ hoc eſt, animale deſiderium ſuum. Eſa.30. Præparata eſt ab
heri Tophet, à rege præparata, profunda & dilatata, nutrimenta eius ignis & ligna multa. Eſa 5.
Dilatauit infernus animā ſuā, & aperuit os ſuū abſq; vllo termino, ⌊& ipſe quaſi mors⌋ ſupple ē,
quæ. ſ. non ſatiaꞇ interfectis. Sapiæ.18. Stans in terra repleuit oīa morte, ⌊& non adimplebitur⌋

Gloſſa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gloſſa, Semper em̃ auarus eget, Eccleſ. 5. Auarus non implebit pecunia. Qualiter aũt hoc faciat, D
ſubdit. ⌊Et⌋ id eſt ⌊congregabit ad ſe omnes gentes,⌋ vt omnibus. ſ. dominet, Iudith. 2. Dixit
cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio, ⌊& coaceruabit ad ſe
omnes populos,⌋ ciuitatum. ſ. & oppidoꝝ, vt. ſ. omnium ſpolijs ſuam ſaciaret auaritiam, Eſa. 10
gloriando dicit: Sicut colligunt oua quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego congregaui,
Ezech. 38. Vt diripias ſpolia, & inuadas prędam tu veniſti. Et poſt pauca: Ecce ad diripiendam
prędam congregaſti multitudinem, vt tollas argentum & auꝝ & auferas ſupellectilem atq; ſub
ſtantiam, & diripias manubias infinitas. Et ſubdit de peccati irriſione, & habet duas partes, deri-
ſionem & pœnam. ⌊Nunquid non omnes iſti,⌋ afflicti. ſ. & contriti per eum, ⌊ſuper eũ para-
bolam ſument,⌋ hoc eſt ſimilitudinarium & deriſiuum ſermonẽ? Eſa. 14. Sumes parabolã iſtã
contra gregem Babylonis, & dices: Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributũ? ⌊& loquelã æni
gmatum eius⌋ ſupple ſument, hoc eſt loquelam multaꝝ parabolaꝝ & ænigmatum ſument ad
deridendum eũ, Eſa. 37. Deſpexit te, ſubſannauit te virgo filia Sion, poſt te mouebit caput virgo
filia Hieruſalem. ⌊Et dicet⌋ maledicendo. ſ. tibi & deridendo, ⌊Væ ei qui multiplicat nõ ſua,⌋
.i. qui retinere non poterit quę illicite acquiſiuit, Gloſſa inducit illud Hiere. 17. Perdix fouit quæ
non peperit, fecit diuitias & nõ in iudicio, in medio dieꝝ derelinquet eas, & in nouiſſimo ſuo erit
inſipiens. Vnde dicit Luc. 12. Quæ pręparaſti cuius erunt? Et quia dixit de parabola, ponit ſimi-
litudinem. ⌊Vſquequo etiam aggrauat contra ſe denſum lutũ?⌋ lutum ex terra graue eſt, ex hu-
*Diuitiæ luto comparantur* more immundũ eſt & polluens, ex denſitate tenax eſt, & detinens, & ita opera carnalia & mun-
dana & diuitię carnales & grauant & polluunt & detinẽt hominem ne ad deum veniat, Exod. 1.
& Iudicũ. 5. Filij Iſrael Pharaoni ſeruiebant in operibus luti & lateris, Pſal. 68. Infixus ſum in li-
mo profundi & nõ eſt ſubſtantia, Item pſal. 17. Vt lutum plateaꝝ delebo eos. Hoc aũt quaſi ex E
ratione nititur probare, ſubdens & apoſtrophen ad Babylonem faciens, ⌊Nunquid non repen
te conſurget?⌋ Dionyſius, Repente fit quod fit ſine pręmeditatione, & pręter ſpem, ſicut Mœdi
& Perſæ cõſurrexerunt contra Babylonem, Hiere. 51. Ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonem &
ſuper habitatores eius qui cor ſuum leuauerunt contra me, quaſi ventũ peſtilentem, & mittam
in Babylonem ventilatores qui ventilabũt eam, ⌊qui mordeant te⌋. ſ. Mœdi & Perſæ primo
affligendo, Prouer. 30. Eſt generatio quę pro dentibus habet gladios & commandit molaribus
ſuis vt comedat inopes de terra, ⌊& ſuſcitabunt lacerantes te,⌋ ſecundo ſupple, hoc eſt terras &
regna ab obedientia tua reuocando, vt lacerata in diuerſas partes, poteſtatem amittas, & ſic tan-
dem, tota ſupple ⌊eris in rapinam eis,⌋ Mœdis. ſ. & Perſis, Eſa. 14. Suſcitabo ſup vos Mœdos,
qui argentum nõ quęrãt nec auꝝ velint, ſed ſagittis paruulos interficient. Meritum aũt huius pœ
næ ſubiungit, vt iuſtior ſit condemnatio. ⌊Quia tu ſpoliaſti gentes multas,⌋ ſubiugando eas. ſ.
tibi, ⌊ſpoliabũt te omnes qui reliqui fuerint de populis.⌋ Reliqui de populis humiles dicuntur, &
deiecti & nõ reputati, qui propter paupertatem nihil relinquunt, Eſa. 33. Væ qui prędaris, nonne
prędaberis? & qui ſpernis, nõne & ipſe ſperneris? ⌊propter ſanguinem hoĩs,⌋ hoc eſt humanũ,
quem. ſ. multum fudiſti & maxime Iudæoꝝ & ſanctoꝝ, Oſee. 4. Sanguis ſanguinem tetigit, ⌊&
iniquitatem terræ,⌋ totius. ſ. quam inique ſubieciſti, Eſa. 26. In terra ſanctoꝝ iniqua geſſit, ⌊ciui-
tatis⌋ Hieruſalem. ſ. vel congregationis ſanctoꝝ, Eſa. 64. Ciuitas ſancta tua facta eſt deſerta, Si- F
on deſerta facta eſt, Hieruſalem deſolata eſt, ⌊& hominum,⌋ hoc eſt rationabilium, ⌊habitãtiũ
in ea,⌋ Ciues em̃ dei rationabiles & ſancti ſunt, & hos turbare pc̃m̃ eſt, Pſal. 86. Sicut lætantium
omnium habitatio eſt in te, Tob. 13. Beatus ero ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad vidẽdam clari-
tatem Hieruſalem, ¶ ⌊Væ qui congregat.⌋ Ponit hic exaggerationem peccati ſub intermina-
tione maledictionis. Et quia in quatuor gloriabat Nabuchod. diuitijs, munitionibus, oppreſſioni
bus, & idolis, ideo quatuor ponit maledictiones, quæ per ordinem patent in litera. Quælibet iſta-
rum habet duas partes. ſ. culpæ exaggerationem & pœnæ interminationem. ⌊Væ qui congre-
gat⌋ ex quacunq; acquiſitione, Sap. 15. Exiſtimabant vitam hominis cõpoſitam eſſe ad lucrũ, &
oportere vndecunq;, etiam ex malo acquirere, ⌊auaritiam,⌋ hoc eſt res auare acquiſitas & aua-
re retẽtas, mala acquiſitio fit per rapinam, furtũ, vſuras, fraudes, male retentũ, neceſſitati pauperꝝ
*Cupiditas oim malorum radix* ſubtractum, ⌊malam⌋. ſ. ex mala radice. 1. ad Thim̃. 6. Radix omnium maloꝝ eſt cupiditas, vel
malam, vt dicit Gloſſa, quia eſt cauſa ruinæ domus. Et hoc eſt quod addit, ⌊domui ſuæ.⌋ Eccle
ſiaſtes. 5. Eſt & alia infirmitas peſſima quam vidi ſub ſole, diuitię congregatæ in malũ dñi ſui, pe
reunt em̃ in afflictione peſſima. Generabit filium qui in extrema egeſtate erit. Egens enim filius
ſubuerſio domus eſt, Iob. 18. Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum deſu
per, quaſi rex interitus. Et ſubdit de diuitũ mala intentione, ⌊vt ſit in excelſo⌋ gloriæ. ſ. mundanæ
⌊nidus eius,⌋ Eſa. 22. Excidiſti in excelſo memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. Ec-
ce dñs aſportari te faciet ſicut aſportatur gallus gallinacius, Ab dię. 1. Superbia cordis tui extulit
te, habitantem in ſciſſuris petraꝝ, exaltantem ſolium tuũ. Et ſubdit de falſa ſpe diuitũ, ⌊& libera-
ri ſe putat,⌋ ſupple pretio auaritiæ & faſtu ſuperbiæ, ⌊de manu mali⌋ pręſentis. ſ. vel futuri, Pro
uerb. 6. Zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſq̃ precibus, nec recipiet
pro

A pro redemptione dona plurima, Iob.15. Non credat fruſtra errore deceptus, ꝙ aliquo pretio re-
dimendus ſit. Exaggerata culpa ſubdit pœnam, ⌊cogitaſti confuſionem,⌋ hoc eſt cauſam con-
fuſionis, ⌊domui tuæ,⌋ id eſt ſucceſſioni tuæ, Eſa.14. Præparate filios eius occiſioni in iniquitate
patrũ eoꝝ non cõſurgent, nec hæreditabunt terram, non implebunt faciem orbis ſemine, ſupple
⌊quia concidiſti populos multos,⌋ rapinis .ſ. angarijs & perangerijs, & aliquando occiſionibus,
vt eoꝝ ſpolijs glorioſam tibi faceres domum, Eſa.14. Tu terram tuam diſperdidiſti, tu populũ
occidiſti, non vocabitur in æternum ſemen peſſimoꝝ, ⌊& peccauit anima tua,⌋ ſenſus eſt, Ex in
tentione & delectatione animæ tuæ peccaſti in auaritia, Mich.2. Contra dominũ eſt manus eo-
rum, & concupierunt agros & violenter tulerunt & domos rapuerunt, & calumniabantur virũ,
& domum eius, virum & hæreditatem eius, ⌊quia lapis de pariete clamabit,⌋ hoc eſt, materia
clamoris contra vos erit, eo ꝙ per angarias pauperum poſitus eſt. Simile Luc.19. *Si hi tacuerint*
lapides clamabunt, ⌊& lignum quod inter iuncturas ædificioꝝ eſt,⌋ in domibus pulchris & ta-
bulatis, ligna picta & aurata tegentia iuncturas tabulaꝝ affigi conſueuerunt, quę ſuperflua ſunt
in ædificijs diuitum & male extorquentur, laboribus pauperum, ⌊reſpondebit⌋ peccato veſtro
.ſ. clamando ſuper vos, Sap.5. Armabit creaturam ad vltionẽ inimicoꝝ & pugnabit cum illo
orbis terrarum contra inſenſatos, Hiere.22. Væ qui ædificat domum ſuã in iniuſtitia, & cœnacu
la ſua non in iudicio, Amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem eius non reddidit ei. Qui di
cit, Aedificabo mihi domum latam & cœnacula ſpatioſa, qui aperit ſibi feneſtras & facit laque-
aria cedrina, pingitꝗ ſynopide. ¶ ⌊Væ qui ædificat ciuitatem⌋ Babylonem .ſ. vel quamcunqꝫ.
Et tangit gloriam Nabuchodonoſor in ciuitatibus & munitionibus, ⌊in ſanguinibus,⌋ hoc
B eſt in ſanguine & ſudore paupeꝝ, raptis ab eis, Danie.4. Nonne hęc eſt Babylon ciuitas magna
quam ego ædificaui in domũ regni in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei. Vnde
prima ciuitas ante diluuium ædificata legitur à Caim, vt ex illa opprimeret pauperes, ſicut fratrẽ
ſuum ante occiderat, Gene.4. Poſt diluuium autem prima ædificata fuit à Nemroth & poſte-
ris eius & vocata eſt Babylon, Gene.10. vt ex illa, ſicut robuſti, venationes agerent in innocen-
tes, ⌊& præparat vrbem⌋ munitam .ſ. ⌊in iniquitate,⌋ hoc eſt ad iniquitatem exercendã. Vrbs
ẽm ſonat præſidium, Eſa.25. Poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, Mich.3.
Qui ædificatis Sion in ſanguinibus & Hieruſalem in iniquitate. Et ſubdit pœnam poſt culpam,

Cain prim⁹ ciuitatem cõſtruxit.

Nemroth ædificauit Babylonẽ.

⌊Nunquid nõ hęc ſunt,⌋ ſupple quę dicturus ſum, ⌊à dño exercituum,⌋ ſupple quaſi ſniæ
promulgatę? Eſa.59. Et vidit dominus & malum apparuit in oculis eius, quia non eſt iudiciũ, &
vidit quia non eſt vir, & aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat. Quod aũt ſit à domino, ſubdit,
⌊laborabunt ẽm populi,⌋ afflicti .ſ. temporaliter & æternaliter, Sap.5. Ambulauimus vias diffi-
ciles, laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, ⌊in multo igne,⌋ quem ſibi peccatis ſuccen-
derũt, Eſa.50. Ecce vos omnes ſuccendentes ignem & accincti flammis ambulate in lumine ig-
nis veſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis vobis, de manu mea factum eſt hoc vobis, in dolorib⁹
dormietis, Eſa.66. Vermis eorum non morietur, & ignis eoꝝ non extinguetur. Propter hoc, di-
cit Iſaac in libro diffinitionum, ꝙ tales deprimentur ſub triſti orbe & concremabuntur in igne
magno, ⌊& gentes,⌋ hoc eſt gentiliter viuentes, ⌊in vacuum⌋ ſupple laborabunt congregando
diuitias, Eccleſiaſtes.5. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructus non capiet
ex eis, ⌊&⌋ id eſt quia ⌊deficient,⌋ & diuites & diuitię, Luc.12. Stulte hac nocte repetent animã
C tuam, & quę pręparaſti cuius erunt? Pſal.75. Dormierunt ſomnum ſuum & nihil inuenerũt om
nes viri diuitiarum. Qualiter autem deficiat, ſubdit, ⌊quia replebitur terra,⌋ hoc eſt homines ha
bitantes in terra, ⌊vt cognoſcat gloriam domini,⌋ id eſt vt cognoſcibiliter omnibus appareat
potentia maieſtatis domini in contritione Babylonis, Eſa.40. Reuelabitur gloria domini & vi-
debit omnis caro pariter quod os domini loquutum eſt. Et huius glorię deſcribit abundantiam,
ſubdens, ⌊quaſi aquę operientes mare,⌋ hoc ẽ fundum & alueum maris implentes, ita ꝙ exube
ret, ſicut facit mare in effluxu. Et vult dicere ꝙ fama victorię ſuper iniquos vndiqꝫ prædicabit,
Eſa.10. Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam, conſummationem ẽm & abbreuiationẽ
dominus deus exercituum faciet in medio omnis terrę, Eccĩ.24. Factus eſt mihi trames abundans
& fluuius meus ad mare appropinquauit. ¶ ⌊Væ qui potum dat.⌋ Tangit hic ꝙ per oppreſſio
nem, calicem amaritudinis omnibus propinauit, & exaggerat culpam & poſtea interminat pœ
nam, ⌊Væ qui potum dat,⌋ amaritudinis .ſ. & afflictionis, ⌊amico ſuo,⌋ amicus intelligitur om-
nis homo qui inimicitias non agit, Hiere.25. *Sume calicem furoris vini huius de manu mea, & ꝓ*
pinabis de eo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent & turbabuntur & inſanient à
facie gladij, quem ego mittam inter eos, ⌊mittens fel ſuum,⌋ id eſt amaritudinem in potũ, ⌊&
inebrians,⌋ hoc eſt ad tantam anguſtiam perducens vt inſaniant ſicut ebrij, Deut.32. Fel draco-
num vinum eorum & venenum aſpidum inſanabile, Threñ.3. Repleuit me amaritudine, inebria
uit me abſinthio. Hoc peccatũ proprie tyrannoꝝ eſt & maloꝝ pręlatorum, ⌊vt aſpiciat nudita
tem eius,⌋ hoc eſt in tantum ſpolians ꝙ nudus appareat, etiam interulam non relinquendo, Iob
24. Nudis & incedentibus abſqꝫ veſtitu & eſurientibus tulerunt ſpicas, hoc eſt pauperes mani-
R pulos.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pulos. Et ſubdit pœnam, ⌊repletus eſt ignominia pro gloria, ⌋& poteſt legi cum præcedēti vel D
cum conſequenti. Si cum præcedenti, ſenſus eſt, cuius aſpicis nuditatem, repletus eſt ignominia
pro gloria, quam ei debuiſti exhibere & facere, Eſa. 20. Minauit rex Aſſyriorum captiuitatem
Aegypti & tranſmigrationem Aethiopiæ, iuuenem & ſenem, nudam & diſcalciatam & diſco-
opertis natibus ad ignominiam Aegypti. Cum ſequenti legitur ſic, tu tyranne & depopulator
repletus ignominia pro gloria quam habuiſti, ⌊bibe tu quoq;, ⌋Hiere. 25. dicitur: Et rex Seſach,
hoc eſt Babylonis, bibet poſt eos, Oſee. 4. Gloriam eorum in ignominiam cōmutabo. 1. Mach. 1
Secundum gloriam eius ita & ignominia eius, De potu, Hieremiæ. 25. Bibite & inebriamini &
vomite & cadite & nolite cōſurgere, ⌊& conſopire, ⌋vt. ſ. nec motū nec ſenſum habeas præ an-
guſtia ſicut ebrius, Prouerb. 25. Eris quaſi dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator
amiſſo clauo. Vnde aūt ſic inebrietur, ſubdit, ſupple quia ⌊circumdabit te, ⌋ vndiq; ſupple, ⌊ca-
lix, ⌋iræ. ſ. & furoris, ⌊dexteræ dñi ⌋hoc eſt quē tota virtute dexteræ tibi propinauit, Eſaiæ. 51.
Vſq; ad fundū calicis ſoporis bibiſti, ⌊& vomitus ignominiæ, ⌋hoc ē ignominioſus ſupple erit,
⌊ſuꝑ gloriam tuā, ⌋ſuꝑ, notat oppreſſionē, gloria aūt gloriationē, qua de ſpolijs gloriabat̃, Vo-
mitus vero violētam & difficilē redditionē eoꝝ quę abſtulerat, Eſa. 28. Omnes menſæ repletæ
ſunt vomitu, ſordiumq;, ita vt nō eſſet locus vltra, Iob. 20. Diuitias quas deuorauit, euomet, de vē
tre eius extrahet eas deus. Et vt iuſtior ſit pœna, repetit culpā, ⌊quia iniquitas Lybani, ⌋hoc eſt,
quā exercuiſti in Lybano, id eſt in ædificato templo de lignis Lybani, ⌊operiet te, ⌋in pœna. ſ.
1. ad Corin. 3. Si quis templū dei violauerit, diſperdet illū deus, ⌊& vaſtitas animalium, ⌋quia. ſ.
vaſtaſti animalia ad ritus ſacrificioꝝ pertinentia, ⌊deterrebit te, ⌋id eſt ad terrorem pœnarum
æternaꝝ te adducet. Alludit ei quod dicitur Eſa. 40. Ecce Lybanus nō ſufficiet ad ſuccēdēdum E
& animalia eius nō ſufficient ad holocauſtū, ⌊de ſanguinibus hominis⌋ ſupple effuſis innocen
ter, Gene. 9. Sanguinē animaꝝ veſtraꝝ requirā de manu cunctaꝝ beſtiaꝝ. Et paulo poſt. Qui-
cunq; effuderit ſanguinē humanū, fundetur ſanguis illius, ⌊& iniquitate terrę, ⌋ quā. ſ. in omnes
exercuiſti, Eſa. 26. In terra ſanctorum iniqua geſſit, non videbit gloriā dñi, ⌊& ciuitatis, ⌋quam. ſ.
ſuccendiſti & euertiſti, Eſa. 64. Ecce dñe, reſpice, populus tuus oēs nos, ciuitas ſancta tua facta
eſt deſerta, ⌊& omniū habitantiū in ea, ⌋quos de hereditate eoꝝ eieciſti & exagitaſti, Eſaiæ. 24
Deſerta eſt oīs lætitia, tranſlatū eſt gaudiū terrę, relicta eſt in vrbe ſolitudo & calamitas oppri-
mens portas, Eſa. 21. Qui depopulator eſt, vaſtat. ¶ ⌊Quid prodeſt ſculptile, ⌋deteſtatio eſt ido-
lolatrię, & oſtendit ꝙ Nabuchodonoſor idolum nihil profuit, et oſtendit rationē, ⌊quia ſculpſit
illud fictor ſuus. ⌋Et eſt ſenſus, Quid prodeſſe poterit quod fictore ſuo impotentius eſt? Et bene
dico, quid prodeſt, nō eñ ſculpſit deum, ſed in materia, ⌊conflatile, ⌋& in forma, ⌊imaginē fal
ſam, ⌋id eñ quod viuit, nō conflatile, ſed generabile eſt, nec imago eius et mēbroꝝ falſa eſt, ſed
quęlibet figura vitę quandā ſignificat operationē & ꝑ membrū illud exhibet eam, et exercet, in
Ignauus episcopus idolum est. idolo aūt omnes figurę falſæ ſunt, quia nihil operationis exhibent. Sic eſt de idolis epiſcopoꝝ &
pręlatoꝝ quę hodie fiunt, qui nullam ſui gradus exhibent operationē, Zach. 11. O paſtor & ido-
lum derelinquens gregē, Sap. 13. Infelices ſunt & inter mortuos ſpes illoꝝ eſt, qui appellauerunt
deos opera manuum hominū, ⌊quia ſperauit in figmento fictor eius, ⌋ quod valde eſt irrationa
bile, quia figmento fictor potentior eſt. Tamen hoc videmus, ꝙ pręlati qui fiunt manibus homi
num, ad hoc fiunt ꝙ fictores aliquid ſperāt ab eis, Sap. 13. Pro ſanitate infirmū deprecat̃, & pro F
Simulacra muta. vita rogat mortuū & in adiutoriū inuocat inutilem, ⌊vt faceret ſimulachra muta. ⌋ Dupliciter
muta dicunt̃, qa. ſ. inuocantibus nō r̃ndent, nec verbo nec effectu exauditionis. 3. Reg. 18. de pro
phetis Baal dicitur, ꝙ prophetantibus illis ſiue orantibus venerat tempus quo ſacrificiū offerri ſo
lebat, nec audiebat̃ vox nec aliquis reſpondebat nec attendebant orātes. Vel dicunt̃ muta ſicut li
nea muta, qua poſita non ratiocinamur, vt dicit Euclides, Poſito eñ idolo pro deo, nihil ratioci-
nari poteſt de diuinitate ipſius. 1. ad Corin. 10. Scimus quoniā idolū nihil eſt in mundo, & q̄ im
molant gentes, dæmonijs immolant & nō deo, & ideo ſupple ⌊væ⌋ ei, ſupple qui dicit, ⌊ligno
expergiſcere, ⌋cū. ſ. ſit mortuum & mutū quod euigilare nō poteſt, & nullū actum diuinitatis ad
exteriora exercere, Eſa. 43. De reliquo ligni idolū faciam, ante truncū ligni procidā, pars eius ci-
nis eſt, cor inſipiens adorabit illud. Et væ ſupple illi qui dicit, ⌊ſurge lapidi tacenti, ⌋ hoc eſt mor
tuo & muto, Danie. 14. Iſte eſt intrinſecus luteus, forinſecus æreus, neq; comedit aliquādo. Ido-
la eñ nec ſurgere, hoc eſt ſurſum ſe agere nec iuuare aliquem poſſunt, Iob. 41. Ecce cor eius qua
ſi lapis indurabitur, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. Tales ſunt (vt dicit Euſtratius) mali
ꝓlati locū dei obtinentes, nihil niſi idolum paſtoris exhibentes, qui non beſtijs ſimiles, ſed arbo-
rei ſunt & lapidei, nihil vitæ nec ſenſus habentes. 1. Reg. 25. Emortuum eſt cor eius intrinſecus &
factū eſt quaſi lapis. Et hoc eſt quod ſequit̃, ⌊Nunquid ipſe docere poterit, ⌋ lapis. ſ. vel lapide-
us, dei eñ vel eius qui loco dei eſt, docere eſt, Matth. 23. Vnus eſt magiſter veſter qui in cœlis ē,
Sapien. 7. Omnium eñ artifex docuit me ſapientia. Similiter epiſcopatus officium doctrinæ eſt,
ſimia autem, quę ſimilitudo hominis eſt, vt dicit Ariſto. non docet, & ſi in cathedra aliquando ſe
deat, Bernardus ad Eugenium: Audi canticum meum ſimia in tecto, rex fatuus in ſolio iudicij.

⌊Ecce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ⌊Ecce ipſe⌋lapis.ſ.⌊coopertus eſt auro & argento,⌋vt pretioſitate metalli opinionem diuini-
tatis mentiaſ,⌊& omnis ſpūs non eſt,⌋hoc eſt,nullus ſpūs eſt,⌊in viſceribus eius,⌋hoc ē in in-
trinſecis eius, & vitalibus,quia & ſi tales apud exteriores viuere videantur , intus tamen mortui
ſunt in cōſcientia.1.ad Timoth.5.Vidua in delitijs viuens,mortua eſt. Exo.12. Non erat domus
in qua non iaceret mortuus.Per contrarium aūt dicit de domino,⌊Dominus autē,⌋ ſupple eſt
⌊in templo ſancto ſuo,⌋corporis.ſ.quod aſſumpſit & vteri virginalis quem ſacrauit & ſanctæ
animæ quam inhabitat,Hiere.7. Templum dn̄i,templum dn̄i,templum dn̄i eſt. Et etiam in tē-
plo,quod domus orationis eſt,per propitiationem & per ſacramentorum effectum, Pſalm̄.17.
Exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam,⌊ſileat,⌋ita.ſ.ꝙ de nullo alio deo vnquam fiat
mentio,⌊à facie eius,⌋hoc eſt à præſentia eius,⌊omnis terra,⌋per methonomiam,hoc eſt om
nes habitantes in terra,Hiere.10.Inter cunctos ſapientes gentiū & in vniuerſis regnis eoꝝ nullus
eſt ſimilis tui,pariter inſipientes & fatui probabuntur doctrina vanitatis eoꝝ lignum argento in
uolutum.Propter quod dicit Philip.2.ꝙ abiectis idolis ,in nomine dn̄i noſtri Ieſu Chriſti om-
ne genu flectaſ,cœleſtiū,terreſtriū & infernoꝝ & omnis lingua confiteatur,quia dn̄s Ieſus Chri
ſtus in dextera eſt dei patris.Ipſe em̄ non tantum ſpm̄ habet,ſed ſpūs eſt omnia viuificās,Ioh.6
Spiritus eſt qui viuificat,Iohan.1.In ipſo vita erat,Gloſſa Ambro. ſicut in cauſa.Idolum aūt (vt
dicit Hierony.)etſi dæmonem habeat extra præſidentem,tamen ꝑ dæmonem intus non viuifi-
catur,Pſal.95.Omnes dij gentium dæmonia,dn̄s autem cœlos fecit.

¶In capitulum tertium enarratio.

DOmine audiui.⌋Capituli iſtius titulus eſt,Oratio Abacuc pro ignorationibꝰ. Et
B differt ignoratio ab ignorantia.Ignorantia em̄ priuationem ſcientiæ debitæ di-
cit & voluntariam,propter quod peccatum eſt.1.ad Corint.14.Qui ignorat,ig-
norabitur,Roma.2.ſuper illud,An ignoras quoniam benignitas dei ad pœniten
tiam te adducit,dicit Gloſſa,Grauiſſime peccas ſi ignoras.Ignoratio aūt priua-
tionē actus dicit, q̄ eſt nō aduertere & pertractare & conſiderare, quod frequen
ter accidit ſanctis ꝓpter dolorē vel turbationē,ꝙ aduertere & ꝑtractare nō poſſunt iudicia dei.
Vnde Iob.19.Nempe etſi ignoraui,mecum erit ignorantia mea.Et quia Abacuc ex compaſſio-
ne populi non potuit aduertere iudicia dei quæ abyſſus multa ſunt,aliquid videbatur temere lo-
quutus contra ea,quando dixit:Taces conculcante impio iuſtiorem ſe,Iob vlt.Inſipienter locu-
tus ſum & quæ vltra modum excedunt ſcientiam meam.Propter hoc iſtud capitulum per mo-
dum orationis inducit pro venia ignorationum,Pſal.24.Delicta iuuentutis meæ & ignorantias
meas ne memineris.⌊Domine audiui.⌋In tres partes diuiditur capitulum.In prima oſtendit ex
cellentiam operum diuinorum.In ſecunda deſtructionem Babyloniorum,ibi, Pro iniquitate vi
di tentoria Aethiopiæ . In tertia liberationem ſanctorum, ibi,Viam feciſti in mari equis tuis. In
prima tria facit,miratur.ſ.magnitudinem diuinorum operum.Secundo oſtendit terribilitatē eo
rum,ibi,Deus ab auſtro veniet. Tertio deſcribit effectum, ibi, Abſcondita eſt fortitudo eius. In
prima præterita miratur,futura ſimilia precatur.In tertio dei iudicia iuſta eſſe confitetur. ⌊Do-
mine⌋vniuerſorum.ſ.Heſter.13.Dominus vniuerſoꝝ tu es,⌊audiui⌋exterius & interius, intus à
ſpiritu,extra per ſcripturam,Luc.12.Multi reges & prophetæ voluerunt audire quæ auditis,&
non audierunt,Abdiæ:Auditum audiuimus à domino,& legatus ad gentes miſſus eſt,⌊auditio-
nem tuam⌋materialiter,hoc eſt talia in quibus tua apparet potentia.ſ.ꝙ ſemper contriuiſti ſu-
C perbos & liberaſti humiles,Eſa.21.Horrui cum audirem,turbatus ſum cum viderem , emarcuit
cor meum.Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& timui,⌋ Septuaginta, Domine audiui auditum tuum,
& timui , domine conſideraui opera tua & obſtupui.ſ.in deſtructione malorum & liberatione
bonorum,In cathacliſmo,Gene.7.In Pentapoli,Gene.19.In liberatione filiorum Iſrael de Ae-
gypto,Gene.15.In deiectione luciferi de cœlo,Eſa.14.Quæ omnia ſimul dicit Petrus.2. Petri.2
Et concludit ſic,Nouit igitur deus pios de tentatione eripere,iniquos vero in diem iudicij cruci-
andos reſeruare,Hebræ.2.Si omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam accepit mercedis retri-
butionem,quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem? Hæc enim magna ope-
ra domini ſunt,ſuſtinere iniquos vt purgentur electi,& poſtea in æternum condemnentur ma-
li,Pſal.110.Magna opera domini,exquiſita in omnes voluntates eius,Sapiæ.17.Magna em̄ ſunt
iudicia tua domine,& inenarrabilia verba tua.Et quod dicit,timui,intelligitur de timore admira
tionis & reuerentiæ,ſicut diſcipuli videntes dominū tranſfiguratum,timuerunt,Matth.17.Pſal.
54.Timor & tremor venerunt ſuper me.Et petit ſimilia fieri in futuro,ſicut factum eſt in præ-
terito,ſubdens,⌊domine opus tuum⌋ſupple quod audiui,tantæ maieſtatis & potentiæ, vt nulli
aſcribi poſſit niſi tibi,Ecci.43.Qui nauigant mare,enarrāt pericula eius,& audientes auribus no-
ſtris admirabimur illic præclara opera & mirabilia.Mare em̄ mundum ſignificat,nauigatio ma
ris paſſiones ſanctorum,præclara opera apparent in gubernatione mundi,& liberatione ab ini-
quis & maxime in opere incarnationis,quod ſpiritualiter opus dei eſt, in quo totum mundum li
berauit,Eſa.26.Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine,Pſal.73.Operatus eſt ſalutē in

medio terræ,Ecci.43.In omnibus gloriantes,ad quid valebimus?Ipſe em̃ omnipotens ſup̃ om D
nia opera ſua.Sed quia antiqua potentiæ opera tempore afflictionis ſanctorum videbãtur eſſe
ſopita & mortua propter longam diſſimulationem,ideo ſubdit petendo, ⌊in medio annorũ vi-
uifica illud,⌋medium annorum vocat,quia ſic à principio mundi ſunt magna opera oſtenſa , &
in fine oſtendenda in mundi condemnatione, petit ꝙ in medio tempore in quo ſancti tribulan
tur,ab iniquis ex dei diſſimulatione,viuificetur opus in deſtructione malorum & liberatione bo
norum,Simile Eſaiæ.52.Conſurge,conſurge,induere fortitudinem brachium domini, conſurge
ſicut in diebus antiquis in generationibus ſeculorum. Nunquid tu non percuſſiſti ſuperbũ, vul-
neraſti draconem?Et ad conſolationem ſanctorum ſubdit prophetando.⌊In medio annorum
notum facies,⌋ſupple opus tuum,hoc eſt in medio mundi decurſu notam facies deſtructionem
Babyloniorum,& eorum qui torquent ſanctos,Eccleſiaſtici.36.Glorifica manum & brachium
dextrum,excita furorem & effunde iram,extolle aduerſarium & affige inimicum, ⌊cum iratus
fueris,⌋tuis ſupple,vt corripias eos, ⌊miſericordiæ recordaberis,⌋ in liberatione & purgatione
ipſorum.2.Macha.6.Corripiens in aduerſis populum ſuum non derelinquet,Thren̄.3. Miſeri-
cordia domini, quia non ſumus conſumpti,quia non defecerunt miſerationes eius,Pſal.76.Aut
obliuiſcetur miſereri deus,aut continebit in ira miſericordias ſuas . Bernardus : Iucundum plane
iudicium,vt ille iniquus omnium humilium malleator,etiam nolens fabricet eis coronas perpe-
tuas,dum omnes tentat & ab omnibus ſuperatur,Pſalm̃.128.Sæpe expugnauerũt me à iuuentu
te mea,etenim non potuerunt mihi,ſupple præualere,Supra dorſum meum fabricauerunt pec-
catores,prolongauerunt iniquitatem ſibi,ſupple non mihi. Et ſubdit vnde hoc iudicium & hæc
miſericordia oriatur. ⌊Deus ab auſtro veniet,⌋ per auſtrum quæ regio luminis eſt & caloris,
Iob.37.Nonne veſtimenta tua calida ſunt cum perflata fuerit terra auſtro?Et vult dicere ꝙ ple- E
no lumine veritatis & pleno calore charitatis orietur,Iob.38.Per quam viam ſpargitur lux,diui-
ditur æſtus ſuper terram,⌊& ſanctus,⌋hoc eſt fortis cui nihil reſiſtere poſſit, ⌊de monte Pha-
Pharan. ran,⌋Pharan os videntis interpretatur,Deute.33.Apparuit de monte Pharan,& cum eo ſancto
rum milia.Eſt em̃ Pharan proximus mons monti Sinai,in quo data eſt lex,ſicut dicta prophe-
tarum proxima ſunt legi,Ecci.36.Da teſtimonium,quia ab initio creaturæ tuæ ſunt,& ſuſcita p̃-
cationes quas loquuti ſunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem domine ſuſtinenti-
bus te,vt prophetæ tui fideles inueniantur,Septuaginta,De monte vmbroſo & condenſo. Et ſi
gnificatur obſcuritas eloquij prophetalis & condenſitas multiplicis intellectus. In qua autẽ glo-
ria oriatur,ſubdit.⌊Operuit cœlos gloria eius,⌋Septuaginta,maieſtas. Et per cœlos intelligit cœ
leſtes angelos qui mittuntur ad conſolationem bonorum & in deſtructionem malorum, Iudi.5
De cœlo dimicatum eſt contra eos, ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo contra Siſaram pu-
gnauerunt,Baruch.3.Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis & lætatæ ſunt, vocatæ ſunt,
& dixerunt,aſſumus,& luxerunt cum iucunditate qui fecit eas,Hebræ.1. Omnes ſunt adminiſtra
torij ſpũs,in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis,⌊& laudis eis plena
eſt terra,⌋Omnis em̃ terra laudat deum de vindicta malorum. Vnde contrito rege Babylonio
rum,Eſa.14.dicitur:Conquieuit & ſiluit omnis terra,gauiſa eſt & exultauit,Apoca.18.Exulta ſu
per eum cœlum,& ſancti apoſtoli & prophetæ, quoniam iudicauit deus iudicium veſtrum de F
illa,⌊Splendor eius,⌋Tangit gloriam exercitus venientis ad imperium dñi,⌊Splendor eius,⌋ in
gloria.ſ.& apparatu exercitus, In armis,ſcutis & huiuſmodi. Vel forte melius, ſplendor dicit cla
ritas iuſtitiæ quæ tunc apparebit, Malach.4. Vobis timentibus nomen meũ, orietur ſol iuſtitiæ
& ſanitas in pennis eius.1.ad Corint.4.Illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit cõ
ſilia cordium . Et hoc eſt quod ſequitur , ⌊vt lex erit,⌋ vel quaſi lux. Et quamuis hoc de Cyro
poſſit intelligi,tamen verius intelligitur de Chriſto,vterq; tamen fuit lux,hoc eſt conſolatio mul-
torum,Eſa.49.Dedi te in lucem gentium,vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ,Iohan.1.Erat
lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,⌊cornua in manibus
eius,⌋cornua quia ventilant & corona capitis ſunt in animali, regna ſignificant, quæ literaliter
Cyro ſubdenda eſſe dicuntur,& ſpiritualiter Chriſto,Pſalm̃.74.Nolite extollere in altum cor-
nu veſtrum,hoc ſignificatur.4.Regum vlt.vbi dicitur,ꝙ Sedechias fecit ſibi cornua,& dixit:His
ventilabis Syriam donec deleas eam,Zacha.1.Leuaui oculos meos,& vidi,& ecce quatuor cor-
nua.Et dixi angelo qui loquebatur in me:Quid ſunt hæc?Et dixit ad me:Hæc ſunt cornua quæ
ventilauerunt Iudam & Iſrael & Hieruſalem.Et intelligit de poteſtatibus regnorum, Pſalm̃.74.
Omnia cornua peccatorum confringam & exaltabuntur cornua iuſti, Cyri.ſ.& Chriſti. Gloſ-
Cornua in manibus Chriſti. ſa tamen allegorice exponit hoc de Chriſto,dicens ꝙ cornua ſunt trophea crucis , & ꝙ ſit ſen-
ſus,Cornua in manibus eius.i.manus eius in cornibus,per figuram quæ dicitur hypallage, Chri
ſti enim manus affixæ fuerunt angulis crucis,Zachariæ decimotertio : Quid ſunt plagæ iſtæ in
medio manuum tuarum? Eſaiæ quadrageſimonono:Ecce in manibus meis deſcripſi te . Vocat
enim deſcriptionem,vulnerum infixionem.Quanta autem fortitudo ſit,ſubiungit & probat per
effectum

A effectum dicens,⌊ibi abſcondita eſt fortitudo eius,⌋ſenſus eſt, Abſcõdita fortitudo eius eſt ibi,
hoc eſt latens fortitudo dei eſt in Cyro,qui primo nihil reputabatur,vel in Chriſto , qui exina-
niuit ſemetipſum formam ſerui accipiens,Philip.2.Hic eſt enim fortis,de quo dicitur Lucę.11.Si
fortior illo ſuperuenerit,intrabit in domum fortis & alligabit eum . Si autem de Cyro intelligi-
tur,concordantia eſt,Hieremię.46.Fortis impegit in fortem & ambo pariter conciderunt,Na-
buchodonoſor.ſ.primo & Cyrus poſtea.Effectum autem fortitudinis ſubdit,⌊ante faciem eius
ibit mors,⌋mortem vocat Nabuchodonoſor vel diabolum,eo ꝙ mortem induxit,Abacuc ſecũ
do:Ipſe quaſi mors & non adimplebitur,Oſee decimotertio:Ero mors tua ò mors, morſus tu-
us ero inferne.Qualiter autem hoc fiat,ſubdit,& ſuppletur quia, ⌊egredietur diabolus ante pe-
des eius,⌋pedes ponuntur pro conculcatione , diabolus autem eſt deorſum fluens,& ſignificat
contrariam poteſtatem ſiue humanam ſiue dæmonis,egreſſus ſignificat eiectionem,Et eſt ſen-
ſus,Poteſtas contraria conculcata,eijcietur præſentia Cyri vel Chriſti, Deutero.33. Eijciet à fa-
cie tua inimicum tuum,dicetq́; conterere, Romañ.16. Dominus conteret ſatan ſub pedibus ve-
ſtris velociter.Et ne credatur tantum facere inſultum & recedere,ſubdit,⌊ſtetit,⌋vt victor ſcili-
cet perſtitit,Sapientiæ decimo:Steterunt contra hoſtes & de inimicis ſe vindicauerunt, Pſal.39.
Quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem?⌊& menſus eſt terram,⌋regna ſcilicet quę
prius ſubiecta fuerunt Nabuchodonoſor vel diabolo,ſuis per menſuram diſtribuit,Eſaiæ nono:
Lætabuntur coram te , ſicut qui lætantur in meſſe,ſicut exultant victores capta præda , quan-
do diuidunt ſpolia,Prouerbiorum vlt . De nocte ſurrexit , deditq́; prædam domeſticis ſuis . Et
ne aliquis credat ꝙ reſiſtentem habuerit de ſubiectis diabolo vel Nabuchodonoſor,ſubdit,⌊Aſ-
pexit & diſſoluit gentes,⌋hoc eſt terribili aſpectu & irato vultu reſpexit in adiutores dæmonis
B vel Nabuchodonoſor,quo conuertit corda eorum in formidinem,vt ſtatim ſe ſubijcerent, Exo
di decimoquarto:Reſpexit ſuper caſtra Aegyptiorum & ſubuertit rotas curruum,Heſter deci-
moquinto:Cumq́; eleuaſſet faciem & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet,regina cor-
ruit.Si de Chriſto intelligitur,tunc eſt aſpectus miſericordię,quo diſſoluit gelata corda gentilium Aſpectus
vt ad fidem conuerterentur,Matthæi vigeſimoſeptimo:Conuerſus dominus reſpexit Petrum, Chriſti.
& egreſſus Petrus fleuit amarè,Pſalm̃.85.Reſpice in me & miſerere mei,⌊& contriti ſunt mon-
tes ſeculi,⌋hoc eſt à ſeculo fundati principes & reges mundi, Eſaiæ quadrageſimoquinto : Ego
ante te ibo & glorioſos terræ humiliabo,Eſaiæ quadrageſimo : Omnis mons & collis humilia-
bitur,⌊incuruati ſunt colles mundi,⌋Colles dicuntur inferiores poteſtates quæ incuruatæ reuẽ-
ter ſubiecerunt ſe & Cyro & Chriſto, Eſaię.60. Gens & regnum quod non ſeruierit tibi , peri-
bit,& gentes ſolitudine vaſtabuntur,⌊ab itineribus æternitatis eius,⌋itinera vocat profectus &
Cyri & Chriſti,Michęæ.5. Egreſſus eius ſicut ab initio à diebus æternitatis,omnia enim hæc ab
æterno præordinata ſunt,Hoc autem in quibuſdam oſtendit,& in omnibus intelligit, cum ſub-
dit,⌊pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ,⌋ turbata ſupple , quia reſiſtere non valebant,qui
quia nigri ſunt & tenebroſi interpretantur,peccatores ſignificant & obſtinatos,qui tamen potẽ-
tiæ dei & Cyri ſubijcientur,turbati in pœnitẽtiam,Pſalm̃. 67. Aethiopia præueniet manus eius
deo,Soph.3.Vltra flumina Aethiopiæ inde ſupplices mei,filij diſperſoꝝ meoꝝ deferẽt munꝰ mi
hi,Sopho.2. Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis,⌊turbabuntur pelles terræ Ma-
dian,⌋pelles tentoria de pellibus ſignificant,& tentoria exercitus. Et eſt ſenſus, Exercitus Madia
C nitarum reſiſtere volentes turbabuntur,vel ad fugam vel ad ſubiectionem,ſicut turbati ſunt co
ram Gedeone,Iudicum.7.Madian autem interpretatur iudicium hominis,& ſignificat eos , qui Madian
humano iudicio & ſapientia ſeculi iudicant de diuinis,qui ſapientia dei turbabuntur,Eſaię nono:
Iugum oneris eius & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti,ſicut in die Madian,⌊Nunquid in flumi-
nibus iratus es domine?⌋Tangit hic de deſtructione Babylonis dupliciter,in captura ſcilicet ci-
uitatis & interfectione principis & militum eius,ibi, Dedit abyſſus vocem ſuam.In primo duo
ſunt,ſcilicet argumentum de præterito & concluſio ſimilis de futuro,ibi,Fluuios ſcindes terræ.In
prima harum ſunt tria.ſ.ablatio falſę opinionis,conſtructio veritatis & ſpes de futuris, ⌊Nun-
quid in fluminibus?⌋Iſta quæſtio ſupponit falſam quandã opinionem . Poſſet em̃ aliquis dice- Deus aquis
re,ꝙ quando diuiſit dñs aquas maris,Exo.14.& quando diuiſit fluenta Iordanis, Ioſuę.3 . factũ nõ iraſcitur
fuiſſet caſu vel virtute ſtellarum,vt quando.ſ.dominus eſſet beneuolus aquis,faceret eas fluere , &
quando iratus,exiccaret eas,& non feciſſet ad peccatores perdendos & ſanctos liberandos . Et
hoc iam quidam dixerunt,ſicut narrat Abraham Iudæus in libro de magnis coniunctionibus Io
uis & Saturni.Quod elidens propheta,dicit,⌊Nunquid in fluminibus?⌋hoc eſt aquis fluentibus
non habentibus in ſe virtutem ſtandi,⌊iratus es domine,⌋vt ſtare faceres & diuidi contra natu
ram fluxus,quam primo indidiſti eis,quaſi dicat,non,viſibile em̃.elementũ eſt & indignationem
tuam non meretur,ſed hoc in aquis feciſti,vt tuis auferres impedimenta tranſitus, & hoſtes in-
uolueres in medijs fluctibus,& deterreres viſo tanto miraculo . O domine, nunquid tu iratus es
in fluminibus?hoc eſt Iordanis fluẽtis,vt.ſ.inferiorem partem in mare mortuũ faceres defluere

& ſuperiorem ad inſtar montis ſtare, ex ira quam haberes ad aquas, quibus non cuperes tenere D
fluxum ſuum, quaſi dicat, non, ſed propter tuos hoc feciſti, Eſaię. 43. Cum tranſieris per aquas,
tecum ero, & flumina non obruent te. Et quod ſubdit, ⌞aut in fluminibus furor tuus,⌟ notat flu
mina Aegypti, Nilum, & alia quæ in ſanguinem verſa ſunt, & ebullierunt ranas, hoc enim non
fecit ex ira quam haberet ad aquas, ſed ex ira quam habuit ad eos, qui aquis vtebantur, & qui in-
nocentem ſanguinem in aquis ſuffocauerant, Sapientiæ decimoſexto: Negantes noſce te impij
per fortitudinem brachij tui flagellati ſunt, nouis aquis & grandinibus & pluuijs perſequutio-
nem paſſi. Et ſubdit, ⌞vel in mari,⌟ quod vento flante & vrente abſtuliſti, Exodi decimoquar
to, ⌞indignatio tua⌟ ſupple eſt, quaſi dicat, non, Eſaiæ quinquageſimoprimo: Nunquid non tu
ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis, qui poſuiſti profundum maris viam, vt tranſirent libe-
rati. Hoc autem probat, ſubdens. ⌞Qui aſcendis ſuper equos tuos,⌟ angelos ſcilicet & homines
vectores tuæ virtutis, talibus ſcilicet impedimentis ablatis. Hieronymus inducit illud quod ha-
betur quarti Regum ſexto: Ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu He-
liſæi, & non eſt dubium quin equi illi fuerunt angeli ad bella domini præparati, vectores virtu-
tis dei & ab ipſo ad bella directi. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌞& quadrigæ tuæ ſaluatio,⌟ Vnde ſe
cundi Machab. 3. Cum Heliodrus vellet ſpoliare ærarium templi, apparuit quidam equus terri-
bilē habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus, isq́; cum impetu Heliodro priores calces
illiſit, qui autem inſidebat ei, videbatur habere arma aurea. Et nō eſt dubium quin equus fuerit
angelus & ſeſſor virtus diuina. Similiter. 2. Machabæorum. 11. cum Iudas & ſui prompto ani-
mo à Hieruſalem ad bellandum procederent, apparuit præcedens eos equus in veſte candida,
armis aureis haſtam vibrans, per quod idem ſignificatur. Vnde poſtea ſequitur, Ibāt igiť prom
pti, de cœlo habentes adiutorem. Dicuntur autem quadrigæ, quia quatuor virtutibus vecti, di- E
uina. ſ. angelica, cœleſti & terrena, quia ſicut dicitur Sapientiæ. 16. vindex eſt orbis iuſtorum, &
ideo cum deo conſurgunt angeli cœlum & terra, & hac quadriga impugnat impios. Et hoc
oſtendit, ſubdens ſupple ſic, de cœlo mittens auxilium, ⌞Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum,⌟ alia
tranſlatio, Intendens intendes, intenſus enī arcus fortiſſime ferit, Et per arcum intelliguntur om-
nia inſtrumenta bellica, quæ omnia intenduntur & acuunť in hoſtes, quando de cœlo habetur
auxilium, Eſaię quinto: Omnes arcus eius extenti, Iob. 29. Arcus meus in manu mea inſtaurabiť.
Et dicit, ſuſcitans ſuſcitabis, notans ꝙ hæc adiutoria continue deus ſuis miniſtrat. Iudas: Ecce ve
nit dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium contra omnes & aguere omnes impios de
omnibus operibus impietatis eorum, ⌞Iuramenta tribubus⌟ ſupple ſic ſuſcitabis, ⌞quæ loquu-
tus es⌟ patribus. ſ. per talia enī adiutoria impleuit quod iurauit, vt. ſ. deſtructis impijs, ſanctis ter
ram eorum ſorte diſtribueret, Exodi. 33. Memento Abraham, Iſaac & Iacob, quibus iuraſti da-
re terram fluentem lac & mel. Hæc expoſitio literalis eſt. Myſtice autem, flumina quibus iraſci-
tur dominus, ſunt flumina concupiſcentiarum & vanitatum, Mare autem cui iraſcitur, inſania
mundi eſt, Naum. 1. Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina ad deſertum adducens,
flumina quibus non iraſcitur, flumina ſunt gratiarum & doctrinarum, Iohan. 7. Flumina de vē
tre eius fluent aquæ viuæ, De inſania mundi, Eſaię. 57. Cor impij quaſi mare feruens, quod qui-
eſcere non poteſt, Mare cui non iraſcitur, amaritudo pœnitentiæ eſt, Deut. 3. Ex Baſan conuer-
tam in profundū maris. Arcus ſcriptura eſt in manu prædicatorum, Gene. 9. Ponam arcum me
um in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me & terram. Nubes enī prædicatores & do- F
ctores ſunt, Intenditur arcus quando authoritates acutæ ad corda compungenda emittuntur,
Pſal. 116. Sicut ſagittæ in manu potentis, Eſaię. 49. Poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra
ſua abſcondit me. Equi vero miniſteria ſunt angelorum cum prædicatoribus miſſa. Quadrigæ
vero quatuor expoſitiones ſcripturarum, Ezech. 1. Apparuit rota vna, quatuor habens facies. Re
ſumatur ergo litera, Quia poſt argumentum quod præmiſit, de præterito ſimilia fore arguit in
futuro, dicēs, ⌞fluuios ſcindes terræ,⌟ hoc eſt ex quo hoc in aquis feciſti in præterito propter tu
os, etiam in futuro fluuios terræ Babylonis, quibus munitur ciuitas, ſcindes, hoc eſt diuides, ne. ſ.
timore profunditatis viam impediant tranſeuntibus, Eſaię vndecimo: Leuabit manum ſuam ſu
per flumen in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet eum in ſeptem riuis ita vt tranſeant per eum
calceati, & erit via reſiduo populo meo, ⌞viderunt te,⌟ ò deus ſupple, hoc eſt potentiam tuam,
⌞& doluerunt montes,⌟ vera litera eſt, & tremuerunt, & tangit hoc quod habetur Numeri vi-
geſimoprimo, ꝙ ſcilicet ſcopuli & montes Ammon & Moabitarum motu tremoris exultaue-
runt in occurſum filiorum Iſrael, & inclinatione ſua viam tranſeuntibus dederunt. Vnde ibidem
dicitur, Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Ammon. Scopuli torrentiū inclinati
ſunt vt requieſcerent in Arnon, ſupple filij Iſrael, & recumberent in finibus Moabitarū. Et hoc
eſt quod ſequitur, ⌞gurges aquarum tranſijt,⌟ hoc eſt ceſſauit ante filios Iſrael, Pſal. 113. Quid eſt
tibi mare quod fugiſti, aut tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum? Eſaiæ. 51. Tu ſiccaſti mare,

Angeli ſunt diuinæ virtutis vectores.

Quadrigæ dei aduerſus impios

aquam

A aquam abyſſi vehemētis,⌊dedit abyſſus vocē ſuam⌋ in p̄terito.ſ.Abyſſus dicit dare vocem per
effectum,nō ita vt loquatur. Et hoc Numer.16.innuit,vbi terra ſe aperuit & Datan & Abyron
viuos deglutiuit & in abyſſum traxit.Iteꝝ dedit vocem ſuam.Exodi.15.vbi dicitur: Abyſſi ope
ruerunt eos,deſcenderūt in profundū quaſi lapis,quando.ſ.Aegyptij in abyſſum deſcenderunt,
⌊altitudo manus ſuas leuauit⌋ altitudinē ponit pro montibus, qui tūc in hoc dicūtur manus le
uaſſe quando trepidauerunt,ſicut dicitur Numer.21.Pſal 92. Mirabilis in altis dominus, teſtimo
nia tua credibilia facta ſunt nimis. Vtrūq; horum dicitur Eſa.7. Pete tibi ſignū à domino, ſiue
in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et ad hoc ſubiungit alia argumenta quæ maio-
ra ſunt.⌊Sol & luna ſteterūt in habitaculo ſuo,⌋ hoc eſt,in locis ſuis Ioſue.10.Sol cōtra Gabaon
ne mouearis,& luna contra vallem Hailon, ſteterūtq; ſol & luna donec vlciſceret ſe gens de ini-
micis ſuis.Ex omnibus illis argumentis p̄teritis infert,ꝙ ita facient in futuro cōtra Babylonios.Et
ſuppletur ergo.⌊In luce ſagittarum tuarum⌋ hoc eſt,apertis ſagittis tuis,quibus excæcabis eos,
⌊ibunt⌋ ſupple Cyrus & Darius,hoc eſt proficient,⌊in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ⌋ haſtā Fulgur haſta eſt dei.
vocat fulgura pcutiētia & pforātia deſup.Pſal.143. Fulgura choruſcationē & diſſipabis eos,emit
te ſagittas tuas & conturbabis eos.Iob.36.Si voluerit extendere nubes quaſi tentoriū ſuum,& ful
gurare lumine ſuo deſuper,cardines quoq; maris operiet, hoc eſt, totum mundum ſubijciet. Sa-
pientiæ.5.Ibunt directę emiſſiones fulgurum,& tanq̄ à bene curuato arcu nubium terminabū-
tur & ad certum locum inſilient.Et eſt ac ſi dicat:Si volueris fulgurare contra Babylonios, ſicut
in pręterito feciſti cū Moyſe & Ioſue,tunc proficientes ibūt Cyrus & Darius,& ſic ſupple fre-
B mitu tuo,& illorum conculcabis terram,hoc eſt,regnum Babyloniorum,& ipſos Babylonios cō
teres. Prouer.20.Sicut rugitus leonis,ita & terror regis,hoc eſt dei qui rex ſummus eſt. Hiere.8.
A Dan auditus eſt fremitus equorum eius,à voce hinnituum pugnatorum eius,cōmota eſt om-
nis terra,& venerunt & deuorauerunt terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius.
Sic ergo arguit ex præterito quid faciet de futuro,⌊in furore obſtupefacies gentes⌋ Iterum re-
uertitur ad præterita,vt ſimilia concludat in futuro facienda.⌊Egreſſus es in ſalutem populi tui⌋
Deus dicitur egredi,quando virtutem ſuam manifeſtat , tunc enim in exterioribus apparet. Za-
char.14. Egredietur dominus & præliabit contra gentes illas, ſicut præliatus eſt in die certami-
nis. Et vocat egreſſum plagas & virtutes,quas oſtendit in Aegypto propter populi ſalutem,⌊in
ſalutem cum Chriſto tuo⌋ Chriſtū vocat,ſiue Chriſtos, Moyſen & Aaron ,quos ad hoc vnxit
vt duces eſſent populi.Pſal.104. Nolite tangere Chriſtos meos,& in prophetis meis nolite ma-
lignari. Item pſal.59.Non egredieris in virtutibus noſtris,hoc eſt nonne. In ſalutem autem dicit,
quia ꝑ hos ſuos ſaluauit.Egrediens aūt quid fecerit,ſubdit.⌊Percuſſiſti caput de domo impij,⌋
caput vocat primogenita Aegypti,domum impij,domos Aegypti Pharaoni impio ſubiectas.
Exodi duodecimo:Nec erat dominus in qua non iaceret mortuus. Et ab hac plaga populus dei
liberatus eſt. Et ſubdit adhuc quid egrediens fecit,⌊denudaſti fundamentum eius vſq; ad collū⌋
fundamentum vocat totum exercitum Pharaonis in mari rubro deletum. In illo enim fundauit
totam ſpem ſuam Pharao,vſq; ad collum autem dicit,quia à minore vſq; ad maximum omnes
deleti ſunt,& terra denudata eſt ab eis,ſicut dicitur Exod.14. Quod autem totum à domino fa-
ctum ſit,ſubdit. Et ſuppletur quia , ⌊maledixiſti ſceptris eius⌋ Sceptra vocat cohortes princi-
C pum,qui cum Pharaone egrediebantur,quia omnes deleti ſunt. Eſaiæ viceſimoſexto:Ecce enim
dominus egredietur de loco ſancto ſuo,vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum,⌊ca-
piti bellatorum eius⌋ ſupple maledixiſti,hoc eſt,Pharaoni. Exodi decimoquinto : Ingreſſus eſt
enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare,& reduxit ſuper eos dominus aquas
maris.⌊venientibus⌋.ſ.ſceptris & capite,⌊vt turbo⌋ hoc ē,in impetu iræ & furoris. Eſaiæ qn-
quageſimoquinto.Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem,⌊ad diſpergendū me⌋
hoc eſt,ad interficiendum. Exodi decimoquinto: Dixit inimicus,perſequar & comprehendā,di-
uidam ſpolia,implebitur anima mea,euaginabo gladiū meum interficiet eos manus mea . Quid
autem eos ad hoc incitauerit ſubdit,& ſuppletur quia.⌊Exultatio eorum⌋ Aegyptiorum.ſ.fuit.
Prouerbiorum ſecundo: Lætantur cum malefecerint & exultant in rebus peſſimis, ⌊ſicut eius q
deuorat pauperem,⌋ hoc eſt,deuorare intendit,⌊in abſcondito⌋ hoc eſt in dolo. Pſalmo nono:
Inſidiatur vt rapiat pauperem,rapere pauperem dum attrahit eum. Sic autem ſupple deſtruens
impios,liberaſti tuos.⌊Viam feciſti in mari,⌋ diuiſiones,ſ.maris. Pſalmo centeſimo triceſimo-
quinto:Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones,⌊equis tuis⌋ vectoribus ſcilicet tuis,hominibus &
angelis qui te vehunt. Eſaię ſexageſimotertio:Qui ſcidit aquas ante eos vt faceret ſibi nomē ſem
piternum,qui eduxit eos per abyſſum,quaſi equum in deſerto non impingentem,⌊in luto aqua-
rum multarum,⌋ quod ſcilicet in fundo maris fuit,ita ſcilicet quòd nec profunditate abyſſi, nec
tenacitate luti teneri poterant,virtute domini pro eis faciente. Pſalmo centeſimo decimoſepti-
mo:Dextra domini fecit virtutem,dextra domini exaltauit me,non moriar,ſed viuā. Item pſal-
mo nonageſimooctauo:Non me demergat tempeſtas aquæ,neque abſorbeat me profundum,
neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Hæc omnia narrat de præterito, vt ſimilia arguat fa-

cienda in futuro. Et hæc omnia ſub eiſdem authoritatibus non eſt difficile exponere de Chri- D
ſto, vel adaptare de Chriſto in apoſtolis procedente ad dæmonum ſubuerſionem, & mun-
di liberationem, & hæc expoſitio eſt in Gloſſis, ⌊Audiui,⌋ ſupple hæc quæ dicta ſunt à patrib⁹.
Pſal. 77. Quanta audiuimus & cognouimus ea, patres noſtri narrauerũt nobis, ⌊& conturbatus
eſt venter meus,⌋ hoc eſt omnia interiora mea in tot. ſ. paſſionibus ſanctorum, Thit. 5. Omnes
qui pie volunt viuere in Chriſto, perſequutionem patientur, Eſa. 21. Corrui cum audirem, contur
batus ſum cum viderem. Ventrem autem dicit, quia in ipſo omnia interiora continentur, totum
eñ concauum corporis dicitur hic venter, Et vult dicere, ꝙ interiora vitalia conſonanter in hoc
conturbata ſunt, Eſaię. 19. Venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, Hierem̃. 31. Conturbata
ſunt viſcera meà ſuper eum, miſerans miſerebor eius, ⌊à voce⌋ ſupple auditus talis, ⌊contremu
erunt labia mea,⌋ Quaſi dicat, quia ſcio ꝙ filij ſimilia ſuſtinebunt, Eccleſiaſtici ſecundo: Fili acce
dens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia & timore & prępara animam tuam ad tentationem, & de-
prime cor tuum, & ſuſtine. Quod autem dicit, contremuerunt labia, naturale eſt, vt dicit Galie-
nus, turbatis eñ viſceribus, tremit inferius labium propter collimitationem ad viſcera, Et innuit
ꝙ tremula voce pronuntiet, quę ſcit futura propter populi compaſſionem. Ex his tamen quia
conſolatio ſequitur, cum ſanctis eligit affligi, vt cum ſanctis conſoletur, Et ideo tria dicit, electio-

*Triſtitia ꝓpter deum patienter ferenda.*

nem. ſ. tribulationis, deſcriptionem eiuſdem, & conſolatoriam liberationem. ⌊Ingrediatur pu-
tredo in oſſibus meis,⌋ Gloſſa, libenter patiar quod paſſus eſt Iob, qui dicit cap. 30. Nocte perfo
ratur os meum doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt, à multitudine eorum conſumi- E
tur veſtimentum meum. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& ſubter me ſcateat,⌋ Hieronymus, Non ſo
lum in carne, ſed in medullis oſſium & ſtratus, putredine corporis & vermibus ſcateat, vt cum
pro peccatis ſuſtinuero anguſtias omnes captiuitatis, requieſcam cum Abraham, Iſaac & Iacob,
Iob. 10. Putredini dixi, pater meus es, mater mea & ſoror mea vermibus. Intendit autem, quod
ſqualore carceris oſſa catenis & medullæ leduntur, & ſtratus & veſtes vermibus ſcatent & putre
dine. Sed quia nullus eligit pœnam propter pœnam, ſed pœnam propter conſolationem, ideo
ſequitur, ⌊&⌋ ſupple purgatus tribulatione, ⌊requieſcam in die tribulationis⌋ finitæ ſupple, To
biæ. 3. Hoc pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur,
ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam ve-
nire licebit. Et ſupple ſic ⌊aſcendam⌋ per gradus virtutum ⌊ad populum accinctum noſtrũ,⌋
hoc eſt ad populum ſanctorum, accinctum fide & patiẽtia ad omnes afflictiones euincendas,
vt. ſ. conſors & ſimilis ſim ſanctorum, Iaco. 5. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt, Romañ. 8
Si tamen compatimur vt ſimul glorificemur, exiſtimo eñ ꝙ non ſint condignæ paſſiones hu-
ius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, Heb. 10. In altero quidem ſpectacu-
lum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti, Heb. 12. Acceſſiſtis ad eccleſiam pri-
mitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis. Et ſubdit de tribulationis deſcriptione, ⌊Ficus eñ non
florebit,⌋ Per ficum omnis dulcedo quæ in populo fuit intelligitur, quæ per tortores & tyran-
nos ablata eſt, Iohe. 1. Ficum meam decorticauit, nudans ſpoliauit eam & proiecit, Apoca. 6. Stel
læ de cœlo ceciderunt ſuper terram, ſicut emittit ficus groſſos ſuos cum à vento magno moue-
tur, ⌊& non erit germen in vineis,⌋ Per germen vinearum ſignificatur omnis materia gaudij,
quæ vniuerſaliter ablata eſt per tyrannos, Vinum eñ (vt dicit Pſal. 103) lætificat cor hominis, Iu- F
dicum. 9. Nunquid poſſum deſerere vinum meum quod lætificat deum & homines? Iohe. 1. Cõ
fuſum eſt gaudium à filijs hominũ, ⌊Mentietur opus oliuæ,⌋ Per oliuam ſignificatur omne q̃d
vngit, lucet & paſcit cibum condiendo, quod tunc mentitur, quando laboribus & expenſis vſq;
ad fructus collectionem deducitur, & fructus aufertur quem promiſerat, Deut. 28. Oliuas habe-
bis in omnibus terminis tuis & non vngeris oleo, quia defluent & deperibunt. Propter hoc pau-
cos in eccleſia videmus vnctos oleo cõpunctionis ad ſanitatẽ, Mar. 6. Vngẽtes oleo multos infir
mos & ſanabantur, pauciores vnctos oleo exultationis ad contemplationem, Pſalm̃. 44. Vn-
xit te deus oleo exultationis præ participibus tuis, pauciſſimos vnctos chriſmate ſanctitatis ad
vitæ perfectionem, Pſalmo. 88. Oleo ſancto meo vnxi eum, nihil proficiet inimicus in eo, ⌊&
arua non afferent cibum,⌋ ac ſi dicat, non tantum quæ dulcedinis & gaudij & exultationis ſunt,
ablata ſunt, ſed etiam quæ neceſſitatis. Arua vero ſignificant cultum humanum cordis ad fruges
iuſtitiæ proferendas, Iohe. 1. Perijt meſſis agri, Deuterono. 28. Sementem multam iacies in ter-
ram, & modicum congregabis, quia locuſtæ deuorabunt omnia, Eſaię. 17. Ablata eſt meſſis in
die hæreditatis & dolebit grauiter, ⌊abſcidetur de ouili pecus,⌋ hoc eſt oues, quod pecus lanam
in veſtem, lac in cibum, carnem in delitias, corium in calceamentum conſueuit miniſtrare, & ſi-
gnificat cõgregationes manſuetorum & virtuoſorum, quæ ab eccleſia perierunt, Iob. 1. Ignis dei
cecidit de cœlo, & tactas oues, pueroſq; cõſumpſit, ignis dei, ignis deorum noſtrorum eſt, hoc
eſt cõcupiſcentia prælatorum de ſublimi dignitatis eorũ deſcendens per exemplum, & quicquid
religionis eſt in eccleſia, totũ cõſumẽs, ⌊& nõ erit armentũ in ꝓſepibus,⌋ armentũ maius animal
eſt, vt vaccæ & boues & aſini & huiuſmodi, q̃ ſignificant ꝓdicatores & ꝑlatos, quorum officiũ
eſt ter

A eſt terrã eccleſiæ colere & vomere p̃dicationis exarare, Prouerb.14. Vbi apparent plurimæ ſe-
getes, ibi manifeſta fortitudo eſt bouis, hæc ab eccleſia ablata ſunt. Iob.1. Boues arabant, & aſinæ
paſcebantur iuxta eos, & irruerunt Sabęi & tulerunt om̃ia. Sabei interpretant̃ conuertentes ſeu Sabei.
clamantes & eloquentes, & ſignificant aduocatos & iudices eccleſiæ, qui boum labores in eccle-
ſia penitus abſtulerũt. Et nota quod dicit in p̃ſepibus. Præſepibus em̃, hoc eſt, ſtipendijs eccleſiæ
manentibus, nullum bouis opus vel vtilitas apparet. Et ſubdit de conſolatione. ⌊Ego aũt⌋ ac ſi
dicat, omnia quæ deſcripta ſunt, libenter ſuſtineo, quia p̃ hoc ſcio, ꝙ ⌊In dño gaudebo⌋ hoc ẽ,
in dei cõſolatione. Micheę.7. Iram dñi portabo, quoniam peccaui ei, donec iudicet cauſam meã.
Eſa.38. Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpũs mei, corripies me & viuificabis me, ecce in pa
ce amaritudo mea amariſſima, ⌊& exultabo in deo Ieſu meo⌋ hoc eſt, ſaluatore meo. Tobiæ.3.
Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt fletum & lachrymationem, exultationem & gau-
dium infundis. Pſal.65. Tranſiuimus p̃ ignẽ & aquã, & eduxiſti nos in refrigeriũ: Et gaudium eſt
cordis, exultatio vero corpis, quia ſicut dicit Auguſtinus, gaudium eſt diffuſio animi in conceptu Gaudium.
boni, & ideo refertur ad dotes animæ. Exultatio aũt componit̃ ab ex & vltra, quia id quod eſt in Exultatio.
corde, in ſigno corporeo manifeſtat̃, & ideo ad dotes corpis refertur. Luc.2. Exultauit ſpũs me-
us, in deo ſalutari meo. Eſa.64. Gaudens gaudebo in domino, & exultauit ſpũs meus, in deo ſalu
tari meo. Cauſam autem gaudij ſubdit, & ſuppletur quia, ⌊deus dominus fortitudo mea⌋ ſup-
ple eſt, deus prouidentia, prouidet em̃ mihi bona. 1. Petri.3.. Omnem ſolicitudinem veſtrã proijci-
entes in eum, quoniam ipſi cura ẽ de vobis. Pſal.54. Iacta cogitatũ tuum in domino, dominus,
B poteſtate ſuppoſitionis dicit̃, propter hoc ꝙ ſuos eligit & exaltat. Pſal.29. Exaltabo te domine,
quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſup̃ me. Item pſal.9. Qui exaltas me de por
tis mortis, fortitudo mea, hoc ẽ, cauſa fortitudinis meæ, qua. ſ. vincere poſſum tribulationes & tor
tores. Pſal.17. Diligam te domine fortitudo mea. 2. Reg.22. Dominus petra mea, & robur meũ,
& ſaluator meus. Deus dominus fortis meus, ſperabo in eum. Eſa.40. Qui ſperant in domino,
mutabunt fortitudinem, ⌊& ponet⌋ hoc ẽ, diſponet confortando pedes meos, quibus ad patriã
redire debeo, ⌊quaſi ceruoꝝ⌋ hoc eſt, faciet veloces, vt ceruorum pedes. Pſal.17. Qui perfecit pe Ceruoꝝ na
des meos tanq̃ ceruorum, & ſup̃ excelſa ſtatuens me. Dicitur natura eſſe cerui, ꝙ ſemper recurrit tura cerui.
ad locum generatiõis, & petit propheta vt veloces pedes habeat ad recurrendum ad originem.
Cantic. vlt. Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ, hinnuloq́ꝫ ceruoꝝ ſuper montes aromatum. Ca-
prea longe videt, & eſt ſenſus, longe contemplare patriam, & pedes tui veloces ſint ad redeundũ
ſuper montes virtutum & æternorum gaudiorum, qui montes ſunt aromatum. Pſal.41. Quem-
admodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus, ⌊& ſuper ex
celſa mea⌋ ad literam, terra promiſſionis montuoſa & excelſa eſt, & ſignificat vertices angelicos
ſup̃ quos deducunt̃ beati. Eſaiæ triceſimotertio: Iſte in excelſis habitabit, munimẽta ſaxoꝝ ſub-
limitas eius, panis ei datus eſt aquæ eius fideles ſunt, regem in decore ſuo videbunt, ⌊deducet me
victor⌋ victor. ſ. hoſtium & meus ductor. Iohannis.16. Confidite, quia ego vici mundum. Deu-
teronomij triceſimoprimo: Dominus ſolus ductor eius fuit. Eſaiæ ſexageſimotertio: Sic adduxi-
C ſti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. Eſaiæ quinquageſimooctauo. Suſtollam te ſup̃
altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui, ⌊in pſalmis canentẽ,⌋ pſalmus hym- Pſalmus
nus eſt. Hymnus autem laus dei cum cantico, & q̃a hymnus ille in decacordo pſalterio decanta Hymnus
batur, perfectionem operis ſignificat. Et eſt ſenſus, in iubilo cordis, & laude oris pro perfectione
virtutis & operis de exilio me reducit ad patriam. Epheſiorum quinto: Loquentes vobiſmetip-
ſis in pſalmis, & hymnis & canticis ſpiritualibus cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domi
no, hoc canticũ ꝓprie Celeuma vocatur, vt dicit Gloſſa ſup̃ epiſtolã ad Hebræos, ſuper illud He Celeuma
bræorum vndecimo: A longe aſpicientes, & ſalutantes, & confitẽtes, quoniam peregrini & hoſ-
pites ſunt ſuper terram, & qui hoc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere.

## ¶PROLOGI DIVI HIERONYMI IN SOPHONIAM PROPHETAM ENARRATIO.

TRadunt Hebræi⌋ Iſte prologus in duas partes diuiditur. Prima eſt de commendatione prophetæ. Secũda de tẽpore prophetiæ ipſius & materia, ibi, Ioſiam regem. Prima pars duas habet cõmendationes. ſ. à genere & à nomine. A noĩe incipit, ibi, Nomen Sophoniæ. ⌊Tradũt Hebræi⌋ Traditio eſt veridica patrũ relatio, ⌊cuiuſcunq; prophetæ pater aut auus⌋ propinquus. ſ. vel remotus, ⌊in titulo ponat̃⌋ ipſius. ſ. pro- prophetæ, ⌊ipſos quoq;⌋ patres. ſ. & auos, ⌊prophetas fuiſſe⌋ Huius rationem dicit Auguſtinus eſſe, q̃a tunc cũ propagatione ſeminis fiebat propagatio religionis. Ecc̃i.44. Cum ſemine ipſoꝝ p̃ſeuerãt bona, hæreditas ſancta nepotes eorum, Et in teſtamentis ſtetit ſemen eoꝝ. Hoc

autem

autem probat per ſignū ſubdens,⌊vnde & Amos vnum de duodecim prophetis⌋ tertiū.ſ.⌊ꝗ D
dicit⌋.7.Amos,⌊non ſum propheta neq; filius prophetæ⌋ hoc ē,ex prophetis genealogiā non
duxi,⌊ſed paſtor capraꝝ⌋ Tranſlatio ſeptuaginta,noſtra habet armētarius,⌊vellicans ſycomo
ros⌋ à ſycos græco, quod ē ficus & moros,ꝗd eſt fatua.Et eſt ſenſus,ꝙ fructus ruboꝝ in deſer
to vellicatos comedere cogebat,⌊patris nomē in titulo non habere,⌋ inſpirationē em̄ propheti
cam habuit & nō genealogiam.Ex hoc arguit,ſubdēs,⌊hoc ſi veꝝ eſt⌋ immo qa veꝝ eſt, ⌊So
phonias propheta⌋ quem.ſ.præ manibus habemus,⌊qui nomine(vt ita dicā)prophetico⌋ hoc
eſt,ꝑſago ad gratiā prophetalē.Simile Gene.27.Iuſte vocatum eſt nomē eius Iacob,ſupplātauit
em̄ me en altera vice,⌊& glorioſa maioꝝ ſuoꝝ ſtirpe⌋ patris.ſ.& auoꝝ,⌊generatus eſt⌋ in pa
ternam.ſ.& auitam gratiā & dignitatē.Et attende, vbi nos habemus,qui nomine, Hieronymus
in originali ponit quinone,intendens ꝗd quinario nominis ſui & quatuor patrū nominibus ꝑſi-
gnatus ē ad prophetandū.Quinone em̄ tantū valet quantū quinario.Quinonem aūt hūc expo-
nens,ſubdit,⌊habuit em̄ patrē Chuſi⌋ nomine ſupple,⌊auum Godoliam⌋ patris patrē,⌊pro-
auum Amaſiam⌋ aui patrē,⌊attauum Ezechiam⌋ patrē.ſ.proaui,⌊& talem quadrigā⌋ qua.ſ.
vecta eſt ad eū gratia prophetalis.Eſa.vlt.In equis,& in quadrigis,& in lecticis adducēt omnes
fratres veſtros.⌊Ipſe⌋.ſ.Sophonias, ⌊velut extremus⌋.i.optimus,extremū em̄ in bonis, opti-
mum eſt,⌊auriga⌋ hoc ē,ſicut auriga auitam gratiā ad finē deducens,⌊compleuit⌋.4.Regū.2.
Pater mi,pater mi,currus Iſrael & auriga eius.Et rationē dictoꝝ ex nominū interpretatiōe oſtē

Sophonias

dit,ſubdens.⌊Nomē Sophoniæ,alij⌋ ſupple interpretes,⌊ſpeculam⌋ ſupple interpretati, ⌊alij
arcanum dn̄i tranſtulerūt⌋ in latinū.Et vtrāq; adaptat interpretationē, ſubdēs. ⌊Siue igitur ſpe
cula⌋ ſupple transferatur,⌊ſiue abſconditū dn̄i⌋ hoc ē,arcanum,⌊interpretetur, vtrūq; prophe
tæ conuenit,⌋ hoc ē,gratiā prophetalē deſignat.Et probat primū. ⌊Dicit em̄ ad Ezechiel⌋.3. E
⌊fili hominis ſpeculatorē domui Iſrael te poſui⌋ Noſtra litera habet,dedi te.Speculator em̄ eſt
enuntiatione,arcanum vero dn̄i ꝑ inſpirationē.Et de interpretatione nominū paternoꝝ,ſubdit.
⌊Iſte ergo propheta⌋ Sophonias.ſ.⌊qui erat in ſpecula,&⌋ id eſt,⌊in ſublimibus⌋ contempla
tionis.ſ.⌊conſtitutus⌋ Eſa.21.Sup ſpeculam dn̄i ego ſum ſtans iugiter ꝑ diem.4.Reg.9.Specu-
lator erat in turri Iezrael.Et hoc quo ad primā interpretationē dictum ē,⌊& nouerat myſteria
dei⌋ quo ad interpretationē ſecundam.1.ad Corinth.3.Spūs om̄ia ſcrutatur, etiā profunda dei,

Chuſi.

⌊filius erat Chuſi⌋ qui interpretat̄ humilitas,Iacobi.4.Humilibus dat gratiam,⌊habebat ꝗq; a-

Godolias

uum⌋ patrem patris.ſ.⌊Godoliam qui dicit̄ magnitudo dn̄i⌋ Matth.7. Qui fecerit & docuerit,
hic magnus vocabit̄ in regno cœloꝝ, ⌊& proauum Amariā,⌋ aui.ſ.patrē,⌊qui & ipſe vertit̄⌋

Amarias.

.ſ.per interpretationem,⌊in ſermonē dn̄i⌋ Et nota ꝙ in originali,Hieronymus dicit,Amariam
& nō Amaſiā,vnde & in interpretationibus Hebraicoꝝ nominū. Amarias verbū dn̄i, Amaſias

Amaſias.

vero indignās dn̄i dicit̄ interpretari,⌊& attauū Ezechiam⌋ ſupple habuit,⌊qui ſonat⌋ ꝑ inter-

Ezechias.

pretationem.ſ.⌊fortitudo dn̄i⌋ Pſal.27.Dn̄s fortitudo plebis ſuæ,& protector ſaluationū Chri
ſti ſui ē.Et hæc quæ dicta ſunt recolligit,incipiens à primo,q narratione vltimus fuit,⌊de forti-
tudine itaq; dn̄i natus ē ſermo dn̄i⌋ Sermonē em̄ dei nō pronūtiat,niſi quē ſpūs cōfortat.Vnde
de Helia cuius ſermo ardebat vt facula dicitur,Eccl.48.Potentia nemo vicit illū,⌊& de ſermone
& facit laquearia cedrina, pingit'q; ſynopide, ⌊& domus iſta deſerta,⌋ ſupple eſt, & neglecta, ꝑ-
prijs em̃ intendentes opus dñi neglexerunt, Eſa. 5. Opus dñi nõ reſpicitis, nec opera manuũ eius
conſideratis, ⌊& nunc,⌋ quia tales ſupple eſtis, ⌊Hæc dicit dñs exercituum,⌋ hoc expoſitum eſt
in ꝓcedentibus, ⌊Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras,⌋ vt. ſ. fructum viaꝝ veſtraꝝ aduerta-
tis, Prouer. 1. Comedent igitur fructus viæ ſuę, ſuiſ'q; conſilijs ſaturabuntur. Et determinat in ſpe
ciali ſubdens, ⌊Seminaſtis multũ,⌋ in temporalibus. ſ. in peccatis exiſtentes, ⌊& intuliſtis paꝝ,⌋
Gala. 6. Nolite errare, deus nõ irridetur, quę em̃ ſeminauerit homo, hęc & metet. Qui ſeminat in
carne ſua, de carne metet corruptione͂, & qui ſeminat in ſpũ, de ſpũ metet vitã æternã, Deut. 28
Sementem multã iacies in terra, hoc eſt in terreno cõmodo & lucro, & modicum congregabis,
quia terrena lucra modicũ proſunt, ⌊comediſtis,⌋ de hoc. ſ. ꝙ paꝝ intuliſtis, ⌊& non eſtis ſacia
ti,⌋ Terrena em̃ cupiditas non ſaciat, ſed potius fame͂ vlteriore͂ prouocat, Prouer. 13. Venter im Cupiditas
pioꝝ inſatiabilis, ⌊bibiſtis,⌋ temporales. ſ. cõſolationes, ⌊& nõ eſtis inebriati,⌋ Auguſt. Bria dici inſatiabilis
C tur ſcyphus ad neceſſitatem hominis menſuratus, Vnde non inebriatus eſt qui ad neceſſitatem
intus refectus non eſt, Eſa. 29. Sicut ſomniat ſitiens & bibit, & poſtq̃ expergefactus fuerit, laſſus
adhuc ſitit, ſic facti ſumus. Putat em̃ carnalis homo vt delitiæ inebrient eum & magis prouocãt
ad ſitim, ⌊Operuiſtis vos⌋. i. videbamini operti pãnoſis & cõciſſis, ſicut quidã ſeculari honeſtate
veſtiti videntur, ⌊& non eſtis calefacti,⌋ ſecularis em̃ honeſtas ſine charitate & virtutibus forma
tis non calefacit. Ezech. 16. Exponam eam nudam in oculis omnium amatoꝝ eius, Hoc ide͂ di-
citur Oſee. 1. ⌊Et qui merces congregauit,⌋ ex quæſtu. ſ. laboris & mercimonioꝝ, ⌊miſit eas in
ſaccum pertuſum,⌋ vt. ſ. ſubtus exciderent, quia qui temporalia cõgregat, cum habere putat, ni-
hil habet. Propter quod dicitur Matth. 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi fures non
effodiunt nec furantur, & vbi tinea non demolitur. Ex hoc redit ad exhortationem vt omnia cõ
uertantur ad proſperitatem. ⌊Hæc dicit dominus exercituum,⌋ & habens. ſ. poteſtatem man-
dandi & miniſtros ad exequendum, ⌊Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras,⌋ Hiere. 6. State ſu
per vias veſtras & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & ſupple
cum inueneritis fructum in vijs domini & non in vijs veſtris, ⌊aſcendite in montem⌋ vbi. ſ. fun
datum eſt templum domini, qui mons virtutum eſt & contemplationis, Eſaię ſecundo: Venite
aſcendamus in montem domini & ad domum dei Iacob, Hieremiæ. 31. Benedicat tibi dominus
pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus, ⌊portate ligna,⌋ hoc eſt comportate ligna ad ædificium dei
pertinentia. Iudæi fabulantur ꝙ Nabuzardan incendente templum, parietes remãſerint, & ideo
non niſi comportatione lignorum ad tectum opus fuerit, quod falſum eſt, cum Hieremias plan-
gat, Threñ. 4. ꝙ diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum, ſed ſpiritualiter di

cere vult, ꝙ de ligniculis, quę ſunt nutrimenta ignis charitatis ædificare ſufficit ſeruis Chriſti⁹ D
4.Regum.6.Tollent ſinguli de ſylua materias ſingulas vt ædificemus locum ad habitandũ. Et
hoc eſt quod ſequitur,⌊& ædificate domum,⌋magis.ſ.virtutũ q̃ materialium ædificioꝝ, Pro-
uerb.9.Sapientia ædificauit ſibi domum,excidit columnas ſeptem,ſeptem.ſ.virtutum. De hac
ſubditur,⌊& acceptabilis mihi erit,⌋quod eñ in virtute ædificatur,acceptabile eſt dño,Exod.1.
Timuerunt obſtetrices deum,& ædificauit illis domos,⌊& glorificabor dicit dñs,⌋ in tali.ſ.do-
mo,Eſa.60.Domum maieſtatis meæ honorificabo.Et redit ad probationem eoꝝ quę dixit per
experimentum.Et dicit duo,experimentum.ſ.damni,& ſecundo oſtendit,ꝙ hęc eſt cauſa cul-
tus neglecti,⌊Reſpexiſtis,⌋ſpe.ſ.⌊ad amplius,⌋in terrenis.ſ.⌊& ecce factum eſt minus,⌋ ſup-
ple q̃ fuerat ſperatum,Pſal.75.Nihil inuenerunt omnes viri diuitiaꝝ in manibus ſuis, boni eñ
proficiunt & mali deficiunt propter inertiam & pigritiam.2.Regum.3. Dauid proficiẽs & ſem
per ſeipſo robuſtior,domus autem Saul decreſcens quotidie, Prouerb.6.dicitur de pigris non
ædificantibus domum dñi:Paululum dormies,paululum dormitabis,& veniet tibi quaſi viator
egeſtas,& pauperies quaſi vir armatus,⌊& intuliſtis in domum⌋ſupple illud minus,⌊& exuffla
ui illud,⌋Exufflatio dicitur hic granoꝝ,conſumpta interius farina, in auram,quãdo folliculi va-
cui & frumentum mortuum,farinam nõ habet,Oſee.8.Culmus ſtans non eſt in eis,germẽ non
faciet farinam,quod ſi fecerit,alieni comedent eam.Et ſubdit de cauſa,ꝙ nõ eſt in homine cau-
ſa,ſed in deo.⌊Quam ob cauſam?⌋ac ſi dicat,Nunquid homo vel natura poſſit hoc facere ſine
dei ordinatione?Et reſpondet primo confirmans reſponſionem,dicens,⌊dicit dñs exercituũ,⌋
& ſubdit reſpõſionẽ,⌊quia domus mea deſerta eſt,⌋ad quam.ſ.reædificandã non reſpicitis cor
poraliter & ſpũaliter ædificando eam,Eſa.64.Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta fa E
cta eſt,Hieruſalem deſolata,domus ſanctificationis noſtrę & glorię noſtrę, vbi laudauerũt te pa
Charitas tres noſtri,facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas,⌊&
coĩa ꝓpriꝭs vos feſtinaſtis cum auiditate & deſiderio ſupple,⌊vnuſquiſq; in domum ſuam,⌋ ita ꝙ quilibet
anteponit. intendit proprijs & nullus communibus & diuinis,quod eſt cõtra ordinem charitatis.1.ad Co-
rinth.10.Non quęrens quod mihi vtile eſt,ſed quod multis,vt ſalui fiant,Eſa.5.Opus dñi nõ re-
picitis nec opera manuum eius cõſideratis.Sic eñ intelligitur,ꝙ feſtinabant in domum ſuã ædi-
ficandam,implendam & ditandam,neglecto edificio dñi.Contra quod dicitur, Philip.3.Quæ
mihi fuerunt lucra,hęc arbitratus ſum vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifacerem.1.ad Corinth.13.
Charitas non quęrit quę ſua ſunt.Auguſtinus, Quia cõmunia proprijs, nõ propria communi-
bus anteponit,⌊propter hoc⌋ ſupple diſpoſitione diuina,⌊ſuper vos prohibiti ſunt cœli,⌋ ad
literam,vel ſpũaliter,ſancti & angeli,Hiere.2.Obſtupeſcite cœli ſuper hoc,Deute.28.Erit cœlũ
Pctm̃ terrę quod ſuper te eſt,ferreum & terra ænea,⌊ne darent rorẽ,⌋ad literã,vel gratię,ſicut eñ dicit Ber
ſterilitate nardus,Ingratitudo eſt ventus vrens,exiccans fontem pietatis & rorem gratię. Et nõ ſolũ hoc,
plectendũ. ſed ⌊& terra prohibita eſt ne daret germen ſuum,⌋ſuum eſt quod ſponte cõſueuit gignere ſine
cultura hominis,hoc eñ aliquando auaro ſinu retinet,propter peccata hominum,Gene.4.Ma-
ledicta terra in opere tuo,cum operatus fueris eam,nõ dabit fructũ ſuum.Hoc videmus fieri in
malis,qui etiam ea quę naturali pietate deberent facere bona,negligunt,Pſal.106. Terram fructi
feram in ſalſuginem à malitia inhabitãtium in ea,⌊&⌋ſic ſupple,⌊vocaui ſiccitatem ſup terrã⌋
ne.ſ.pluuijs & rore infuſa,fructum ferret & temporaliter & ſpũaliter, Hiere.14. Confuſi ſunt &
afflicti & operuerunt capita ſua propter terrę vaſtitatem,quia nõ venit pluuia in terram,⌊& ſu, F
per montes⌋ſupple vocaui ſiccitatem ne vinum germinarent, Qui ſignificant malos prælatos
2.Regum.1.Montes Gelboe,nec ros nec pluuia veniant ſuper vos, neq; ſint agri primitiarum.
Gelboe. Montes Gelboe,montes vellicationis interpretantur, & ſignificant pręlatos nihil facientes, niſi
vellicantes populum, ⌊& ſuper triticum,⌋ ſupple vocaui ſiccitatem ne naſceretur. Quod triti-
cum ſignificat refectionem verbi dei & ſacramenti & virtutis, Pſal.104. Vocauit famem ſuper
terram & omne firmamentum panis contriuit,⌊& ſuper vinum,⌋quod ſignificat cœleſte gau-
dium,Eſa.15.Vinum in torculari non calcabit qui calcare conſueuerat,⌊& ſuper oleum,⌋quod
ſignificat veritatis lucem,pietatis fomentum,& miſericordię vnctionem, Abacuc.3. Mentietur
opus oliuę & arua non afferent cibum.Et pręmiſit,Ficus eñ non florebit & non erit germen
in vineis.Et ſubdit generaliter,⌊& quęcũq; profert humus,⌋ vt.ſ.omnis viror virtutis intereat,
Eſa.15.Aruit herba,defecit germen,viror omnis interijt,⌊& ſuper homines,⌋ ſterilitatem peſti-
lentia ſequitur.Spiritualiter autem intelligitur quando homines humanorum nihil proferunt,&
ſicut dicit Plato,nullum ſtudium humanitati impendunt,Danie.4.Cor eius ab humano mute-
tetur & cor feræ detur ei,⌊& ſuper iumenta,⌋vt ſcilicet moriantur literaliter,vel ſpiritualiter cõ
cupiſcentias iumentorum tranſcendant,Abacuc.3.Abſcindetur de ouili pecus,& non erit armẽ-
tum in præſepibus,Iohe.1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, ⌊& ſuper omnem laborẽ
manuum,⌋vt ex labore nihil pręter afflictionem reportẽt, Eccl.10. Labor ſtultorum affliget
eos,Exodi.18.Stulto labore conſumeris.Talis eſt labor omnium eorum,qui labores ſuos ad de-
um non referunt.¶⌊Et audiuit Zorobabel,⌋Tangitur hic obediẽtia & deuotio eorum ad quos
prophe-

A prophetauit. Et dicit duo.ſ.deuotionem & in deuotione confortationem,ibi, Et dixit Aggæus.
⌊Et audiuit⌋.i.exaudiuit cum deuotione,⌊Zorobabel filius Salathiel,⌋ de quo in præmiſſis &
literaliter & ſpũaliter habitũ eſt,⌊& Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus,⌋ de quo etiam ſatis
dictum eſt. Beatus em̃ populus cuius ſpũales & ſeculares prælati vocem dñi audiunt,hos em̃ po
pulus deuote inſequitur.1.Corinth.4.&.11. Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti . Et pro-
pter hoc ſubiungitur,⌊& omnes reliquiæ populi,⌋ ſupple audierũt ⌊vocem dei ſui,⌋ Exodi.20
Cunctus populus videbat voces & lampades, Iaco.1. Qui perſpexerit in lege perfectæ liberta-
tis & permanſerit in ea,non auditor obliuioſus factus , ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo
erit,⌊& timuit omnis populus⌋timore bono. ſ.de quo dicit Eccl.1. Non ſis incredibilis timori
dñi,& ne acceſſeris ad illũ duplici corde,⌊à facie dñi,⌋hoc eſt à præſentia,quia p̃ſens in prophe
ta apparuit. Gloſſa interlinearis,Sciens ꝙ facies dñi ſuper facientes mala, vt perdat de terra me-
moriam eoꝝ. Et ſubdit de confortatione deuotoꝝ.⌊Et dixit Aggæus nuntius domini,⌋ſiue an
gelus,Malach.2. Angelus dñi exercituum eſt,⌊de nuntijs domini,⌋ſupple relictus.3.Regum.19
Ego derelictus ſum ſolus, ⌊populo dicens,⌋ verba.ſ.domini exponens, ⌊Ego vobiſcum ſum
dicit dñs⌋ad confortandum.ſ.vos in opere,Matth.vlt. Ego vobiſcũ ſum omnibus diebus,vſq;
ad conſummationem ſeculi,Ioſue.1. Confortare & eſto robuſtus, noli metuere & noli timere,
quia tecum eſt dominus deus tuus in omnibus ad quemcunq; perrexeris. Et ſequitur conforta-
tionis effectus.⌊Et ſuſcitauit dñs ſpiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda,⌋ vt.ſ.à ſomno
B inertiæ & pigritiæ ad opus dñi euigilaret,Eſa.26. Spiritu meo in præcordijs meis de mane vigi-
labo ad te,⌊& ſpm̃ Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni,⌋Prouer.6. Diſcurre,feſtina,ſuſcita ami
cum tuum,ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, ⌊& ſpm̃ reliquorũ de
omni populo,⌋ſupple ſuſcitauit,⌋Pſal.131. Si dedero ſomnũ oculis meis & palpebris meis dor-
mitationem,donec inueniam locum domino,⌊& ingreſſi ſunt,⌋ Gloſſa interlinearis, foris enim
fuerant per inertiam,Gene.24. Ingredere benedicte domini,cur foris ſtas,Pſal.41. Pertranſibo
in locum tabernaculi admirabilis. ⌊Et faciebant opus in domo domini,⌋ Eccleſ.9. Quodcunq;
poteſt facere manus tua,inſtanter operare,⌊exercituum dei ſui,⌋ cõcordantia eſt.1.Eſdr.4.&.5
per totum capitulum.

### ¶In cap.ſecundum Aggæi prophetæ Enarratio.

IN die vigeſima & quarta menſis in ſexto menſe.⌋ Hic incipit ſecunda viſio &
duas partes habet,titulum.ſ.& prophetiam. Titulus continet tempus commune
& proprium,modũ inſpiratiõis & prophetiam. ⌊In die vigeſima & quarta men
ſis in menſe ſexto,⌋in eodem.ſ.anno Darij & in eodem menſe qui in principio
præcedẽtis viſionis poſitus eſt,ſed non eodem die. Hic em̃ dicit in vigeſimaquar
ta,ibi autem prima menſis,vt inter primum diem & vigeſimũquartum, quo in-
greſſi ſunt ad faciendum opus dei,xxij.dies medij fuerunt,quibus timuit populus dominum &
faciebat opus. Et nota ꝙ licet communiter Bibliæ hic habeant capitulum,tamen ſecundũ Hiero
nymum & ſecundum Gloſſam legendum eſt iſtud cum præcedenti & ſic punctandum , In-
greſſi ſunt & faciebant opus in domo dñi exercituum dei ſui,in dei vigeſimaquarta menſis in ſe-
xto menſe,& capitulum poſtea incipit.⌊In anno ſecundo Darij regis,⌋eiuſdem.ſ.Darij filij Hi
ſtaſpis,⌊ſeptimo menſe,⌋qui apud nos September dicitur,⌊vigeſimaprima die menſis,⌋& ita
inter primam & ſecundam viſionem menſis fuit medius. Et ſubdit de inſpiratione ſicut ſuperius
⌊factum eſt verbum domini,⌋inſpirationis.ſ.⌊in manu Aggæi prophetæ dicens,⌋vt.ſ.virtute
C operis,veritatem firmaret ſermonis,Ad Roma.15. Non audeo aliquid loqui eorum,quæ per me
non efficit Chriſtus. Sequitur prophetia,& diuiditur in duo.ſ.enuntiationis iniunctionem & qd
enuntiet,⌊Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda,⌋qui princeps erat in tempora
libus,⌊& ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum,⌋ qui in ſpũalibus præfuit, vt.ſ.per
hos ad alios verbum tranſiret,⌊& ad reliquos populi dicens,⌋ſupple loquere,⌊Quis in vobis,⌋
Ponit quid enuntiandum eſt, & dicit duo,comparationem.ſ.primi templi ad id quod tũc fun-
dandũ erat,& ſecundo ex hoc accipit exhortationem ad ædificandum,ibi, Et nunc confortare.
⌊Quis in vobis eſt derelictus?⌋in vita.ſ.per totum tempus captiuitatis, ⌊qui vidit⌋ ſupple an-
tequam deſtrueretur per Nabuzardan,⌊domum iſtam in gloria ſua prima,⌋in qua.ſ.Salomon
ædificauit eam,ſicut dicitur.3.Regum.5. Domus quam ædificare cupio talis debet eſſe , cui nõ ſit
ſimilis in vniuerſa terra.⌊Et quid vos videtis hanc nunc?⌋ſupple non niſi miſeram & in cineri
bus iacentem,& hoc ſupple debet mouere cor veſtrum ad ædificandum,cum pſalmus.25.dicat;
Domine dilexi decorem domus tuæ. Et vt ab eis acciperet occaſionem,⌊Nunquid non ita eſt⌋
ſupple domus iſta incenſa,⌊quaſi non ſit in oculis veſtris,⌋quaſi dicat,ſic eſt,quod em̃ male eſt
peius eſt q̃ ſi nihil eſſet,in hoc.ſ.quod turpius eſt,Pſal.72. Ego ad nihilum redactus ſum & neſ-
ciui. Hoc moraliter dicitur de clericis & religioſis noſtri temporis, qui comparatione primitiui
ſtatus, ſunt quaſi non ſint,quod notat dominus Matth.5. Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittat

foras & conculcetur ab hominibus. Et quia in talibus non manet niſi figura & veritas tranſijt, D
propter hoc dicitur Eſaiæ.22. Quid tu hic? aut quaſi quis hic? Zacha.11. O paſtor & idolum de-
relinquens gregem. His dicitur Apoca.2. Charitatem tuam primã dereliquiſti, memor eſto itaq;
vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac. Propter hoc dicitur.1. Eſdræ.3. ꝙ prin-
cipes patrum & ſeniores flebant, nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium,
& vocem fletus populi, quia qui viderant templum prius in gloria, & poſtea idem in ignomi-
nia, flebant, qui non viderant primum, ſed ſecundum tantum, lætabantur ꝙ ſaltem aliquid erat,
quod eſſet alicuius templi veſtigium. Et ex hoc accipit exhortationem & priſtini fletus conſola-
tionem. ⌊Et nunc confortare Zorobabel dicit dominus,⌋ Ioſue.1. Confortare & eſto robuſtus
quia ego ero tecum, ⌊& confortare Ieſu fili Ioſedech ſacerdos magne,⌋ Hebræ.13. Confortate
manus diſſolutas & genua debilia erigite, ⌊& confortare omnis populus terræ dicit dominus ex
ercituum,⌋ Philip.4. Omnia poſſum in eo qui me confortat, ⌊& facite,⌋ ſupple opus in domo
domini, Eccleſiaſtes.9. Quodcunq; poteſt manus tua, inſtanter operare, ⌊quoniam ego vobiſcũ
ſum dicit dominus exercituum,⌋ Roma.8. Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Eſaiæ.50. Dñs deus
auxiliator meus, quis ergo eſt qui condemnet me? Qualiter aũt cũ eis ſit, ſubdit, ⌊verbũ quod pe
pegi vobiſcũ,⌋ ſupple per Moyſen, cũ egrederemini de terra Aegypti, quãdo.ſ. promiſi ꝙ ſem-
per deberem prophetas ſuſcitare, Deut.18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me
ſuſcitabit tibi dñs deus tu⁹, ipſum audies, ⌊& ſpũs meus,⌋ quem.ſ. ex Moyſe in alios propagaui
Nume.11. ⌊erit in medio veſtrum,⌋ quod maxime factum eſt tempore dñi noſtri Ieſu Chriſti,
Eſa.59. Hoc fœdus meũ cum eis dicit dñs. Spũs meus q̃ eſt in te & verba mea q̃ poſui in ore tuo, E
nõ recedant de ore tuo & de ore ſeminis tui dicit dñs, ammodo & vſq; in ſempiternũ, verbũ ẽm
in filio & ſpm̃ ſanctũ miſit de cœlo, ergo ſupple ⌊nolite timere,⌋ Eſa.54. Noli timere, q̃a nõ cõ
funderis, Pſal.117. Dñs mihi adiutor eſt, nõ timebo quid faciat mihi homo. Et ſubdit cõfortatio-
nis rationem, ⌊q̃a hæc dicit dñs exercituum,⌋ cuius dicere, facere eſt, ⌊adhuc vnũ,⌋ poſt quod
ſupple aliud nõ erit, ⌊modicũ⌋ hoc eſt breue tempus vſq;.ſ. ad filij incarnationem, ⌊& ego mo
uebo cœlum,⌋ ſicut q̃n dedi legẽ Moyſi, Exo.20. Idem fecit q̃n ſup Chriſtum in baptiſmo cœli
aperti ſunt. Mat.3. Luc.3. Ioh.1. & Mar.2. de ſtella quæ duxit Magos, ⌊& terrã⌋ ſupple moue-
bo, ſicut ſupple feci tunc, Nume.21. Montes exultauerũt vt requieſcerẽt in Arnon. In Chr̃o autẽ
factũ eſt in reſurrectione, Matth.28. Et ecce terræmotus factus eſt magnus, Pſal.67. Terra mo-
ta eſt, etenim cœli diſtillauerũt à facie dei Sinai, ⌊& mare,⌋ hoc fecit olim, Exo.14. vbi diuiſit ma
re rubrum in diuiſiones. In Chriſto aũt, Matth.8. Ecce motus magnus factus eſt in mari, ⌊&
aridam⌋ ſupple mouebo, hoc fecit quãdo conuertit ſiccũ in humidum & humidum in ſiccum in
tranſitu Iordanis, Ioſue.3. In Chriſto aũt, quãdo aridam & ſitientẽ vnda baptiſmatis fœcunda-
uit, Pſal.103, Rigans montes de ſuperioribus ſuis, ⌊& mouebo oẽs gẽtes,⌋ hoc fecit per Ioſue ca.
7. & .8. & deinceps eijciens gentes & in terris eoꝝ plantans filios Iſrael, Pſal.77. Eiecit à facie eo
rum gentes & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. In Chriſto aũt fecit, quãdo ꝑ ſo-
num apoſtoloꝝ gentes ad fidem cõuerſæ ſunt, Acto.13. Audientes gentes gauiſæ ſunt, & glorifi
cabant verbum dñi & crediderunt quotquot erant p̃ordinati ad vitam æternã. Hanc authorita-
tem Apoſtolus inducit, Heb.12. in eodem ſenſu, Cuius vox mouit terram tunc, nunc aũt repro- F
mittit dicens, Adhuc ſemel & ego mouebo non ſolum terram, ſed & cœlum. Quod autem ad-
huc ſemel dicit, declarat mobilium tranſlationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ ſunt
immobilia, ⌊& veniet deſideratus⌋ Chr̃s ſcilicet verus pacificus & rex noſter, de quo dr̃.3. Re-
gum.10. ꝙ vultum eius deſiderabat videre vniuerſa terra.1. Pet.1. In quem deſiderant angeli pro
ſpicere, Eſa.26. Anima mea deſiderauit te in nocte, ⌊cunctis gẽtibus,⌋ Eſa.9. Populus qui ambu
labat in tenebris, vidit lucem magnam, Eſaiæ.49. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſ-
q; ad extremum terræ, Malach.1. Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum
in gentibus, ⌊& implebo domum iſtam,⌋ templum ſcilicet vel eccleſiam, ⌊gloria dicit dominus
exercitum,⌋ Quod de templo Iudæorum nullo modo poteſt eſſe verum, quod continue à glo-
ria deſcendit vſq; ad extremam ignominiam.1. Mac.2. Templum erat ſicut homo ignobilis. Sed
de Chriſto verum eſt, qui gloria patris eſt, Ioh.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti
à patre. Qualiter aũt fieri poſſit, ſubdit, ⌊meum eſt argentum,⌋ in tinnitu.ſ. eloquẽtiæ verbi dei,
Pſal.11. Eloquia dñi eloquia caſta, argentũ igne examinatũ, ⌊& meũ eſt auꝝ⌋ ſapientiæ.ſ. diuinæ
Eſa.60. Omnes de Saba venient auꝝ & thus deferẽtes, & laudẽ dño annuntiantes, Sap.7. Sapi-
entia infinitus theſaurus eſt hominibus, ⌊dicit dñs exercituũ,⌋ qui vt dñs dicit & exercitus habet
angelos, q̃ dicta exequunt̃, ⌊magna erit gloria,⌋ Prouer.10. Gloria patris, filius ſapiẽs. Tullius in
fine primæ rhetoricæ: Gloria eſt late patens preconium. Item ibidẽ: Gloria in ore multorum ce
lebrata laudatio. Auguſtinus circa finem Gloſſæ ad Roma. Gloria eſt clara cum laude notitia.
Modis oĩbus dicta gloria, ⌊domus nouiſſimę plus eſt q̃ primę,⌋ Luc.2. Gloria in altiſſimis deo,
& in terra pax hoĩbus bonę volũtatis. Et hoc ẽ q̃d ſequit̃, ⌊& in loco iſto dabo pacẽ,⌋ Gloſſa in
ducit

Chr̃o baptizato, motum eſt cœlum.

Gloria.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ducit illud Philip.4.Pax dei quæ exuperat omnem ſenſum,cuſtodiat corda veſtra & intelligẽ-
tias veſtras.Ephe.2.Ipſe eſt pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum.Chrũs eñ dicitur pax p cauſam, Chrũs pax
reconciliatio pctõrum p diſpoſitionem,trãquillitas mẽtis p eſſentiam. Eſa.26.Seruabis pacẽ, qa noſtra.
in te domine ſperauimus.Iohan.14.Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ⌊dicit do-
minus exercituum⌋ confirmatio ſermonis eſt.Pſal.113.Omnia quæcũq; voluit dominus fecit.
¶⌊In viceſima & quarta noni menſis⌋ Hic incipit tertia viſio,in qua ex lege oſtẽdit domum
eſſe ædificandã.Et dicit tria,accipit eñ primo ex lege ſimilitudinẽ, ſecũdo ſimilitudinis ponit a-
daptationem,ibi,Et reſpõdit Aggæus. Tertio ponit p ſignũ,dictoꝝ confirmationẽ,ibi, Ponite
corda veſtra ex die iſta.Similitudo ex lege duplex eſt,ad ſanctũ.ſ.& ad cõtaminatũ,ibi, Et dixit
Aggæus,ſi tetigerit.⌊In viceſima & quarta noni mẽſis⌋ qui apud nos December eſt,ille eñ no
nus eſt ab Aprili.⌊In anno ſecundo Darij⌋ Eodẽ eñ anno,omnes viſiones expletæ ſunt. ⌊Fa-
ctum eſt verbum domini ad Aggæum prophetam,dicens⌋ Pſal.106. Miſit verbum ſuum & ſa Sacerdotũ
nauit eos.⌊Hæc dicit dominus deus exercituum,Interroga ſacerdotes legem⌋ hoc eſt, quid ve- eſt ſcire le-
rum & iuſtũ ſit ſecundũ legẽ.Malach.2.Lex veritatis fuit in ore eius, & iniqtas non eſt inuenta gem dñi.
in labijs eius.Et poſt pauca:Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiam,& legẽ requirẽt de ore eius,qa
B angelus dñi exercituũ eſt.Hieronymus,Sacerdotũ eſt legẽ ſcire dñi,& ad interrogationẽ de lege
reſpondere.Si ſacerdos eſt,legẽ ſciat dñi,ſi ignorat legẽ,ipſe ſe arguit nõ eſſe ſacerdotẽ dñi.Oſee
quarto:Quia tu ſcientiã repuliſti,repellã te,ne ſacerdotio fungaris mihi.Quid aũt interroget,ſub-
dit.⌊Si tulerit homo carnẽ ſanctificatã,⌋ hoc ẽ,in altari oblatã,cuius pars cedebat deo vt adeps Lex hoſtię
& renunculi,pars ſacerdoti,vt pectuſculũ eleuationis,& armus dexter,pars offerẽti,vt reſiduum, diuidẽdæ.
⌊in ora veſtimenti ſui,⌋ Veſtimentum hic dicitur quodcũq; lintheũ, in quo tales carnes porta-
bantur,⌊& tetigerit de ſummitate eius,⌋ hoc eſt,veſtimenti illius,⌊panem⌋ qui ſiccus eſt,⌊aut
vinum⌋ quod humidum eſt,⌊aut oleũ⌋quod condimentũ eſt,⌊aut⌋ ſupple generaliter,⌊oẽm
cibum,nunqd ſanctificabitur?⌋ ſupple cibus ille à tactu tali? Et vocat ſanctificatum à communi
cibo diſcretũ,quẽ non licebat comedere,niſi ſacerdotibus & in loco ſancto.Lex aũt iſta de diui-
ſione hoſtiæ continetur,Leuitic.6.&.7.⌊Reſpondentes autem ſacerdotes,dixerunt,non⌋ & ve
rum dixerũt,à tactu eñ tali non ſanctificat cibus,q alias ſanctus non ẽ,ſed ſicut dicit Hieroñ.re-
manet vt fuerat.Hie.11.Nunqd carnes ſanctę auferẽt à te malitias tuas, in qbus gloriata es? ⌊Et
dixit Aggæus⌋ Hæc eſt ſecũda pars ſimilitudinis ex lege. ⌊Si tetigerit pollutus in anima,⌋ hoc
eſt,in morticino hominis. Dicit eñ Hieronymus,ꝙ quãdiu anima in corpe eſt, mundũ eſt cor-
pus,recedente anima immundum,⌊ex omnibus his⌋ panem.ſ.vinum,pulmẽtum & oleũ.⌊Nũ-
quid contaminabitur?⌋ ex tactu tali.ſ.⌊Et reſponderũt ſacerdotes,& dixerũt⌋ & bene,⌊conta
minabitur⌋ cibus ille ſupple, qui tangitur ab immundo.Ecci.34.Ab immũdo qd mundabitur?
Iſta ſpũaliter intelligũtur.In veſtimẽto eñ inuoluitur caro, quãdo meliora eoꝝ quæ deo debẽt
offerri,pannis virtutũ inuoluũtur,& ab illis nihil inquinantur. Eſa.52. Mundamini q fertis vaſa
dñi.Titum.1.Oĩa mũda mũdis,coinquinatis aũt & infidelibus nihil eſt mundũ,ſed coinquina-
ta ſunt eoꝝ & mẽs & conſciẽtia.Et ideo quicqd tangũt p operis imitationẽ, totũ immundat, & Dona im-
talium oblata contaminãtur,& nõ ſanctificant eos q offerũt.Ecci.34.Dona iniquoꝝ non pro- pioꝝ deo
C bat altiſſimus.Eſa.1.Munus nõ recipiã de manu veſtra,manus eñ veſtræ ſanguine plenæ ſunt. inuiſa.
Quod eñ remanet in bonitate,in qua creatũ eſt,ad illud reſpicit deus,quod ex offerente ſancti-
ficatur ad illud plus reſpicit. Gene.4. Reſpexit deus ad Abel & ad munera eius.Primo dicit ad
Abel,& deinde dicit ad munera,vt ſciatur ꝙ ex bonitate offerentis ſanctificatur oblatio.Tñ cõ-
tra hoc quod dictum eſt,ꝙ id quod tangitur à ſancto non ſanctificatur, videtur eſſe qđ dicitur
Leuitic.6.vbi dicitur:Qui tetigerit ex eis.ſ.ſanctificatis ſanctificabitur. Sed hoc citius ſoluit. Nõ
eñ intelligit,ꝙ ex tactu ſanctificetur,ſed ꝙ tangẽs ea ſanctificari debeat per lotionem manuum
& veſtimentorum & corporis.Similiter id quod dicitur,ꝙ immundus quicquid tangit,contami
nabitur,Hoc dicitur Leuitic.11.&.15,⌊Et reſpõdit Aggæus & dixit⌋ ſimilitudinis eſt adaptatio.
⌊Sic populus iſte⌋ Populus dicitur inquantum regitur,lege dñi.Deuter.7.Elegit te dominus,vt
ſis ei in populum peculiarem,⌊& ſic gens iſta⌋ Gens dicitur inquantũ didicerant Gentilem ri-
tum.Pſal.105.Diſperſi ſunt inter gentes & didicerũt opa eoꝝ,⌊ante faciem meã⌋ qui.ſ. luce p-
ſentiæ meæ omnia recte dijudico.Threñ.4.Facies dñi diuiſit eos, ⌊dicit dñs⌋ cuius dicere face
re eſt,⌊& ſic oẽ opus manuũ eoꝝ⌋ pollutũ ſupple eſt ex pollutis. Eſa.1.Manus veſtræ ſangui
ne plenæ ſunt,⌊& oĩa quæ obtulerũt ibi,⌋ inter gentes.ſ.& ſine tẽplo, ⌊cõtaminata erũt⌋ qa
ipſi contaminati ſunt.Daniel.3.Nõ eſt in tẽpore hoc princeps & dux,& propheta, neq; holocau
ſtum,neq; ſacrificium,neq; oblatio,neq; incenſum, neq; locus primitiaꝝ coram te , vt poſſimus
inuenire miſericordiã tuã.Cũ eñ inter gẽtes cõmixti fuerint,& quæcũq; egerũt,cõtaminati fue-
rint,etiã quicqd ad manus habuerunt colendo terrã,vel quocũq; alio modo,totũ contaminaba-
tur.Et hoc intẽdit hic probare p effectũ.Threñ.4.Recedite polluti,clamauerũt eis:recedite, abi-
te,nolite tangere.⌊Et nunc ponite corda veſtra⌋ hoc eſt,aduertite,⌊à die hac & ſupra⌋ hoc ẽ,
à die hac & deinceps in futurum,& ſupra in pręteritum,& ex præterito videbitis ꝙ cõtaminata

 fuerunt

fuerũt opera veſtra quando non ædificato templo ſanctificari nõ potuiſtis.⌊Antequam pone- D
retur lapis ſuper lapidem in domini templo⌋ ſicut etiã ſpũaliter pollutus eſt homo,qui tẽplum
dei non ædificat,& in templũ ſpiritualiter non ſanctificatur.Ephe.2.In quo & vos tanq̃ lapides
viui ſuperædificamini in habitaculum dei,in ſpũ ſancto.1.ad Corinth.3.Templum dei ſanctum
eſt quod eſtis vos.Et inducit ſignum contaminationis operis,⌊cum accederetis ad aceruũ mo-
diorum viginti⌋ hoc eſt,vbi putabatis habere modios viginti,⌊&⌋ ſupple propter pollutionẽ
veſtram,⌊fierent decẽ⌋ dimidiato fructu,⌊& intraretis ad torcular⌋congregatis.ſ.vuis,⌊vt⌋
Lagena. opinione.ſ.veſtra & ſpe,⌊exprimeretis quinquaginta lagenas⌋Lagena dicitur vas vini,⌊&⌋.ſ.
propter operum veſtrorum pollutionem,⌊fiebãt viginti.⌋Ecci.34.Dona iniquorum nõ pro-
bat altiſſimus.Eſa.66.Qui offert oblationem quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat.Quando enim
Impiorum ingrata ſacrificia. non reſpicit deus ad opera hominum tunc diminuuntur & pereunt,& hoc fit propter pollutio-
nem manuum eorum.Eſaiæ primo:Cum extenderitis manus veſtras,auertam faciem meam à
vobis,manus eñ veſtræ ſanguine plenæ ſunt.Idem quod hic dicitur.Eſa.5.continetur.Vnde au
tem hoc acciderit,ſubdit.⌊Percuſſi vos vẽto vrente⌋ qui ea quæ pullulauerũt, diſſoluit & inter-
ficit,⌊& aurigine⌋ hoc eſt,aeris rubigine,quæ etiã id q̃d in ariſtis eſt & folliculis adurit & inci-
nerat, ⌊& grandine⌋ q̃ etiã id q̃d remãſit cõminuit, & gelicidio proprio peſtilens facit.Pſal.10.
Ignis,grando,nix,glacies,ſpũs procellarum,pars calicis eorum.Ventus vrens ſuggeſtionem dia
boli ſignificat,aurigo incendium fomitis,grando impetum comminuentis hoſtis Amos quarto:
Percuſſi vos vento vrente,& in aurigine multitudinem hortorum veſtrorum & vineaꝝ veſtra-
rum,& olíueta veſtra & ficeta veſtra comedit eruca,& nõ rediſtis ad me,dicit dominus. Et hoc E
eſt quod hic ſequitur,⌊& omnia opa manuũ veſtraꝝ,⌋ ſupple percuſſi. Sapiæ.14.Similiter aũt
ſunt odio deo,impius & impietas eius.Econtra de bonis dicitur Iob primo:Operibus manuum
eius benedixiſti & poſſeſſio eius creuit in terra,⌊& non fuit in vobis,⌋ hoc eſt, inter vos,⌊qui⌋
Bonorum operꝝ certa ſemper retributio ſaltem p plagas,⌊reuerteretur ad me dicit dominus⌋ Super hoc quod modiỹ viginti relinquunt
decẽ,Dicit Hieronymus,ꝙ ſecundũ hoc aliq̃d boni naſcitur ex ſemine malorum,quia mali ſi in-
ter multa peccata aliqua iuſta opa faciunt,non eſt deus iniuſtus,vt propter multa mala paucoꝝ
bonorum obliuiſcatur,ſed faciet eos metere & in horrea congregare,quæ in bona terra ſemina-
uerunt,ſed qui penitus nihil operatur nihil comedit,ſed fame perit.Et fundat intentionem ſuam
ſuper hoc quod dicit ad Heb.6. Confidimus de vobis meliora & viciniora ſaluti,non eñ iniu-
ſtus eſt deus vt obliuiſcatur opis veſtri,q̃d oſtẽdiſtis in nomine eius,qa miniſtraſtis ſanctis & mi
niſtratis.Ex his videtur ꝙ opa mortua quæ extra charitatẽ fiunt,proſint ad vitam æternam,qa
aliter malus opa bona faciens non meteret,& in horreum congregaret,dicente domino. Iohã-
nis quarto:Qui metit,mercedẽ accipit & congregat in vitam æternam. Ad hoc ſine præiudicio
dicendum eſt,ꝙ quædã opera ſunt extra charitatem facta,quæ in toto tranſeunt,ſicut eſt gemi-
tus vel oratio,& illa nunq̃ reuiuiſcũt ad vitam æternam. Quædã aũt ſunt quæ in potiori q̃d eſt
in ipſis manent,ſicut magna eleemoſyna manet in damno rerum & longa & magna peregrina
tio,vel alia afflictio manet in debilitate virium,& hæc facta extra charitatẽ,ſi poſtea charitate re F
deunte approbent deuote,valere incipiunt ad vitam ęternam.Et de talibus loquuntur Paulus &
Hieronymus,cuius ſignum eſt,ꝙ ſi aliquis extra charitatem ex voto teneretur ad iſta & perſol-
ueret,iudex eccleſiaſticus nõ iniungit,vt iterato ſoluat,cum ad charitatem redierit. Ex dictis au-
tem accipit exhortationem in futurum,ponẽs ſignum futuræ benedictionis ſi ædificauerint tẽ-
plum,cuius ritu & cultu à pollutione liberentur.⌊Ponite corda veſtra⌋ aduertẽdo.ſ.futura,⌊ex
die iſta & in futurum⌋ Pſal.76.Memor ero ab initio mirabilium tuorum,& in factis manuum
tuarum meditabor.⌊A die viceſima & quarta noni mẽſis⌋qui apud nos Decẽber occurrit,quã-
do penitus nihil apparet germinis,⌊à die,qua fundamenta iacta ſunt templi domini,⌋ hoc dicit
quia potius templum quàm tempus attendit.Omnis enim proſperitatis in nobis initium eſt ia-
cere fundamenta templi domini per fidem.1.ad Corinth.3. Vt ſapiens architectus fundamentũ
poſui,alius autem ſuperædificat.Vnuſquiſq; autem videat,quomodo ſuperædificet.Fundamen-
tum enim aliud nemo poteſt ponere,præter id quod poſitum ẽ, quod eſt Chriſtus Ieſus. Gloſſa
ibidẽ,hoc eſt,fides Chriſti Ieſu.Et repetit exhortationẽ.⌊Ponite ſup cor veſtrũ⌋ Cantic.8. Po
ne me ficut ſignaculũ ſup cor tuũ.⌊Nunq̃d iam⌋ iſto.ſ.nono menſe, ⌊ſemen⌋ in terrã ſupple
iactum,⌊in germine eſt⌋ quaſi dicat nõ,quia tunc oĩa latent frigore compreſſa. ⌊Et⌋ ſupple
nũquid,⌊adhuc⌋ in eodem menſe,⌊vinea & ficus & malogranatũ & lignũ oliuæ nõ floruit?⌋
Q.d.nõ floruit.Et hoc inducit vt ſciant,ꝙ ex apparẽtibus germinibus,de proſperitate futura ni
hil certũ p̃dicere põt,ſed hoc q̃d dicit,de ſpũ dicit,vt ſciat euenire propter ædificiũ tẽpli.Oſee.6.
Præparatus ẽ quaſi diluculũ egreſſus eius,& veniet vobis tanq̃ imber temporaneus & ſerotinus
terræ.Spũaliter aũt vinea,fruct⁹ gaudioꝝ ęternoꝝ ſignificat.Iudicũ.9.Nõ poſſum deſerere vinũ
meũ,q̃d lætificat deũ & hoĩes.Ficus vero dulcedinẽ virtutũ.Iudicũ.9.Dixit ficus,nõ poſſum de-
ſerere dulcedinẽ meã.Malogranatũ aũt cõgregatiões & collegia ſctõꝝ. Pſal.110. Cõfitebor tibi
dñe in toto corde meo,in cõſilio iuſtoꝝ & cõgregatiõe.Oliua pinguedinẽ deuotionis.Iudicũ.9.
Dixit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A Dixit oliua,nõ poſſum deſerere pinguedinẽ meã,qua dij vtunť & hoĩes.Hæc in gelicidio frigeſcentis charitatis non germinãt,ſed tẽpore ſerenę veritatis,afflante auſtro ſancti ſpũs germinant & fructũ faciunt,Cant.2.Iam hyems tranſijt,imber abijt & receſſit, ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes odorem dederunt.⌊Ex die iſta benedicam,⌋Grego.Benedictio dei eſt bonorꝫ collatio & multiplicatio,Eccl.45.Benedictionem omnium gentiũ dedit illi,Eccl.39. Benedictio illius quaſi fluuius inundabit.¶⌊Et factũ eſt verbũ dñi,⌋tertia viſio,⌊ſecũdo,⌋non quantũ ad numerꝫ viſionũ, ſed quantũ ad rem viſam. Iſta eñ viſio de proſperitate eſt ſicut pcedens,⌊ad Aggæum in vigeſima & quarta menſis⌋noni.ſ.⌊dicens.⌋Et tangit proſperitatẽ futuræ dignitatis & ſublimitatis in regno Iudæorꝫ vel Chriſti, ⌊Loquere ad Zorobabel ducẽ Iuda dicẽs,⌋ Pſal.46.Principes populorꝫ congregati ſunt cũ deo Abraham, ⌊Ego mouebo cœlũ pariter & terram,⌋In præhabitis expoſita ſunt,Pſal.75.De cœlo auditũ feciſti iudicium, terra tremuit & quieuit,⌊& ſubuertam ſoliũ regnorꝫ⌋ſuperborꝫ.ſ.hominũ & dæmonũ,Eccl.10. Sedes ducum ſuperborꝫ euertit dñs,⌊& conteram fortitudinẽ regni gentium,⌋ vt.ſ.amplius in pctõ non regnent,Eccl.36.Contere caput principũ & inimicorꝫ dicentium, Nõ eſt alius pter nos,⌊& ſubuertam quadrigã,⌋quæ ſignificat motũ quatuor vitiorꝫ.ſ.contra naturã,contra fidẽ,contra gratiam,& cõtra rationem,Exo.14.Subuertit rotas curruũ,ferebanturq́ꝫ in profundũ, ⌊& aſcenſorem eius,⌋qui ſignificat liberꝫ arbitriũ,Exo.15.Equum & aſcenſorẽ proiecit in mare, ⌊& deſcẽdent equi q effrenes libidines ſignificant,⌊& aſcẽſores eorꝫ⌋qui ſignificãt hoĩes libidine vectos, B Amos.2.Aſcenſor equi nõ ſaluabit animã ſuam,⌊vir in gladio fratris ſui⌋cadet ſupple, vt.ſ.mutuis vulneribus pereãt,vel quod verius eſt,gladio ſpũs(quod eſt verbũ dei) ſic interficianť quod peccato morianť & Chriſto viuant,Exo.32. Occidat vnuſquiſqꝫ fratrem ſuũ.Sic aũt interfectis impijs,⌊In die illo dicit dñs exercituũ,⌋claræ.ſ.& lucentis gratiæ,⌊aſſumã te Zorobabel fili Salathiel,⌋in decorem.ſ.regni & participationẽ meæ poteſtatis,Pſal.88. Dñi eſt aſſumptio noſtra & ſancti Iſrael regis noſtri,⌊ſerue meus,⌋qui ſerui habitũ aſſumpſiſti,⌊dicit dñs,⌋Eſa.52.Ecce intellget ſeruus meus,& exaltabiť & eleuabiť & ſublimis erit valde,⌊& ponã te quaſi ſignaculũ⌋ .i.profundatũ ſigillũ meiꝑſius,Ezech.28.Tu ſignaculũ ſimilitudinis,plenus ſapientia & pfectus decore in delitijs paradiſi dei fuiſti,⌊quia te elegi,⌋hoc eſt, vt electũ exaltaui, Cant.5. Dilectus meus candidus & rubicundus,electus ex milibus,Pſal.64.Beatus quẽ elegiſti & aſſumpſiſti, ⌊dicit dominus exercituum,⌋Eſa.45.Ego dominus faciens hæc omnia.

Benedictio dei.

## ¶D. ALBERTI MAGNI EPISCOPI RATISPONEN. in Zachariam prophetam Enarratio.

### ¶Prologi diui Hieronymi in Zachariam prophetam explanatio.

ANno.⌋In prologo iſto Hieronymus ponit ordinẽ iſtius prophetiæ, intentionẽ & materiam,& probat hæc p authoritates Eſdræ,Zachariæ & Eſaiæ.Et ſecundũ hoc diuiditur prologus, ſicut cuilibet patere poteſt.⌊Anno ſecundo Darij,⌋filij Hiſtaſpis.ſ.qui(ſicut dicit Hieronymus)fuit annus quadrageſimuſprimus à primo Cyro, qui licentiã C dedit redeundi,⌊regis Mœdorꝫ,⌋qui in Mœdia & Perſide regnauit ⌊Aggæũ & Zachariã propetaſſe⌋.i.ad prophetandũ inſpiratos fuiſſe,⌊lectiones eorundem declarant,⌋Aggæus eñ ſic dicit,In anno ſecundo Darij regis in menſe ſexto.Zacharias aũt ſic, In menſe octauo in anno ſecundo Darij,factũ eſt verbũ dñi.Et ſubdit de ordine.⌊Sed hac de cauſa Aggæus Zacharię in ordine prophetarꝫ⌋duodecim.ſ.⌊platus⌋.i.ppoſitus⌊videtur,⌋ab his q prophetas ordinauerũt,⌊ꝙ eũ⌋.ſ.Aggæũ,⌊duobus mẽſibus (vt pdictæ lectiones oſtendũt)⌋in principijs.ſ.⌊in prophetia pceſſiſſe inuenit,⌋In principio eñ Aggæi dicit, In mẽſe ſexto in vna die mẽſis.In principio Zacharię,In mẽſe octauo,& ſic duobus mẽſibus Aggæus añ Zachariã prophetauit.Et ſubiũgit de intẽtione,⌊ad reſtaurationẽ etiã tẽpli,⌋ ſupple ſicut Aggæus,⌊pcepto dñi populũ animaſſe,⌋per exhortationẽ.ſ.⌊Eſdras refert,⌋Zachariã.ſ.⌊dicens⌋.1.Eſdræ.5.& ſunt hæc verba in Eſdra paucis immutatis, inquantũ vna tranſlatio differt ab altera.In anno ſecũdo Darij regis,⌋filij.ſ.Hiſtaſpis, ⌊prophetauerũt Aggæus & Zacharias filius Abdo prophetę⌋hoc eſt ꝓpheticã inſpirationẽ acceperũt,⌊ſup Iudæos q erãt in Iudęa & in Hieruſalẽ,⌋hoc dicit ad cõparationẽ eorꝫ q adhuc erãt in Babylone & necdũ redierãt, multi eñ poſtea redierũt cũ Eſdra anno ſeptimo,ſicut dicit Eſdræ.7.multi cũ Nehemia anno decimo Artaxerxis,ſicut dr Nehe.1.⌊in noĩe dei,⌋ſupple ꝓphetauerũt ⌊ſup Iſrael,⌋& ſunt adhuc verba Eſdrę & ea q̃ ſequunť.⌊Tũc ſurrexerũt Zorobabel filius Salathiel⌋q.ſ.fuit loco regis,⌊& Ieſus filius Ioſedech⌋ſumm⁹ ſacerdos.ſ.⌊& pricipes ei⁹⌋Zorobabel.ſ.⌊& inchoauerũt ædificare domum dei,quæ eſt in Hieruſalẽ,⌋Inchoauerunt dicit,qa iactis fundamẽtis & conſtituto altari impe-

Aggæus Zachariæ præpoſitus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

impediti ſunt ab opere,⌊quibus⌋.ſ.regi & ſacerdoti, ⌊cum adeſſent prophetæ,⌋ Aggæus.ſ.& D
Zacharias per cooperationem,⌊exhortatione ſua adiuuerunt eos⌋ confortando .ſ. & animãdo ad opus. Hæc eſt ergo intentio literalis & finalis. Secundo autem etiam intendit à peccato reuocare populum. ⌊Nam & populum Iſrael⌋ hoc eſt, generaliter Iudæos,⌊ab imitatione paternorum delictorum⌋ hoc eſt, ne imitentur paterna delicta,⌊per ſuam commonitionẽ, hic propheta⌋ Zacharias.ſ.⌊cupiens reuocare verbis lectione comprehenſis vſus eſt,⌋ Zachar.1. Ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabant prophetæ priores. Et paucis interpoſitis ſubdit. ⌊Vidi nocte,& ecce vir aſcenderat ſuper equũ rubeum⌋ Aliam translationem ponit, quam viſionẽ Hieronymus exponens, ſubdit. ⌊Vidit propheta⌋ Zacharias.ſ. ⌊virum in equo rubeo ſedentem,⌋ hoc eſt, angelum in ſpecie viri,⌊& ſtantem in medio myrteti vmbroſi⌋ quaſi paratũ ad vindictam,⌊cuius viſionis⌋ quæ Zachariæ primo continetur,⌊ſecundum traditionem Hebræoꝝ,⌋ mendoſam.ſ.& falſam,⌊hæc ſolutio eſt⌋ id eſt expoſitio,⌊vir aſcendens ſup equum rubeum⌋ in viſione oſtenſus,⌊licet angelus intelligatur⌋ viſibiliter apparens,⌊tamen quia prædicti coloris⌋ rubei.ſ.⌊equum conſcendere viſus eſt,⌋ qui color rubeus ſanguini ſimilis eſt,⌊vindictã ſanguinis⌋ hoc eſt, occiſionis,⌊in eam⌋ hoc ẽ, cõtra eam, ⌊gentẽ ſignificat proferendã⌋ à deo.ſ. ⌊quæ⌋.ſ.gens,⌊populũ Iſrael in captiuitatẽ redegerat,⌋ vt ex hoc animarent Iudæi, videntes vindictam fieri de inimicis. Et hãc expoſitionẽ cõfirmat, ſubdẽs. ⌊Nã & Eſaias propheta⌋.63. ⌊per ruborem veſtimentoꝝ⌋ regis.ſ. Iſrael Eſaię oſtenſi, ⌊inter gentes⌋ hoc eſt, cõtra gentes, ⌊vindictã cũ ſanguine⌋ hoc eſt, interfectionẽ,⌊à deo proferendã demonſtrans⌋ ſecundũ Hebræos.ſ.⌊his verbis vſus eſt dicẽs⌋ rubore.ſ. veſtiũ ſanguinẽ ſignificãdo. ⌊Quis eſt iſte q venit de Edom, rubor veſtimentoꝝ eius ex Boſor⌋ Ponit aliã translationẽ, noſtra eñ ſic habet. Quis E
eſt iſte q venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Et ſubdit exponẽs reſiduũ viſionis,⌊ſtantem vero viꝝ in medio myrteti vmbroſi⌋ q̊d dixit ſupple Zacharias, ⌊lætitiã populo affuturã⌋ de liberatione.ſ.⌊per myrteti ſignificationem⌋ q̊d virens & odoriferꝝ eſt, ⌊voluit deſignare⌋ Zacharias.ſ. Et hoc probat ſubdẽs. ⌊Eius ligni Moyſes in Leuitico⌋ de lætitia.ſ.& feſto tabernaculoꝝ agẽs,⌊cũ faceret mentionẽ⌋ Leuitic.23.⌊ait: Accipietis die prima fructus ligni ſpecioſi⌋ hoc eſt, ramos cũ fructibus, q myrtelli dicũtur. Quod exponẽs ſubdit,⌊vt lætitiã populi⌋ Iſrael .ſ.⌊p bene olẽtis ligni & ſpecioſi vmbraculũ,⌋ myrti.ſ. ⌊demõſtraret⌋ ipſe.ſ. Moyſes. Quod exponẽs infert.⌊Sed hãc viſionẽ⌋ Zachariæ.ſ.⌊quæ liberationẽ populi⌋ pro vna pte ſui, ⌊& vindictã de aduerſarijs⌋ pro alia pte, ⌊futurã demõſtrat⌋ hoc ẽ ſignificat, ⌊ob hoc⌋.i. ppter hoc,⌊nocte propheta ſe vidiſſe memorauit⌋ hoc ẽ, deſcripſit, ⌊qa populũ Iſrael⌋ in Aegypto ſupple detentũ,⌊etiã prima liberatiõe⌋ ſupple à Pharaone,⌊de terra Aegypti noctu diſceſſiſſe cõſtabat. Exod.12.& Sapiæ.18. ⌊cuius exẽpli⌋ nocturnæ.ſ. liberationis, ⌊præſens populus⌋ de Chaldæa rediẽs,⌊aliquã partẽ⌋ per ſimilitudinẽ.ſ. nocturnæ reuelationis,⌊in ſe retinere videbatur⌋ & ideo ſupple,⌊liberatio eiuſdem⌋.ſ. populi,⌊ac reditus captiuitatis⌋ hoc eſt, captiuoꝝ, ⌊de terra Chaldæorum⌋ ad quam captiui ducti fuerant, ⌊per noctem⌋ hoc eſt, tempore nocturno,⌊prophetæ⌋.ſ. Zachariæ, ⌊reuelata eſt.⌋

¶In capitulum primum Zachariæ prophetæ enarratio.

IN menſe octauo⌋ Hæc prophetia tota in duas parte diuiditur, ſecũdũ tẽpora duo, in qbus reuelata fuit. Primo eñ ponũtur reuelata in ſecũdo anno Darij. Secundo reuelata in quarto anno eiuſdẽ Darij, infra.7. ibi, Et factũ eſt in anno quarto Darij regis. Prima haꝝ in ſex diuidit, ſecundũ ſex promiſſiones reuelatas. Prima eſt in inimicos vltio, in hoc cap. deſcripta. Secũda eſt ciuitatis reſtitutio, infra.2.ibi, Et leuaui oculos meos & vidi,& ecce vir. Tertia dignitatis ſacerdotalis reparatio, infra.3.ibi, Et oſtendit mihi dñs ſacerdotẽ magnũ. Quarta tẽpli reædificatio, infra.4.ibi, Et reuerſus eſt angelus q loquebat in me. Quinta peccatoꝝ & pœnaꝝ cõmemoratio, infra.5. ibi, Et cõuerſus ſum & leuaui oculos meos. Sexta promiſſoꝝ acceleratio, infra.6.ibi, Et cõuerſus ſum & leuaui oculos meos, & ecce quatuor quadrigæ. Prima iſtaꝝ diuiditur in duo, titulũ.ſ.& prophetiã, ibi, Iratus eſt dñs. Dicit ergo. ⌊In mẽſe octauo⌋ ab Aprili.ſ. qui apud nos Nouember dicitur. ⌊In anno ſecundo Darij⌋ filij.ſ. Hiſtaſpis, qui clemens fuit Iudæis,& impeditam ædificationem diu, iterato promouit, licentiam dando & principes ædificij præponendo, Zorobabel & Ieſum ſacerdotem magnum. ⌊Factũ eſt verbũ dñi,⌋ per inſpirationem .ſ.⌊ad Zachariã⌋ ad præpoſito appropinquationẽ notat ad intellectum. Iacobi primo: Suſcipite inſitum verbum, ⌊filium Barachiæ⌋ vt paterna dignitate propheta eſſe ſciatur,⌊filij Abdo prophetam dicẽs⌋ vt ex auita dignitate prophetia deſcendat. Interpretatur enim Zacharias memoria domini, ex memoria enim notitia verbi naſcitur. Lucæ ſecundo Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Pſalmo

Zacharias.

ſeptua-

A ſeptuageſimo:Domine memorabor iuſtitiæ tuę ſolius. Barachias, benedictio interpretatur,quia
ex benedictione dei ( quæ per gratiam fit ) notitia & memoria dei accipitur,& affluentia verbi **Barachias.**
miniſtratur. Eccl.39. Si dominus magnus voluerit,ſpiritu intelligentiæ replebit illum, & ipſe tan-
quam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, Abdo teſtimonium interpretatur, vt.ſ.quicquid dicit **Abdo.**
ex deo teſtificetur. Pſal.92. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Hieronymus, Abdo,ipſe
eſt Ahias qui miſſus eſt ad Hieroboam filium Naboth .3.Reg.13. Sub quo altare dirutũ e[illegible] ,& ma
nus eius aruit,quæ ad preces eius reſtituta eſt.

¶⌊Iratus eſt dominus⌋ Hic incipit prophetia,& habet partes duas. Primo enim facit cõmi-
nationem conuerſionis vt remoueatur obſtaculum diuinæ promiſſionis. Secũdo deſcribit viſio-
nem vltionis,ibi, In die viceſima & quarta. In prima tria ſunt, ira quàm incurrit non conuerſus,
exhortatio ad conuerſionem,& oſtenſio vindictæ in eos qui conuerti noluerunt. ⌊Iratus eſt do-
minus⌋ hoc eſt,ad modum iraſcentis puniuit, ⌊ſuper patres veſtros,⌋ ſuper notat oppreſſionẽ,
qa ira dei oppreſſi ſunt, ⌊iracundia⌋ quod notat magnã iram ſeuere vindicantem. Eſa.64. Ecce
tu iratus es & peccauimus,& in ipſis fuimus ſemper. ⌊Et dices⌋ Ezech.3. Loqueris verba mea
ad eos ſi forte audiant & quieſcant, ⌊hæc dicit dominus exercituum⌋ Hieronymus ſæpe in Ag-
gæo & Zacharia iterat̃ iſte ſermo,vt ſciant ꝙ nõ homo,ſed deus iſta loquit̃. Eſa.1. Os enim do-
mini loquutum eſt.2.ad Corinth.13. An experimentũ quæritis eius q in me loqtur Chrũs? 2.Re-
gum.23. Spũs domini loquutus eſt ꝑ me,& ſermo eius ꝑ linguam meam. ⌊Conuertimini ad me
dicit dominus deus exercituum⌋ hoc eſt,ſimul in toto, intus & extra vertimini, ac totos vos ad **Conuerſi**
me diligendum conuertite. Iohelis.2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, ⌊& conuertar⌋ **ad deũ q̃te**
benedicendo.ſ.& protegendo, ⌊ad vos dicit dominus exercituum⌋ Eſaię.45. Conuertimini ad **nus ſit ĩ ho**
B me & ſalui eritis,omnes fines terræ. Sed obijcitur, Homo enim non habet vnde conuertat̃, niſi à **mĩs facul-**
deo accipiat. Conuerſio enim dei ad nos præcedit conuerſionem noſtram ad deum,& iſte ordi- **tate.**
nat econuerſo. Threñ. vlt. Conuerte nos domine ad te & conuertemur. Pſalm̃.84. Conuerte nos
deus ſalutaris noſter,& auerte iram tuam à nobis. Ad hoc dicendum,ꝙ eſt conuerſio ꝑparationis
remouens diſſenſum à gratia & obſtaculum,& eſt conuerſio ꝑfectionis ꝑ informationẽ volun-
tatis. In prima ꝑ̃cedit factũ hominis. In ſecũda factũ dei. Baruch.4. Sicut auerſi fuerũt ſenſus ve-
ſtri vt erraretis à deo,decies tantũ conuertẽtes requiretis eũ. Et ſubdit de reuocatione ab imita-
tione maloꝝ patrũ dicẽs: ⌊Ne ſitis ſicut patres veſtri⌋ mali.ſ. Ezech.16. Pater tuus Amorrhæus
& mater tua Cethęa. Iohan.8. Vos ex patre diabolo eſtis, ⌊ad quos clamabant prophetæ prio-
res⌋ clamor notat intẽſionẽ ꝑ̃dicationis & exhortationis. Pſal.68. Laboraui clamãs,raucę factæ
ſunt fauces meæ. Eſa.58. Clama ne ceſſes,quaſi tuba exalta vocem tuam,prophetæ dicit,nõ pro-
pheta,qa multos miſit. Hiere.7. Miſi ad vos oẽs ſeruos meos prophetas,per diem conſurgẽs di
luculo,& mittens & non audierunt me, ⌊dicentes: Hæc dicit dominus exercituum,⌋ vt propter
reuerentiam domini ſermones acciperent̃,cum tamen econuerſo factũ ſit. Ezech.3. Domus Iſ-
rael nolunt audire te,quia nolunt audire me, ⌊conuertimini de vijs veſtris malis,⌋ Viæ dicuntur
primi conceptus ad malum inclinantes. Prouerb.1. Fili mi,ne ambules cum eis,prohibe pedẽ tuũ
à ſemitis eoꝝ, ⌊& cogitationibus veſtris peſſimis⌋ Cogitatio dicitur quaſi coagitatio, quãdo.ſ. **Cogitatio**
C agitatur in corde quomodo malum ꝑpetretur,& hæ peſſimæ ſunt,quando ꝑficiuntur in opere. **iniqua**
Eſa.55. Derelinquat impius viam ſuam,& vir iniquus cogitationes ſuas, ⌊& nõ audierunt⌋ per
deuotionem.ſ.& pœnitentiam. Contra quod dicitur in pſal.94. Hodie ſi vocem eius audieritis,
nolite obdurare corda veſtra, ⌊nec attenderunt ad me,dicit dominus exercituum⌋ vt ſaltem at-
tentione cordis,& propoſito redire diſponerent. Prouerb.1. Deſpexiſtis omne conſilium meum
& increpationes meas neglexiſtis. Et confirmat exhortationem per iudicium factũ de peccato-
ribus, ⌊patres veſtri vbi ſunt & prophetæ⌋ ſupple pſeudo qui confortauerunt vos in malo. Hie
remiæ.23 & Ezech.13. de pſeudoprophetis. Et eſt ſenſus: Vbi ſunt,hoc eſt,in quãta miſeria ſunt,
ſicut Gene.tertio: Adam vbi es? Hiere.5. Prophetæ prophetabãt mendacium & ſacerdotes ap-
plaudebant manibus ſuis & populus meus dilexit talia, ⌊nũquid in æternum viuẽt?⌋ Et eſt ſen
ſus, Nunquid viuent vita æterna,quaſi dicat non,quin imo in æternum morientur,ita ꝙ nunquã
permorientur. Iob.viceſimoprimo: Ipſe ad ſepulchra ducetur,& in congerie mortuorum vigi-
labit, ⌊veruntamen verba mea,⌋ quæ ſupple dixi per prophetas quæ non audierunt, ⌊& legi-
tima mea,⌋ hoc eſt,leges præceptorum meorum,quæ ſupple non fecerunt. Eſa.8. Signa legem
in diſcipulis meis. Oſee octauo: Scribam ei multiplices leges meas,quæ velut alienæ computatæ
ſunt, ⌊quæ⌋.ſ. verba & legitima mandaui ſeruis meis prophetis in comminationibus.ſ. factis ꝑ
eos. ⌊Nunquid non comprehenderunt patres noſtros⌋ in pœnis.ſ.comminatis. Prouerbiorum
quinto: Iniquitates ſuæ capient impium,& funibus peccatorum ſuorum conſtringetur, ⌊& cõ- **Pœna agni**
uerſi ſunt⌋ in pœnis.ſ.quia oculos quos culpa clauſit,pœna aperit (vt dicit Gregorius) Eſa.28. **tionem pa**
Et tantummodo ſola vexatio dabit intellectum auditui, ⌊& dixerũt⌋ gementes.ſ.in ꝑ œnis, ⌊ſi- **rit ſceleris.**
cut cogitauit dominus exercituum facere nobis⌋ Threnorum ſecundo: Fecit dñs quæ cogitauit,
compleuit ſermonem ſuum. Eſaiæ.31. Ipſe ſapiens adduxit malum, & verba ſua non abſtulit,

⌊ſecũ-

⌊ſecundum vias noſtras⌋ hoc eſt, ſecundum opera noſtra mala. Prouer. 1. Comedent igitur fru D
ctus viæ ſuæ, ſuiſq́ꝫ conſilijs ſaturabunt, ⌊& ſecundũ adinuentiones noſtras fecit nobis⌋ Nouos
eñ modos pctõrum peccatis paternis adiecerũt. Romañ. 1. Inuentores maloꝝ. Pſal. 27. Secundũ
nequitiam adinuentionum eoꝝ tribue illis. ¶⌊In die viceſima & quarta⌋ Hic incipit reuela-
tio viſionis de vltione aduerſus inimicos, & habet tres partes. In prima deſcribit ſub figura vltio
nem in inimicos. In ſecũda propitiationem ad ſanctos, ibi, Et reſpondit angelus domini, & di-
xit: In tertia, modum, qualiter vltio fiet de inimicis & conſolatio ſanctis, ibi, Et leuaui oculos me-
os & vidi. Prima in duas diuiditur. ſ. viſionis figuram & figuræ explanationem, ibi, Et dixi qui
ſunt. Adhuc prima in duas, in titulum viſionis & viſionem. ⌊In die viceſima & quarta⌋ qui nu
merus (ſicut dicit Hieronymus) ex tribus octonarijs componitur vt ternarius ad fidem trinitatis
referat, octonarius ad beatitudines, quæ Matth. 5. deſcribũtur, ⌊vndecimo menſe⌋ qui apud nos
februarius dicitur, ⌊ſabbato⌋ feſto. ſ. die in requie cordis. Gloſſa interlinearis, tertio. ſ. mẽſe poſt
Sabath. octauum, in quo prima viſio facta ẽ. Hieronymus in originali legit Sabath & non ſabbato. Et di
cit ꝙ Sabath interpretat virga, & ſignificat auſteram correctionem, qua populus adhuc depri-
mebatur, & vult ꝙ ſit nomen menſis. ⌊In anno ſecundo Darij⌋ filij. ſ. Hiſtaſpis, ⌊factũ eſt ver-
bum domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Abdo prophetam, dicẽs:⌋ Hæc ante ſæpe ex-
poſita ſunt, ⌊vidi ꝑ noctem⌋ Hic incipit viſio. Et ꝙ dicit, vidi, refertur ad intellectum, cuius vi-
Tempus viſioni propheticę aptum. ſio certa eſt rei comprehenſio, quod dicit ꝑ noctẽ, diſpoſitionem dicit videntis, quãdo ſenſus ab
exterioribus tumultibus clauſi ſunt. Iob. 33. In viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuꝑ homi- E
nes & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures viroꝝ & erudiens inſtruit diſciplina. Hieronymus ta
men noctem refert ad tribulationem populi. Eſa. 21. Cuſtos quid de nocte, cuſtos qd de nocte?
Intendit eñ quærere quantum de nocte tribulationis tranſierit. Daniel. 7. Aſpiciebam in viſione
mea nocte. ⌊Et ecce vir⌋ angelus. ſ. in ſpecie viri viriliter exercens vindictam, ⌊aſcendẽs⌋ pro-
ficiente. ſ. virtute. Pſal. 83. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, ⌊ſuper equũ⌋ per quem equitas re
gni Mœdorum ſignificatur, Cyrum enim ſignificat ⌊rufum⌋ in teſtimoniũ. ſ. ſanguinis effun-
dẽndi, quia Balthaſar regem Chaldæoꝝ interfecit. Daniel. 5. De quo equo dicitur Iob. 39. Pro-
cul odoratur bellũ, exhortationem ducum & vlulatũ exercitus. Et eſt ſimilitudo, qa ſicut equus ꝑ
aſcenſorem dirigitur & regitur, ita regnum per regem, ⌊& ipſe⌋. ſ. vir in equo, ⌊ſtabat⌋ rectus
per iuſtitiam & virtutem. 3. Regũ. 18. Viuit dominus, in cuius conſpectu ſto, ⌊inter myrteta⌋ vt
Myrtetum ſitu. ſ. oſtenderet, quoniam appropinquabat afflictis ꝑ propitiationẽ. Myrtetum eñ condenſa
plãtatio myrti eſt, & ſignificat ſanctos iam purgatos redolentia deuotionis in oratione & virore
virtutis in opere. Deuter. 4. Nec eſt alia natio tã grãdis, q̃ habeat deos appropinquãtes ſibi, ſicut
deus noſter adeſt cũctis obſecrationibus noſtris, ⌊quæ⌋. ſ. myrteta, ⌊erãt in profundo⌋ in imo
ſcilicet tribulationis & anguſtiæ. Pſal. 68. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Io
næ. 2. Ad extrema montiũ deſcendi, terræ vectes circũdederunt me. Vnde Septuaginta habent, F
inter montes vmbroſos, ⌊& poſt eũ⌋. ſ. virum in equo rufo ſedẽtem, ⌊equi rufi varij & albi.⌋
Equoꝝ ſignificatio. Hieronymus, Quidam ordine mutato ꝑ albos equos ſignificant Perſas & Mœdos, ſub qbus ca
ptiuitas dimiſſa & templum inſtauratũ eſt, per varios Macedones, quoꝝ quidam amici, alij per-
ſecutores fuerint, per rufos Romanos ſanguine cruentos, q populũ occiderũt & templũ ſubuer-
terũt. Alij ſequentes ordinem literæ, virum qui aſcendit ſuꝑ equũ rufum & cæteros qui ſequunt,
quatuor regna interpretatur. ſ. Aſſyriorum, Chaldæoꝝ, Mœdorum, Perſarum & Græcoꝝ, pri-
mum & ſecundum dicunt ſanguinarium, Aſſyrios. ſ. & Chaldæos, quorum primi, decem tribus
ſub Salmanaſar duxere captiuas. Secundi, Iudam & Beniamin, incenſa Hieruſalem & tẽplo ſub-
uerſo. Apoca. 6. Exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper eum, datum eſt ei vt ſumeret pacẽ
de terra, & datus eſt ei gladius magnus. Tertios & quartos, varios & albos, Mœdos & Perſas in-
terpretantur, quoꝝ alij clementes vt Cyrus & Darius filius Hiſtaſpis, & Aſſuerus quem Græci
Artaxerxem vocant, alij crudeles vt Cambiſes & cæteri. Melius tamen exponitur hoc myſtice,
vt per aſcendentem ſuꝑ equum rufum, dominus noſter Ieſus Chriſtus intelligat, qui rufus eſt in
paſſione & rector eccleſiæ. Eſa. 63. Quare ergo rubrũ eſt indumentũ tuũ, rufi ſequẽtes martyres,
varij confeſſores, varietate virtutũ depicti, albi innocentes & virgines & religioſi. De rufis dicitur
Apoca. 7. & 22. ꝙ lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni. De varijs in pſal. 44. Aſtitit regina à de-
xtris tuis, in veſtitu deaurato, circũdata varietate. De albis, Apoca. 3. Qui vicerit ſic veſtietur ve-
ſtimentis albis. Eccleſiaſtes nono: Omni tempore veſtimenta tua candida ſint. Et ſubdit de ex-
planatione. ⌊Et dixi: Qui ſunt iſti domine mi⌋ angelũ vocat dominum, qa poteſtate diuina re-
gere videbatur, ⌊& dixit ad me angelus domini,⌋ qui forte in ſpecie corporali loquebatur, ⌊qui
loquebatur in me⌋ accuſatiui caſus, hoc eſt locutione in me tendente, vt. ſ. intelligerem. Pſal. 84.
Audiam qd loquat in me dominus deus, ⌊ego oſtendam tibi, quid ſunt hæc⌋ hoc eſt, qd iſta ſi-
gnificant. Simile Daniel. 8. Gabriel fac intelligere iſtam viſionem, ⌊& reſpondit vir⌋ angelus. ſ.
⌊qui ſtabat inter myrteta⌋ qui principalior videbat, ⌊& dixit⌋ ſupple angelo q mihi loqueba-
tur, ſecundum ꝙ ſuperior angelus illuminat inferiorem, ⌊iſti ſunt,⌋ ſupple qui præſunt regnis
quatuor,

A quatuor,⌊quos miſit dñs,⌋vt mundi gubernator,⌊vt perambularent terram,⌋vt.ſ.vnũquodq;
regnum voluntatem dñi ſuo tempore ad diſpoſitionem angeli qui ſibi præeſt, perficiat,Eccl.17
In vnamquãq; gentem p̄poſuit rectores & pars dei Iſrael facta eſt manifeſta,& omnia opera il
lorum velut ſol in cõſpectu dei.Et ſicut eſt in bonis angelis, ita eſt in malis ad exercitium ordi-
natis.Vnde Iob.1.dixit ſatan cum redderet rationem de poteſtate accepta: Circuiui terram &
perambulaui eam,⌊& reſponderũt,⌋rufi.ſ.varij & albi,⌊angelo dñi qui ſtabat inter myrteta⌋
qui ſupple princeps & principalis eſſe videbaꝛ,⌊& dixerunt,⌋ rationẽ reddentes de officijs ſuis
⌊perambulauimus terrã,⌋omnia.ſ.ad ordinem iuſtitiæ dei diſponentes. Et hoc eſt quod ſequi
tur.⌊Ecce omnis terra,⌋videlicet vniuſcuiuſq; regni non ſimul,ſed ſucceſſiue,⌊habitatur,⌋per
cultum,⌊& quieſcit⌋in fructu bonoꝝ ſuoꝝ.Hæc quæ dicta ſunt confirmanꝛ.3. Regũ. vlt.Vidi
dñm ſedentem ſuper ſoliũ ſuum & cunctũ exercitũ cœli aſſidentẽ ei à dextris & à ſiniſtris,Iob.1
Cum cõuenirent filij dei vt aſſiſterent ante dominũ, adfuit inter eos & ſatan,ſicut &.3.Reg.vlt.
adfuit ſpũs mẽdax,Dañ.7.Milia miliũ aſſiſtebãt ei,& decies milies centena milia miniſtrabãt ei,
Iob.25.Poteſtas & terror apud eũ eſt,qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Nunquid eſt nu
merus militũ eius & ſuper quem non ſurgit lumen eius? Hebræ.1.Omnes ſunt adminiſtratorij
ſpũs in miniſterium miſſi, Iob.38.Nunquid noſti ordinem cœli & rationem eius pones in ter-
ra? Deutero.32.ſecundum Septuaginta:Statuit terminos populorum, iuxta numerum angelo-
rum dei.Ex omnibus his accipitur,ꝙ diſpoſitio dei in terra & in hominibus diſponitur per an-
los,& ꝙ aſſiſtunt coram domino,de officijs ſuis rationẽ reddẽtes.Sed ſicut ſuper Danielem no
tatum eſt,deus angelo loquitur per illuminationem,quæ dicitur theoria vel theophania, theo-
B ria quãdo eſt contemplatio ſimplex ſecundum curſum naturæ vel iura hominum,inferiora diſ-
ponens,Theophania aũt lumẽ diuinũ dicitur,in quo cognoſcitur qualiter ad ſupernaturalia & ſu
per conſueta in hominibus inferiora ad voluntatem & ordinationem dei diſponunꝛ.Hoc igitur
modo loquitur eis deus,ipſi aũt angeli deo, quãdo inferiora diſpoſita & quaſi in viſione veſper-
tina ordinata referunt ad lucem ſapientiæ diuinæ quaſi ad viſionem matutinã, vt oſtendatur,ꝙ
in inferioribus nihil diſcors eſt ſapientiæ diuinæ,quę omnia præordinat vel ad merita iuſtorũ vel
pręmia vel ad purgationes purgandorum vel ad vindictas malefactoꝝ vel vt ſordeſcant hi qui
in ſordibus ſunt,vt dicitur Apoca,22.Angelus autem ad angelum loquitur, ſuperior quidem ad
inferiorem per cõmunicationem illuminationis, inferior vero ad ſuperiorem per relationem mi
niſterij ſui ad claritatem illuminationis acceptæ, ſicut refertur exemplum ad exemplar & artifi-
ciatum ad artis rationem.Par autem pari loquitur dupliciter,ſcilicet per oſtenſionem illumina-
tionis acceptæ,& per declarationem miniſterij perfecti,ſecundum illuminationem. Angelus au
tem animæ loquitur dupliciter,ſi eñ loquitur ad ſenſum vel ad imaginationem, tunc loquiꝛ per
ſpeciem corpoream aſſumptã,ſi loquitur ad intellectum,tunc loquitur per acceptæ illuminatio-
nis à deo influentiam.Talis eñ ordo in luminibus ſpũalibus & in corporalibus eſt, ꝙ ſuperiora
ſuperinfluunt inferioribus,& non econuerſo,& inferiora coniunguntur,& applicantur ſuperio-
ribus vt formalibus,& non econuerſo. Vnde omnes planetæ applicantur Saturno, & Saturnus
C nulli,vt dicit aſtronomus.Diſcordia quæ eſt inter eos,diſſimilitudo adminiſtrationis eſt ad finẽ
diſpoſita à deo,reductio ad concordiam nihil aliud ꝗ oſtenſio finalis diſpoſitionis. ¶⌊Et reſpõ
dit angelus dñi.⌋Hic ponitur oratio angeli in perſona ſanctorum, & ponuntur hic tria.ſ. oratio
angeli,reſponſio de conſolatione dñi,& enuntiatio facta ad populum. ⌊Et reſpõdit angelus do
mini,⌋Iſte angelus fuit(vt dicunt Hebræi)Michael,qui præfuit ſynagogæ.Reſpondit aũt occa-
ſionem accipiens ex verbis aliorum angeloꝝ prouincialium,quia omnis terra habitatur & qui-
eſcit,ꝙ & Iudæorum terra deberet habitari & quieſcere. ⌊Et dixit dñs exercituum,⌋angelorũ
.ſ.& dæmonum & hominum, ⌊vſquequo tu non miſereberis Hieruſalem?⌋vt.ſ.reædificetur,
Ex quo eñ tota terra habitatur & quieſcit & ſolus populus tuus affligitur,miſereri deberes,Pſal.
76.Aut continebit in ira miſericordias ſuas? Abacuc.3.Cum iratus fueris, miſericordiæ recorda-
beris,⌊& vrbium Iuda quibus iratus es,⌋quia omnes vrbes Iuda,hoc eſt duaꝝ tribuum deſtru-
ctæ erant,Eſa.36.Aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ſuper omnes ciuitates Iuda munitas,&
cæpit eas.Ira autem domini ad pœnam refertur.Et ſubiungit petitionis rationem & meo iudi-
cio debet legi interrogatiue.⌊Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt?⌋ſupple tuæ promiſſionis, quã
feciſti per Hieremiam,ca.29.quaſi dicat,non eſt,immo eſt centeſimuſſeptimus,quia ſexageſimo-
ſeptimo anno data eſt licentia redeundi primo anno Cyri, & poſtea ad hunc annum ſcundum
Darij.ſ.fluxerunt anni qui cum alijs ſexagintaſeptẽ, centum & ſeptem faciunt. Et eſt ſenſus,ac
ſi dicat,Moueat pietatẽ tuam,q̃d trigintaſeptẽ annis vltra promiſſionẽ à te factã in captiuitate
remanſerũt.Alij quidã dicunt,ꝙ remiſſiue legaꝛ litera,& ꝙ intelligitur de annis deſolationis tem
pli,nõ de annis captiuitatis.Dicit aũt Hiero.ꝙ primus annus Cyri fuit trigeſimus annus deſola-
tionis templi.Inter Cyrum aũt & ſecundũ annũ Darij filij Hiſtaſpis fluxerunt anni, & ita anni
deſolationis in illo tempore fuerunt ſeptuaginta anni.Primã tamen expoſitionẽ magis videꝛ ap
probare Hieroñ.⌊Et reſpondit dñs angelo qui loquebaꝛ in me,⌋accuſatiui caſus,hoc eſt loquu-

V tione

Angelorũ miniſterio mũdus diſponitur.

Deus quõ loquaꝛ angelo & econuerſo.

Angelus q̃mõ loquaꝛ angelo.

Angelus q̃mõ loquaꝛ animæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tione tendente in me, Oſee.2. Loquar ad cor eius, Eſa.40. ⌊Loquimini ad cor Hieruſalem, ⌊ver D
ba bona,⌋ per ſe. ſ. & ad ſe bona cõferentia, ⌊& cõſolatoria⌋ de. ſ. mali contriſtantis amotione,
Eſa.40. Conſolamini cõſolamini popule meus, dicit deus veſter, ⌊& dixit ad me angelus qui lo
quebat̃ in me,⌋ illuminatus. ſ. ab angelo cui loquebat̃ dñs, ⌊clama dicens,⌋ clamor notat inten-
tionem deſiderij ad impletionẽ dicti, Eſa.40. Vox dicentis, clama, ⌊hęc dicit dñs exercituũ⌋ qui
ſcire poteſt & exequutioni mãdat per miniſtros, ⌊zelatus ſum Hieruſalẽ⌋ populũ. ſ. ⌊& Sion⌋
Zelus. — regnũ. ſ. ⌊zelo magno,⌋ Beda, Zelus eſt amor cũ ira & indignatione contrarij, quo quis quæli-
Deus zelotes. — bet mala videns corrigit ſi poteſt, ſi nõ poteſt, tolerat & gemit. Et ſic dñs amauit populũ, vt cor
rigeret in eo delicta, Iohe.2. Zelatus eſt dñs terrã ſuam & pepercit populo ſuo, Pſalm̃.68. Zelus
domus tuæ comedit me. Econtra de obſtinatis dicitur, Ezech.16. Zelus meus auferet̃ à te, ⌊&⌋
Ira magna — ideo ſupple qa zelatus ſum Hieruſalẽ, ⌊ira magna ego iraſcar ſuper gentes opulentas,⌋ ira ma-
gna dicit̃, quæ deſeuit vſq; ad deſtructionẽ corporis & animæ, quod patientur hi q perſequunt̃
ſanctos, Hiere.2. Sanctus Iſrael dño, primitiæ frugũ eius, oẽs qui deuorãt eũ delinquunt, mala ve
nient ſup eos dicit dñs. Gentes opulentæ dicunt̃, quia de facultatibus ſanctoꝝ repleuerũt marſu
pia ſua, Hiere.51. Abſorbuit me quaſi draco, repleuit ventrẽ ſuum teneritudine mea, Iob.2. Diui-
tias quas deuorauit, euomet, de ventre ipſius extrahet eas deus. Et ſubiungit cauſam, ⌊quia ego
Tyrannus diuina poteſtate abutitur. — iratus ſum paꝝ,⌋ ſupple vſq; ad peccati purgationẽ, Eſa.54. Ad momentũ parumper abſcon-
di faciẽ meã à te, ⌊ipſi vero,⌋ ſupple in malignitate ſuæ volũtatis, ⌊adiuuerũt in malũ⌋ plus infe
rendo. ſ. ex malitia voluntatis q̃ conceſſum ſit eis ex ordinatione iuſtæ poteſtatis, Eſaiæ.10. Væ
Aſſur virga furoris mei & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea. Et poſt pauca: Ipſe aũt
non ſic arbitrabit̃ & cor eius nõ ita æſtimabit, ſed ad conterendũ erit cor eius & ad internitionẽ E
gentium non paucaꝝ, ⌊propterea hæc dicit dñs,⌋ quia. ſ. ita malitioſe fecerunt inimici ſup ſan-
ctos, ⌊reuertar⌋ ab ira mea, ⌊ad Hieruſalẽ in miſericordijs,⌋ Eſa.54. In momẽto indignationis
abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia magna cõgregabo te, Hiere.31. Adhuc
recordabor eius, miſerans miſerebor eius. Et dicit in quibus eſt illa miſericordia, ⌊domus mea
ædificabit̃ in ea,⌋ templum. ſ. Sicut em̃ incepit deſtructio à templo, ita incipere debuit reædifi-
catio, Ezech.9. A ſanctuario meo incipite, dictũ eſt angelis percutientibus. Propterea opus dñi
debet eſſe primũ, noſtrum aũt ſecundũ.3. Reg.17. Fac mihi primũ de ipſa farinula ſubcinericium
panẽ paruulum, tibi aũt & filio tuo facias poſtea, ⌊dicit dñs exercituum,⌋ cõfirmatio ſermonis
eſt, ⌊perpendiculũ extendetur ſuper Hieruſalẽ⌋ ſupple ædificandã, quod ſignificat eccleſiæ ædi-
ficium, maxime in eccleſiis collegiatis, Pſal.50. Benigne fac in bona voluntate tua Sion vt ædificẽ
tur muri Hieruſalem, ⌊Adhuc clama dicens,⌋ de cõſolatione. ſ. deriuanda in totã terram, ⌊hæc
dicit dñs exercituum,⌋ cõfirmatio ſermonis eſt, ⌊adhuc affluent ciuitates meæ,⌋ ſanctoꝝ. ſ. con
gregationes, ⌊bonis⌋ ſpũalibus. ſ. & temporalibus, Hiere.31. Adhuc dicent verbum iſtud in terra
Iuda & in vrbibus ei⁹ cũ conuertero captiuitatẽ eoꝝ. Bñdicat tibi dñs pulchritudo iuſtitiæ, mons
ſanctus, & habitabunt in ea Iudas & omnes ciuitates eius ſimul, agricolæ & vinitores eius & gre
ges, quia inebriaui animam laſſam & omnẽ animam eſurientẽ ſaturaui, ⌊& conſolabit̃ dñs ad-
huc Sion,⌋ etiam poſt captiuitatẽ, ⌊& eliget adhuc Hieruſalem,⌋ electione. ſ. finali, non enim in F
æternũ abiecit, ſed multos vocauit, Eſa.51. Conſolabit̃ dñs Sion & conſolabit̃ omnes ruinas eius,
& ponet deſertum eius quaſi delitias & ſolitudinem eius quaſi hortũ domini, gaudium & læ-
titia inuenientur in ea, gratiaꝝ actio & vox laudis. ¶ ⌊Et leuaui oculos meos.⌋ Tangit̃ hic qua
liter exequutioni mandabunt̃, & primo oſtendit inimicoꝝ potentiam, ſecũdo contritionem,
ibi, Et oſtendit mihi dñs quatuor fabros. Prima adhuc duo habet, viſionem. ſ. & explanationem
Animę duo ſunt oculi. — ⌊Et leuaui oculos meos,⌋ licet vnus ſit intellectus animæ, tamẽ duos habet oculos, theoriæ. ſ. &
theophaniæ, Theoria eſt in contemplatione diuinoꝝ in lumine virtutis & gratiæ, Theophania
eſt cõtemplatio diuinoꝝ, quæ ſimillima eſt lumini gloriæ. Auguſtinus, Fides oculos aperit, ſpes
erigit, charitas figit, oculus leuatur plus & plus quãdo intellectus ad fidem cõuertitur, quæ p̃ ſpe
culum & ænigma contemplatur.1. ad Corinth.13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, Fi
des vero ad intellectũ donum erigitur, de quo Grego. Intellectum dat, dũ de auditis mentem illu
minat, Pſal.35. In lumine tuo videbimus lumen. Et intellectus ad munditiam cordis ſubleuatur,
Cordis mũditia. — munditiam vero cordis voco puꝝ intuitum mentis ab omnibus erroribus & phantaſiis emun-
datum, Matth.5. Beati mundo corde, qm̃ ipſi deum videbunt, & adhuc quãdo talis mũditia cor
dis in excellenti luce figitur per aſſenſum, Gene.32. Vidi dominũ facie ad faciem, Luc.21. Reſpi-
cite & leuate capita veſtra, Baruch.4. Circumſpice Hieruſalem ad orientem, & vide iucunditatẽ
à domino deo tibi venientem, ⌊& vidi⌋ .i. interius intellexi, Danie.8. Intellexi viſionem, ⌊& ec-
ce quatuor cornua,⌋ poteſtates quatuor regnoꝝ ſignificantia. ſ. Aſſyrioꝝ, Chaldæoꝝ, Mœdoꝝ
& Perſaꝝ, ab his em̃ vexatus eſt populus dei, & ſignificãt quatuor vitia ſpũalia. Aſſyria ſublimis
Aſſyria — interpretatur & ſignificat ſuperbiam. Chaldæi, feroces, ſignificant iram. Mœdi, menſuratores, &
Chaldæi. — ſignificant auaritiam. Perſę, latera ſua diſſuentes, ſignificant inuidiam. Iſti em̃ per detractionem,
Mœdi. Perſæ. — latera, hoc eſt confœderatos & amicos diſſuunt. Vel vt dicit Hieronymus, quatuor animi paſſio
nes

A nes inordinatas,& inducit verſum Lucani:Nunc cupiunt,metuunt,gaudentꝗ,dolentꝗ, Cupiunt,ponit pro ſpe,quia quod ſperat,quis cupit,Pſal.74. Nolite extollere in altum cornu veſtrũ, Danielis.8.Hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos. ⌊Et dixi angelo qui loquebatur in me,⌋quærens.ſ.interpretationem, ⌊quid ſunt hæc?⌋ hoc eſt,quid ſignificant hæc.In viſione em̃ opus eſt interprete,eo ꝙ in ænigmatibus & figuris proponitur.1.ad Corinth.14. Maior eſt qui propherat q̄ qui loquitur linguis,niſi forte interpretetur, vt eccleſia ædificationem accipiat, ⌊& dixit ad me,⌋interpretando.ſ.viſa,⌊Hæc ſunt cornua⌋.i.poteſtates ſignificatæ ꝑ cornua, ⌊quæ ventilauerunt Iudam,⌋hoc eſt duas tribus,⌊& Iſrael,⌋hoc eſt decem tribus, ⌊& Hieruſalem,⌋hoc eſt regnum,Per quæ ſignificatur clerus & populus & religioſi. Ventilare autem eſt in omnem ventũ ad vana diſpergere,Danie.8.Orta ſunt quatuor cornua ſubter cornu magnũ, ꝑ quatuor vẽtos cœli. Et ſubdit de cõfractione cornuũ.⌊Et oſtẽdit mihi dñs quatuor fabros,⌋ deſtructores malorum & conſtructores bonoꝝ.Iudæi dicunt,primum fabrum eſſe Cyrum,qui deſtruxit Chaldæum & liberauit Iudæos. Secundus eſt Heſter & Mardochæus,qui deſtruxit quod fabricauerat Mœdus. Tertius,Iudas Machabæus cũ fratribus ſuis, qui deſtruxit quod fabricauerat Græcus. Quartus,Helius Adrianus, qui templũ reædificauit,quod deſtruxerat Romanus Titus.ſ.& Veſpaſianus.Nos aũt dicimus,ꝙ iſti quatuor fabri ſunt,amor dei,timor dei, dolor peccati,&gaudium internũ.Amor dei cõterit amorem mundi,timor dei timorem humanũ,

Quatuor fabri ſecundũ Iudæos.

dolor peccati triſtitiã ſeculi,internũ gaudiũ,vanũ gaudiũ⌊& dixi⌋q̃rens.ſ.illuminationẽ⌊Quid
B iſti⌋.ſ.fabri ⌊veniunt facere?⌋& intelligitur,ꝙ malleos habebant in manibus extenſos ad percutiendũ,Hiere. 23.Nunquid nõ verba mea quaſi ignis ſunt,& quaſi malleus cõterens petrã? Prouerb.19.Percutientes mallei parati ſunt ſtultoꝝ corporibus,⌊qui ait dicens,⌋hoc eſt, me illuminans,⌊Hæc ſunt cornua⌋.ſ.primæ viſionis,⌊quę ventilauerũt,⌋hoc eſt diſperſerunt,⌊Iudam⌋ hoc eſt,duas tribus,vel cleꝝ,vel eccleſiam,⌊per ſingulos viros,⌋non em̃ ſufficit in cõmuni vexare ſanctos,niſi ad ſingulos deriuetur vexatio,⌊& nemo illoꝝ leuauit,⌋id eſt leuare potuit, ⌊caput ſuum,⌋pondere.ſ.tribulationũ depreſſus, Pſal.37.Sicut onus graue grauatę ſunt ſuper me, Threñ.1. Vigilauit iugum iniquitatum meaꝝ,conuolutę ſunt & impoſitę collo meo, ⌊& venerunt iſti⌋fabri.ſ.⌊deterrere ea,⌋cornua.ſ.Eſa.54.Ecce ego creaui fabrũ ſufflantem in igne prunas & proferẽtem vas in opus ſuũ & ego creaui interfectorem ad diſperdendũ omne vas, quod fictum eſt cõtra te,nõ dirigetur,& omnem linguã reſiſtentẽ tibi in iudicio iudicabis,⌊vt deiiciant cornua gentiũ,⌋gentiliter.ſ.viuentium,Pſal.74.Omnia cornua peccatoꝝ confringã,⌊quæ leuauerunt cornu⌋ſuę.ſ.poteſtatis,⌊ſup terrã Iuda⌋ſanctoꝝ.ſ.⌊vt diſpergerent eam⌋ Pſal.74 Nolite extollere in altũ cornu veſtrũ,nolite loqui aduerſus deum iniquitatem.Poeta, Hoc diſcas verbum,frangit deus omne ſuperbum.

¶In cap.ſecundum Zacha.prophetæ Enarratio.

ET leuaui oculos meos.⌋Hic oſtenditur ciuitatis futurę reædificatio,& habet tres ꝑtes.ſ.ædificationis oſtenſionẽ,ciuiũ reuocationẽ,ibi,O o o,& habitantiũ exultationem & gratiaꝝ actionem,ibi,Lauda & lætare. In prima duo ſunt,viſio.ſ. & explanatio.⌊Et leuaui oculos meos & vidi,⌋ Pſal.120. Leuaui oculos meos in montes,vnde veniat auxilium mihi. 2.Para.20. Cum ignoremus quid agere
C debeamus,hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te,⌊& ecce vir,⌋ angelus.ſ.principalis inter tres in ſpecie viri,quo Chriſtum ſignificat,⌊& in manu eius funiculus menſoꝝ⌋ſiue menſurantium. Menſura primũ formale eſt ad quod refertur totũ ædificium,& ſignificat charitatem ex tribus complexam.ſ.vt diligamus ex toto corde dulciter, ex tota mente ſapienter & ex omnibus viribus fortiter,Matth.22.Eccleſiaſtes.4. Funiculus triplex difficile rumpitur, Ezech. 40. Ecce vir cuius ſpecies quaſi ſpecies æris & funiculus lineus, in manu eius,⌊& dixi,⌋quęrens ſupple illuminationem.⌊Quo tu vadis?⌋hoc eſt ad quem finem,Iohan.3.Neſcit vnde veniat aut quo vadat,⌊& dixit ad me,⌋per illuminationem internã, ⌊vt metiar Hieruſalem,⌋in locum.ſ.ſanctiſicationis,⌊& videam,⌋in poſſeſſionem habitationis quod literaliter deſcribitur,Ezech. 45.&.46.per totum.Spũaliter autem, Apocal.21.per totum, ⌊quanta ſit latitudo eius,⌋ab oriente in occidentem,ſic em̃ etiam apud phyſicos latitudo & lõgitudo deſcribitur ciuitatum.Spũaliter autem,latitudo eſt extenſio charitatis vſq; ad inimicum Pſal.118.Latum mandatum tuum nimis. Longitudo perſeuerantiæ vſq; in finem, Matthæi.24 Qui perſeuerauerit vſq; in finem,hic ſaluus erit.Et ſubdit de interpretatione. ⌊Et ecce angelus q loquebatur in me,⌋ſupple apparuit,& erat angelus miniſtrans in illuminatione prophetæ,Malac.3.Ecce ego mitto angelum meũ,qui pręparabit viam ante faciẽ meam, ⌊Et alius angelus⌋ tertius.ſ.⌊egrediebatur,⌋ ab intimis.ſ.contemplationis ad miniſterium, ⌊in occurſum eius,⌋ hoc eſt mei angeli,qui me illuminabat,quem dicit Hieronymus fuiſſe Gabrielem. Et ita fuerunt tres angeli,Michael.ſ.qui habebat funiculum & omnia diſpoſuit,& angelus prophetæ qui prophetam illuminauit,& Gabriel in medio diſcurrens à Michaele illuminationes accipiens,& ad

Charitatis triplex funiculus.

Charitatis latitudo & longitudo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

angelum prophetæ deferens. Dionyſius in cœleſti hierarchia: Lex diuinitatis eſt per prima me D
dia & per media vltima reducere. Simile Danie.8. Ecce ſtetit in conſpectu meo quaſi ſpecies vi
ri,& audiui vocem viri inter Vlai & clamauit & ait: Gabriel fac intelligere iſtã viſionem. Et hoc
eſt quod hic ſequitur, ⌊& dixit ad eum⌋ .ſ. Michael ad Gabrielem, ⌊Curre,⌋ hoc eſt, feſtina,
Prouer.6. Diſcurrens feſtina, ſuſcita amicum tuum, ⌊loquere ad puerum iſtum dicens,⌋ Puerũ
vocat prophetã, quia oĩs ſenſus humanus puerilis eſt reſpectu cognitiõis angeloꝝ .1. ad Corin.13
Meditabar vt puulus, ſapiebã vt puulus, Hier.1. Ha,ha,ha, dñe deꝰ, ecce neſcio loqui, qa puer ego
ſum, ⌊abſq; muro habitabitur Hieruſalem,⌋ Pſal.86. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in
te, ⌊pręmultitudine hominũ & iumentoꝝ,⌋ Hiere.31. Ecce dies veniunt dicit dñs & ſeminabo
domũ Iſrael & domũ Iuda ſemine hoĩm & ſemine iumentoꝝ, ⌊in medio eius,⌋ ſenſus eſt, tanta
erit multitudo hoĩm & iumẽtoꝝ in medio ciuitatis, ꝙ nullo muro circumcingi poterit, quod Iu
dæi in aurea Hieruſalem expectant futuꝝ, adeo vt ſplendor auri ſtercoribus iumentoꝝ inqui-
netur. Nos aũt dicimus factum eſſe in eccleſia, in qua ſunt homines, viri .ſ. literati & ſapientes, &

Eccl'æ multiplicatio

iumenta, ſimplices .ſ. & idiotæ fideles, Pſal.35. Homines & iumenta ſaluabis dñe, quemadmodũ
multiplicaſti mĩam tuam deus, ⌊& ego ero eis, ait dñs deus, murus,⌋ hoc eſt defenſio, Eſaiæ.26.
Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator ponetur in ea murus & antemurale, Eſa.49. Muri tui in
conſpectu meo ſunt ſemper, ⌊ignis in circuitu eius,⌋ ſupple ero conſumens aduerſarios, Pſal.96
Ignis ante ipſum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius, Heb.10. Terribilis aũt quæ-
dam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ cõſumptura eſt aduerſarios, Deut.4, Deus noſter
ignis cõſumens eſt, ⌊& in gloria ero in medio eius⌋ .ſ. ciuitatis, Pſalm̃.86. Glorioſa dicta ſunt de
te ciuitas dei, Ezech. vlt. Nomen ciuitatis à die illa, & deinceps dñs ibidem: Glorioſus deus ĩ ſan E
ctis ſuis, mirabilis in maieſtate. ¶ ⌊O o o⌋ Poſita menſura ciuitatis, ponit reuocationem habita
torum, & dicit duo, reuocationẽ & ad reditum alliciens, reuocationem ponit duplicem in cõmu
ni .ſ. & in ſpeciali. ⌊O o o,⌋ ter dicit o, propter oppreſſionem ſeruitutis, ſpoliationẽ hoſtis, crude
litatem interficientis, & temporaliter & ſpũaliter, Apocaly.8. Væ væ væ habitantibus in terra,

Terra aquilonis fugienda.

⌊fugite de terra aquilonis dicit dominus,⌋ literaliter & ſpũaliter. Terra eñi aquilonis nebuloſa
eſt & frigida propter caliginem erroris contra fidem, & frigiditatem iniquitatis contra charitatẽ
Hiere.1. Ab aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terræ, Eccĩ.43. Frigidus
ventus aquilo flauit & gelauit criſtallus ab aqua. Vnde diabolus ſedet in lateribus aquilonis, Eſa.
14. Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis. Et ideo (vt dicit Dionyſius in eccleſiaſtica

Euang. cur verſus aquilonẽ legendum

hierarchia) abrenuntiationes in baptiſmo & Euangelium fiunt contra aquilonem, vt renuntietur
obſcuræ & frigidæ malitiæ, ⌊qm̃ in quatuor ventis cœli diſperſi vos dicit dñs,⌋ hoc eſt ad qua-
tuor plagas mundi, à quibus nunc volo congregare, Eſa.43. Ab oriente adducam ſemen tuum
& ab occidente congregabo te, dicam aquiloni, da, & auſtro, noli prohibere. Iſti quatuor venti,
quatuor paſſiones ſunt, ſpes vana, timor inutilis, gaudium mundi, triſtitia ſeculi, Danie.7. Qua-
tuor venti cœli pugnabant in mari magno. Et ſubdit de reuocatione in ſpeciali, ⌊O Sion,⌋ tri-
bus .ſ. regalis vel fidelis anima, ⌊ſurge,⌋ ſurſum te age, Ephe.5. Surge qui dormis & exurge à
mortuis, ⌊quæ habitas apud filiam Babylonis,⌋ literaliter & ſpũaliter. Filia eñi laſciuiam, Baby-

Babylon.

lon confuſionem ſignificat, Eſaiæ.52. Conſurge, ſede Hieruſalem, ſolue vincula colli tui captiua
filia Sion, Hierem̃.51. Qui fugiſtis gladium, venite & nolite ſtare, recordamini procul domini & F
Hieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum. Et ſubdit de allectiuo ad veniendum, ⌊quia hæc dicit
dominus exercituum,⌋ cui ſcilicet militat omne quod eſt, Danie.7. Milia milium miniſtrabant
ei, ⌊poſt gloriam,⌋ quam ſcilicet facturus eſt vobis in terra veſtra, Eſaiæ.62. Eris corona glo-
riæ in manu domini & diadema regni in manu dei tui, ⌊miſit me ad gentes quæ ſpoliauerunt
vos,⌋ vt .ſ. illis prædicam pœnas quas paſſuri ſunt, Abdiæ.1. Auditum audiuimus à domino, &
legatus ad gentes miſſus eſt, quod non legitur factum in ſynagoga, ſed in eccleſia, quæ poſtquã
glorificata eſt per Chriſtum, apoſtoli ad gentes miſſi ſunt, Acto.13. Et quare ad gentes miſerit,
ſubdit, ⌊qui eñi tetigerit vos,⌋ Hieronymus, Tactus pro vexatione accipitur, ⌊tanget pupillam

Pioꝝ perſecutio offenſa eſt dei

oculi mei,⌋ Hieronymus, Qui ergo ſanctos dei tangit, ſic eſt quaſi vexare cupiat pupillam ocu-
li dei, vt illum priuet clara luce, de qua in Euangelio: Vos eſtis lux mundi, Matth.5. Pſalm̃.104.
Nolite tangere Chriſtos meos & in prophetis meis nolite malignari, Sapientiæ.3. Iuſtorum ani
mæ in manu dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, ⌊quia ecce ego leuo manum me-
am ſuper eos,⌋ gentes ſcilicet, vt eos vel gladio materiali vel gladio verbi interficiam, Eccĩ.36.
Alleua manum tuam ſuper gentes alienas vt videant potentiam tuam, ⌊& erunt prędæ,⌋ hoc
eſt ad prędandum, ⌊his qui ſeruiebãt ſibi,⌋ literaliter & ſpũaliter, ſalutari eñi præda tracti ſunt
ad eccleſiam, Eſaiæ.11. Volabunt in humeros Philiſtijm, per mare ſimul prędabuntur filios orien
tis, Eſaiæ nono: Lætabuntur coram te ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta
præda, quando diuidunt ſpolia, ⌊& cognoſcetis,⌋ ſic ſupple per beneficia, ⌊quia dominus exer
cituum miſit me,⌋ Matth.21. Nouiſſime miſit filium ſuum, dicens, verebuntur filium meum.

¶Et

A ¶Et ſubdit de gratiarum actione,⌊Lauda & lætare filia Sion,⌋lauda virtutem & lætare in bo-
nis,Eſaiæ trigeſimoquinto:Exultabit lætabunda & laudans,⌊quia ecce ego venio,⌋ omnis bo
ni fons & theſaurus, Aggæi ſecundo:Veniet deſideratus cunctis gentibus , Tobiæ duodecimo:
Per ipſum omnibus bonis repleti ſumus.1.Regum quinto.Venit deus in caſtra, ⌊& habitabo Deus ĩ me
in medio tui,ait dominus,⌋vt ſcilicet omnibus ſim communis,Ezechie.43.Locus ſolij mei, lo- dio populi
cus veſtigiorum pedum meorum,vbi habito in medio filiorum Iſrael, Iohan.1. Verbum caro ſui.
factum eſt & habitauit in nobis,Baruch tertio: In terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus
eſt,⌊& applicabuntur gentes multæ,⌋ad fidem ſcilicet & cultum veri dei,Eſaiæ.60.Gens & re
gnum quod non ſeruierit tibi, peribit,Pſalm̃.2.Poſtula à me & dabo tibi gentes , hæreditatem
tuam,⌊ad dominũ in die illo,⌋ quando ſcilicet lucebit clara veritas, Pſalm̃. 117.Hæc eſt dies
quam fecit dominus,⌊& erunt mihi in populum,⌋ſubiectum.ſ.& ſeruientem, Deute.7.Elegit
te dominus vt ſis ei in populum peculiarem,Pſalm̃.17.Populus quem non cognoui ſeruiuit mi
hi,in auditu auris obediuit mihi,⌊& habitabo in medio tui,⌋vel in templo vel in corde, Pſalm̃.
68.Deus ſaluam faciet Sion, elegit eam in habitationem ſibi , ⌊& ſcies quia dominus exercitu-
um miſit me ad te,Hieremiæ.31.Omnes cognoſcent me , à minimo eorum vſq; ad maximum
B eorum,⌊& poſſidebit dominus Iudam,⌋redemptum.ſ.à dijs alienis,Eſaiæ.49. Captiuitas à forti
tolletur,& quod ablatum eſt à robuſto,ſaluabitur,⌊in partem ſuam,⌋hoc eſt in ſortem à maſſa
ſcilicet perditionis ſeparatum,Deute.32.Pars domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis
eius,⌊in terram ſanctificatam,⌋ſupple poſſidebit.Et alludit ei quod habetur Ezechielis quadra
geſimoquinto & quadrageſimoſexto,vbi terra diuidit in portiones ſanctificatas, ⌊& eliget ad-
huc Hieruſalem,⌋hoc eſt ad Hieruſalem pertinentes, Pſalm̃.131. Hic habitabo , quoniam elegi
eam,Galat.4.Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt,quæ eſt mater noſtra.Sequitur vox pro
phetæ,vt cuncta creatori obediant,⌊Sileat omnis caro à facie domini,⌋ carnem vocat homines Creatori cũ
propter infirmitatis defectibilitatem,Septuaginta habent,timeat.1.Regum.2. Impij in tenebris cta obediãt
conticeſcent,Hierem̃.10.Quis non timebit te ò rex gentium,tuum eſt decus inter cunctos ſapi-
entes gentium,& in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui,⌊quia conſurrexit,⌋in potentia
ſcilicet miraculorum & oſtenſione virtutis,Matthiæ.8.Surgens Ieſus imperauit ventis & mari,
& facta eſt tranquillitas magna,⌊de habitaculo ſancto ſuo,⌋vel de templo,vel(quod verius eſt)
de Chriſto homine,Amos.1.Dominus de Sion rugiet & de Hieruſalem dabit vocem ſuam.

¶In capitulum tertium Zacha. prophetæ enarratio.

ET oſtendit mihi dominus.⌋Hic agitur de reſtitutione ſacerdotij & dignitatis , &
habet tres partes.ſ.ſtatũ indignitatis,ſignum reſtitutæ dignitatis,ibi,Qui reſpon
dit & ait ad eos,qui ſtabant coram ſe,& modum cõuerſationis adeptæ dignita-
tis, ibi, Et conteſtabatur angelus domini.In prima ponitur ſacerdotis oſtenſio,
reſiſtentis & impedientis ablatio,& humiliationis priſtinę deſcriptio.⌊Et oſten-
dit mihi dñs,⌋in viſione.ſ. Pſal.88.Tunc loquutus es in viſione ſanctis tuis,⌊ſa
cerdotem magnum Ieſum,⌋Ecci.50.Ecce ſacerdos magnus qui in vita ſua ſuffulſit domũ & in
diebus ſuis corroborauit templum,Heb.8.Talem habemus pontificem qui conſedit in dextera
C ſedis magnitudinis in eccleſijs,⌊ſtantem coram angelo dñi,⌋ orantem pro reditu populi.2.Ma- Ieſus ſacer-
cha.15.Hic eſt fratrum amator,hic eſt qui multum orat pro populo,& pro vniuerſa ciuitate ſan dos typus
cta,& propter hoc figura eſt domini noſtri Ieſu Chriſti,ille em̃ proprium ſanguinem offerens, eſt Chriſti.
orauit pro nobis,Heb.5.Factus eſt dñs obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Dicitur autẽ
ſtare coram angelo,quia & angelus in perſona domini apparẽs,pro reditu populi laborabat,vel
forte vt angelum adiutorem haberet & interceſſorem,Pſal.102.Benedicite dominum omnes an
geli eius.Et ſubdit de ablatione impedimenti,⌊& ſatan,⌋hoc eſt aduerſarius diabolus ⌊ſtabat⌋
ſtare pertinaciam malitiæ ſignificat,⌊à dextris eius,⌋vt.ſ.bonis eius quę per dexteram ſignifi-
cantur,aduerſaretur,⌊vt aduerſaretur ei,⌋hoc eſt precibus eius.1.Pet.5. Aduerſarius veſter dia-
bolus tanquam leo rugiens circuit,quęrens quem deuoret , cui reſiſtite fortes in fide , Ephe.6.
Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,tantum ſupple, ſed aduerſus princi-
pes & poteſtates,aduerſus mundi rectores tenebrarum harum,contra ſpũalia nequitiæ in cœleſti-
bus,Pſal.90.Cadent à latere tuo mille & decem milia à dextris tuis, tibi aũt non appropinqua-
bit,⌊& dixit dñs ad ſatan,⌋hoc eſt,angelus in perſona domini,Marc.vlt.In nomine meo dæ-
monia eijcient,⌊Increpet in te dñs ſatan,⌋hoc eſt increpatio dñi nocendi auferat tibi poteſtatẽ.
Increpatio em̃ dñi,reſtrictio poteſtatis diaboli eſt,Pſal.67.Increpa feras arundinis, ⌊& increpet
dñs in te,⌋id eſt reſtringat malitiam tuę voluntatis,Deut.33.Eijciet à facie tua inimicum tuum,di
cetq́;,conterere,Roma.16.Dominus conteret ſatan ſub pedibus veſtris velociter,⌊qui elegit Hie
ruſalem,⌋ſpũalem plus q̃ literalem, Pſal.131.Quoniam elegit dominus Sion,elegit eam in habita
tionem ſibi.Et ſubdit de ſtatu priſtinæ humiliationis,& dicit duo.ſ.priſtinæ humiliationis vtili-
tatem & humiliationis ſignificationem.⌊Nunquid non iſte torris eſt?⌋ Torris eſt titio in quo Torris
pars conſumpta eſt per ignem & pars remanſit,⌊erutus de igne,⌋captiuitatis.ſ. & tribulationis.

Et vult dicere ꝙ iam purgatus ſit, eo ꝙ cremabile peccati per afflictionem captiuitatis conſum D
ptum ſit, reliquum vero reſeruandũ ſit ad ædificium ſpũale, Sap. 3. Tanquam aurum in fornace
probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos, & inuenit eos dignos ſe, Pſalm̃. 25. Proba
me domine & tenta me, vre renes meos & cor meum & vide ſi via iniquitatis in me eſt. Et ſub-
dit de humiliationis ſignificatione, ⌊& Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis.⌋ Hæc veſtimenta
ſordida literaliter ſignificant, ꝙ populus inquinatus erat alienienigenis vxoribus, ſicut dicitur ſe-
cundi Eſdræ vlt. & Nehe. in fine, & filij ex media parte loquebantur Azoticę, & ex media par-
te Iudaicę, Eſa. 63. Omnia indumenta mea coinquinaui, Eſaiæ. 64. Facti ſumus vt immundi om
nes nos. Myſtice autem ſignificat humillimæ carnis aſſumptionem, peccatrici carni ſimilem, Phi
lip. 2. Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominũ factus, & habi-

Veſtimẽta Chriſti ſordida.

tu inuentus vt homo. Hoc dicitur ſordidum, quia pœnalitates in eo fuerunt peccatorũ. 2. ad Co
rinth. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatũ fecit, deus, vt nos efficeremur iuſti-
tia dei in ipſo. Vnde etiam cum peccatoribus damnatus eſt, Eſa. 53. Cum iniquis deputatus eſt,
Pſal. 16. Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras, ⌊& ſtabat ante faciem ange
li, ⌋Ieſus. ſ. orans & ſupplicans pro commiſſis, Iohan. 17. Pro eis rogo, non pro mundo, ⌊qui⌋
ſ. angelus ⌊reſpondit, ⌋aduerſationi. ſ. ſatanæ, Eſaię. 38. Domine vim patior, reſponde pro me,
⌊& ait ad eos, ⌋alios. ſ. angelos, ⌊qui ſtabant coram ſe, ⌋miniſterium. ſ. reddentes ad redemptio
nem populi, Heb. 1. Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpũs in miniſteriũ miſſi propter eos qui
hæreditatẽ capiunt ſalutis? ⌊dicens⌋ hoc eſt, de reſtituenda dignitate præcipiens, ⌊auferte ab eo
veſtimenta ſordida, ⌋vel. ſ. ſqualorem carceris vel inquinamenta vxorũ alienigenarũ. Vel in do
mino noſtro Ieſu Chriſto depoſitionem mortalitatis, Baruch. 5. Exue te Hieruſalem ſtola luctus
& vexationis, Ephe. 4. Deponite vos veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria E
erroris, ⌊& dixit ad eum, ⌋ſacerdotem. ſ. ⌊Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam, ⌋id eſt ſignũ ini-
quitatis populi tui, ⌊& indui te mutatorijs⌋ diuerſis. ſ. ornamentis, Gene. 41. Eductum de car-
cere totonderunt Ioſeph ac veſte mutata obtulerunt eum regi, Baruch. 5. Indue te decore & ho-
nore, qui à deo tibi eſt in gloria ſempiterna, Pſal. 29. Conſcidiſti ſaccum meum & circumdediſti

Cidaris.

me lætitia. ⌊Et dixit, ⌋angelus ſcilicet in perſona domini, ⌊Ponite cydarim mundam ſuper ca-
put eius, ⌋Gloſſa. i. mitram per quam ſacerdotij dignitas deſignatur, & literaliter & ſpiritualiter,
Eccleſiaſtici. 45. Corona aurea ſuper mitram eius, expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, &

Mitræ epiſcoplis ſignificatio.

opus virtutis, deſiderio oculorum ornata, Baruch quinto: Imponet mitram capiti tuo, honoris
æterni. Hæc eſt mitra pontificis, in circulo ſignificans pontificis maturitatem, quæ æternitatis eſt
ſimilitudo, vt dicit beatus Bernardus, In auro regalis ſacerdotij authoritatem, in lapidibus virtu-
tum radiationem, in cornibus, in verbo veritatis, & virtutis, in opere fortitudinem, ad ventilan-
dum omne peccatum & omnem errorem, in tretis dependentibus cum fimbrijs, populi cum ca
pite colligationem per vinculum geminæ charitatis, ⌊& induerunt eum veſtibus albis, ⌋candi-
dationem ſcilicet luminis ſignificantibus, Eccleſiaſtes. 9. Omni tempore veſtimenta tua ſint can
dida, Eſaiæ ſexageſimoprimo: Induit me dominus veſtimento ſalutis, & indumento lætitiæ cir-
cumdedit me, Apoca. tertio: Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambulabunt mecum in al-
bis, quia digni ſunt. Et ſubiungit de dignitatis confirmatione, in tribus. ſ. cuſtodia legis, in reſtitu-
tione regni, & regis in ſecuritate pacis. ⌊Et angelus domini, ⌋in perſona. ſ. domini, ⌊ſtabat⌋ pa-
ratus. ſ. iuuare, Iohan. 1. Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis, ⌊& conteſtabatur angelus do-
mini⌋. i. per teſtimonia patrum ſanctorũ proteſtabatur, Iob. 10. Inſtauras teſtes tuos contra me, F
⌊Ieſum, ⌋ſacerdotem magnum ſcilicet, ⌊dicens, hæc dicit dominus exercituum, ⌋potens ſcilicet
ſciens & volẽs, ⌊ſi in vijs meis⌋ hoc eſt in mãdatis meis ⌊ambulaueris, ⌋hoc ẽ profeceris, Eſa. 2
Docebit nos vias ſuas & ambulabimus in ſemitis eius, Pſalm̃. 118. Beati immaculati in via, qui am
bulant in lege domini, ⌊& cuſtodiam meam cuſtodieris, ⌋ templum. ſ. vel præcepta, Iohan. 14
Si diligitis me, mandata mea ſeruate, Prouerb. 3. Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ & precepta mea
cor tuum cuſtodiant, ⌊tu quoque iudicabis domum meam, ⌋hoc eſt familiam, Gloſſa, Tanquã
pontifex, Eſaiæ vigeſimoſecundo: Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet

Atria eccleſiæ.

& non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat, ⌊& cuſtodies atria mea, ⌋ Atria ſignifi
cant receptacula fidelium in eccleſia, ſecundum diuerſos viuendi modos, Pſalmo nonageſimo-
quinto: Adorate dominum in atrio ſancto eius. Item pſal. 121. Stantes erant pedes noſtri in atrijs
tuis Hieruſalem. Et promittit miniſtros in partem ſolicitudinis aſſumẽdos, ⌊& dabo tibi ambu
lantes, ⌋in miniſterio tuo ſcilicet, Numeri. 11. Auferam de ſpiritu tuo, tradamq́; ſeptuaginta vi-
ris, vt ſuſtentent tecum quaſi onus populi, & non tu ſolus graueris. Hoc impletum eſt Lucæ. 10.
& vndecimo, vbi elegit dominus & alios ſeptuagintaduos diſcipulos & miſit eos in omnem ci-
uitatem & locum quo erat ipſe venturus, ⌊de his qui hic nunc aſſiſtunt, ⌋ per quod innuitur, ꝙ
eligendus in prælatũ & coram dño aſſiſtere debet & de collegio eſſe, Act. 1. Oportet ex his viris
qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Ie-
ſus incipiens à baptiſmate IOHANNIS vſq; in diem qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem

reſurre-

A reſurrectionis eius fieri nobiſcū vnum ex iſtis. Oſee.2. Dabo ei vinitores ex eodem loco. Et ſub-
dit de reſtitutione regni. ⌊Audi Ieſus ſacerdos magne⌋ Per te enim alij debent audire, propter Pōtifex medius eſt inter deū & populum.
hoc enim pontifex eſt, quaſi medius inter populum & deum, vt deum audiat & populo nuntiet
dei voluntatem. Exod.18. Tu eris in his quæ ad deum ꝑtinent & annuntiabis eis verba mea, ⌊tu
& amici tui⌋ ſubminiſtri. ſ. Iohan.15 Vos dixi amicos, quia omnia quęcūq; audiui, à patre nota fe
ci vobis, ⌊qui habitāt coram te,⌋ innuit ꝙ familia oculis prælati ſæpe viſitanda eſt, Prouer. vlt.
Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, ⌊quia viri portēdentes ſunt⌋. i. qui magna portendāt & pro-
mittant in futurum. Ezech.12. Ego portentum veſtrum qūo feci, ſic fiet illis Eſaiæ octauo: Ego
& pueri mei, quos mihi dedit deus in ſignum, & in portētum domui Iſrael à domino exercituū.
⌊Ecce ego adducam⌋ coram te. ſ. vngendum & ſanctificandum, ⌊ſeruum meum orientem,⌋
Seruū dicit ab actu ſeruiendi, Pſal.115. O domine quia ego ſeruus tuus. Orientem dicit, quia ſub-
ter eum (vt infra quarto dicitur) omne bonum orietur. Quod Iudæi de Zorobabel exponūt, ſed
quia non legitur, melius exponitur de Chriſto, de quo Malach. vlt. Vobis timentibus nomē meū Chrūs oriens & lapis dicitur.
orietur ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, Eſa.60. Sup te orietur dominus & gloria eius in te vi
debitur, ⌊quia ecce lapis⌋ eundem vocat lapidem quem vocauit orientem pro ſtabilitate virtu-
tis & conſtantia mentis, Iob.5. Cum lapidibus regionum erit pactum tuum, Matth.16. Sup hāc
petram ædificabo eccleſiam meam, ⌊quem dedi coram Ieſu⌋ vt. ſ. in doctrina ſacerdotis, & ꝓſit
& profit. Sic Dauid fuit vnctus à Samuele. 1. Reg.17. ⌊ſuper lapidem vnum⌋ hoc eſt, vnicum ex
alijs electum, ⌊ſeptem oculi ſunt⌋ hoc eſt ſeptem circūſpectiones, ſex ad proximū diſponendū, Prælatoꝝ ſeptē ſunt oculi.
& vna ad deū, aſpexit enī ad ſupiores qualiter ꝓeſſent, ad inferiores qualiter ſubeſſent, à dextris q̄-
B liter boni proficerēt, à ſiniſtris, q̄liter mali corrigerent, ante, q̄d in futurꝫ ꝓuideret, retro, q̄d ex ꝓte
rito memorię cōmēdaret. Septimo ad deū aſpexit, q̄liter ꝑ orationē cōtinue populo placaret. Iſtę
ſunt ſeptem lucernæ in candelabro tabernaculi, Exod.15. Et ſeptem ſpūs qui in conſpectu thro-
ni dei ſunt, Apocalypſis primo: Et ſubdit de ornatu algamatis in lapide, ⌊& ecce ego cælabo,⌋
hoc eſt, ſculpam, ⌊ſculpturam eius⌋. ſ. lapidis, ⌊ait dominus exercituum⌋ vt. ſ. figura poteſtatis
& virtutis meæ in ipſo appareat, Eſaiæ quinquageſimoquarto: Ponā portas tuas in lapides ſcul-
ptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles, ⌊& auferam iniquitatem terræ illius⌋ poſ-
ſeſſiuę. i. ſuæ. Et loquit̄ de lapide ꝑ modum politionis, politione enim lapidis ſcabroſitas aufert̄,
& ſplendor acquiritur, ⌊in die vna⌋ quæ dies redemptionis noſtræ fuit, Apoca.1. Dilexit nos &
lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, Micheæ vltimo: Quis deus ſimilis tui, qui aufers iniq-
tatem & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Et ſubdit de ſecuritate pacis, ⌊in die
illa⌋ lucente. ſ. clara gratia, ⌊dicit dominus exercituum⌋ Pſal.117. Hæc eſt dies quam fecit domi-
nus, ⌊vocabit⌋ hoc eſt, aduocabit, ⌊vir amicum ſuum⌋ charitate. ſ. coniunctum, ⌊ſubter vineā
ſuā,⌋ i. ad communicationē æternorum gaudiorum. Eſa.5. Vinea domini Sabaoth, domus Iſ-
rael eſt, viri Iuda germen eius delectabile. Cantic.7. Guttur tuū ſicut vinum optimū, dignū dile-
cto meo ad potandum, labijſq; & dentibus eius ad ruminandū, ⌊& ſubter ficum ſuam.⌋ hoc ē,
ad communicationem dulcedinis in fructu virtutis, Iohan.1. Cum eſſes ſub ficu vidi te.

¶In capitulum quartum Zachariæ prophetæ enarratio.

C ET reuerſus eſt angelus⌋ Hic agitur de templi reſtitutione, & hoc ꝑ candelabrū
quod & maior decor erat templi, & non niſi templo iam ꝑfecto in templū infe
rebatur. Et habet duas partes. In prima ponitur viſio. In ſecūda explanatio, ibi,
Et reſpondi, & aio ad angelum. In prima duo ſunt, excitatio. ſ. videntis ad vidē-
dum, & oſtenſio viſionis. ⌊Et reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me non de
loco ad locū, ſed de oſtenſione vnius viſionis ad oſtenſionē alterius. Eccl.1. Lu-
ſtrans vniuerſa ꝑ circuitū pergit ſpūs & in circulos ſuos reuertit̄, ⌊& ſuſcitauit me quaſi virum q
ſuſcitatur de ſomno ſuo⌋ quaſi, dicit, quia nō erat verus ſomnus, ſed hęc eſt fragilitas conditionis
humanæ (vt dicit Gregorius) ꝙ oſtenſa diuina luce in ſeipſam repercutit̄, & quaſi conſopita ca-
dit. Sic diſcipuli ceciderūt in monte, Matth.17. Danie.10. Dn̄e, in viſione tua ſolutæ ſunt cōpages
meæ, & nihil remāſit in me virium. Suſcitare autē eſt ad exteriora videnda excitare. Vnde Gloſ-
ſa, de ſomno ſuæ quietis. ſ. vel ignorantiæ, Ephe.5. Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illumi
nabit te Chrūs. Item alia Gloſſa, qui dormit illo ſomno, de quo dicitur Iohan.11. Si dormit, ſaluus
erit, poteſt cantare cum ſponſa, Cantic.5. Ego dormio, & cor meū vigilat, ⌊& dixit ad me⌋ iam
ſupple excitatum, Danie.10. Loquere domine, q̄a cōfortaſti me, ⌊quid tu vides⌋ oſtenſio viſio-
nis tangitur hic, & fuit viſio imaginaria ſiue ſpūalis. Dicit enim Auguſtinus.12. ſuper Gene. ad li Spūs, vis ē animæ, mēte inferior.
terā, ꝙ ſpūs eſt vis quædā mēte inferior, in qua imagines reꝝ deſcribunt̄. In hāc enī poſſunt an-
geli imprimēdo formas ſub q̄bus futura demōſtrant̄, ⌊& dixi⌋ angelo. ſ. rn̄dens, ⌊vidi⌋ hoc ē,
imaginaria viſione ꝑcepi, q̄d oſtēdis. Iob.13. Ecce hæc oīa vidit oculus meus, & audiuit auris mea
& intellexi ſingula, ⌊& ecce cādelabrū aureū totū⌋ duo cōtinet viſio, oſtēſionē cādelabri & oſtē
ſionē oliuaꝝ. Cādelabrū aūt deſcribit in materia, in vſu, in nūero lucernaꝝ, & nūero infuſorioꝝ.
⌊Ecce candelabrum aureum totū⌋ Exod.26. Facies & candelabrum ex auro puriſſimo. Et ſub-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dit vſum,⌊& lampas eius⌋ flamma.ſ.luminis. Et propter ſimilitudinē facturæ,licet ſeptē lam- D
pades eſſent in ſingulari tamen dixit lampas,⌊ſuper caput ipſius⌋ candelabri.ſ.Cantic.8.Lam-
pades eius,lampades ignis atq; flammarum. Et ſubdit de numero,⌊& ſeptem lucernæ eius⌋ cā-
delabri.ſ.⌊ſuper illud⌋ Stabat enim vna ſuper haſtilæ medium, & ſex ſuper tres calamos inde
ad æqualitatem haſtilis in ſummitatem porrectos,ſicut dicitur Exod.25. ⌊& ſeptem infuſoria⌋
quæ erant vaſa aurea in candelabro iuxta lucernas pendentia,in quibus oleum puriſſimum reſer-
uabatur,& lampadibus infundebatur. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊lucernis quę erāt ſup caput il-
lius⌋ candelabri.ſ.adhibta. Hieronymus dicit,ꝙ Hebræus dicit,ꝙ per candelabrum ſignificatur
lex vel ſacra ſcriptura,per lampadē vel Chrūs vel intellectus ſpūalis,Lucę.8. Nemo accendit lu-
cernam & ponit eam ſub modio,ſed ſup candelabrum,Apoca.1. Qui ambulat in medio cande-
labrorum aureoꝝ,per ſeptē lucernas,ſeptem dona ſancti ſpūs, vel ſeptē circūſpectiones præla-
torum,de qbus in antecedenti capitulo dictū eſt,Eſa.62. Donec egrediaṫ,vt ſplendor iuſtus eius,
& ſaluator eius velut lampas accēdatur. Per ſeptem infuſoria,ſeptem genera ſignificanṫ virtutū,
quibus & lumen veritatis & ardor charitatis nutritur,de quaꝝ tribus diciṫ.1.ad Corinth.13. Nūc
autem manent fides,ſpes,charitas,tria hæc. De quatuor alijs,Sapīæ.8. Sobrietatē & prudentiam
docet & iuſtitiam & virtutem,qbus in vita nihil vtilius hominibus eſt. Sobrietatē vocat tēperā-
tiam & virtutē fortitudinē.⌊Et duæ oliuæ⌋ ſubdit hic de oſtenſione oliuaꝝ, quaꝝ fructu veri-
tas(quę ſecundū pietatem eſt)nutritur, non eñ incongrue candelabrū ad doctorem vel prælatū
refertur. De prælatis eñ diciṫ,Luc.12. Lucernæ ardentes in manibus veſtris, & tunc ſeptem in- E

Scripturæ ſacræ ſeptē ſunt ſtudia

fuſoria ſeptem ſunt ſacræ ſcripturæ ſtudia,literale.ſ.ad veritatē,Allegoricū ad fidē,Tropologicū
ad mores,Anagogicū ad ſpem,quæ eſt de æternis,diſputatiuū ad exteriores cōuincēdos, Titū.1.
Amplectentem eū qui ſecundū doctrinā eſt fidelem ſermonē,vt potens ſit in doctrina ſana ex-
hortari & contradicentes reuincere. Sextū eſt ſtudiū exhortationis ad bonos vt proficiant. Septi
mum ſtudium increpationis ad duros & obſtinatos ne noceāt.2.ad Timoth.4. Argue, obſecra,
increpa,in omni patientia & doctrina. Duæ aūt oliuæ ſecundū Hebræos, Ieſum ſacerdotem ma
gnum & Zorobabel ſignificant. Secundū nos aūt, duo teſtamenta, fructū pietatis miniſtrantia,
Oſee vltimo:Erit quaſi oliua gloria eius. Vel duos principes,Petrum & Paulum. Paulus enim in
præputio,& Petrus in circūciſione eccleſiam plantauerūt,Pſal.51. Ego quaſi oliua fructificaui in
domo dei. Vel Heliam & Enoch in fine mundi,humorē pietatis miniſtrātes, Apoca.11. Iſti ſunt
duæ oliuæ & duo candelabra lucētia in conſpectu dñi. Vel Chriſtū ſecundū diuinam & huma-
nam naturam,Hire.11. Oliuam vberem,pulchrā,fructiferam,ſpecioſam vocauit dñs nomen tuū,
⌊ſuper illud⌋ candelabrū.ſ.videbantur eñ rami oliuaꝝ expandi ſup candelabrū & ſuper lucer-
nas,vt ex ramis exprimeretur oleū in infuſoria,& ex illis in lucernas funderetur, ⌊vna à dextris
lampadis⌋ ad ſpūalia.ſ.illuminans,⌊& alia à ſiniſtris eius⌋ lampadis.ſ.illuminās qualiter diſpo-
nenda ſint temporalia,vt.ſ.oñis via lucida ſit,& impleatur illud Iohan.1. Erat lux vera quæ illu-
minat omnē hominē venientem in hūc mundū. Et illud Iohan.8. Qui ſequitur me , nō ambulat F
in tenebris,⌊& reſpondi⌋ de oſtenſis petit hic illuminationē & expoſitionem,& bis exponit ſe-
miplene.ſ.& plene,ibi, Et factū eſt verbū dñi. ⌊Et reſpondi⌋ potius.ſ. viſioni q̄ loquenti,⌊&
aio ad angelū qui loquebatur in me,dicēs:⌋ per deſiderium.ſ.illuminationis , ⌊quid ſunt hæc?⌋
hoc eſt,qd ſignificāt hæc,⌊domine mi⌋ dñm vocat angelum,qa in perſona dei illuminantis ap
paruit,⌊& reſpondit angelus qui loquebatur in me,& dixit ad me⌋ quod in occulto contēpla-
tionis fieri conſueuit.Iob.4. Quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius.⌊Nunquid ne-
ſcis⌋ Iſta explanatio increpationem habet,& impedimenti ablationem. ⌊Nunquid neſcis quid
ſunt hæc?⌋ increpat,quia ex collatione præcedentis viſionis, & iſtius intellectū ſcire poterat, &
quia iſtam collationem non fecit,increpatur,& vt excitet ad attentionem. ⌊Et dixi, non domi-
ne mi⌋ reuerenter loquiṫ,vt inclinet ad illuminādum,⌊& reſpondit,& ait ad me dicens: Hoc eſt
verbum domini⌋ quod.ſ. in hac viſione oſtendit tibi,⌊ad Zorobabel⌋ ſupple directū,⌊dicēs⌋
iſtud ſupple quod ſeqtur.⌊Non in exercitu nec in robore⌋ ſupple implebit q̊d dixit, nec in mul
titudine,nec in robore bellatoꝝ,nec propria virtute. Iudicū.7. Multus tecū eſt populus, nec tra-
detur Madian in manu eius,ne glorietur cōtra me Iſrael,& dicat,meis viribus liberatus ſum.1.ad
Corinth.1. Quæ infirma ſunt huius mundi elegit deus,& quę nō ſunt vt ea quæ ſunt deſtrueret,
vt non glorietur omnis caro coram eo,⌊ſed in ſpū meo⌋ ſupple fiet reductio populi & à Chal
dæis & à diabolo, ⌊dicit dominus exercituum,⌋ Spiritus enim vector virtutis eſt,& ad conte-
rendas poteſtates contrarias,& ad facienda miracula, & ad cordium conuerſionē .2. Machab.3.
Spiritus omnipotentis dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis euidentiam,ita vt omnes qui auſi fue-
rant parere ei ruentes dei virtute in diſſolutionem & formidinem conuerterentur . Et ſubdit de
ablatione impedimenti. ⌊Quis tu mons magne coram Zorobabel,⌋ ſupple es. ⌊Montem ma-
gnum regnum Chaldaicum vocat,vel diabolum propter ſuperbiā. Et eſt ſenſus, quod magni-
tudo ſecularis contra ſpiritum domini nihil eſt. Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊in planum⌋ Gloſſa,
proſtratus eris ab alto,vt ab omnibus ſcilicet plane conculceris,Hierem.51, Ecce ego ad te mons

peſtifer

A peſtifer ait dominus,qui corrumpis vniuerſam terram,& extendam manum meam ſuper te,&
euoluam te de petris,& dabo te in montem combuſtionis. Matth.17.Dicetis monti huic,tollere
& mittere in mare,& fiet.Illo autem humiliato,oſtendit quid fiet de Zorobabel qui Chriſtũ ſi-
gnificat,⌊& educet lapidem primarium,⌋ hoc eſt,de humilitate ad publicum,lapidem propter
ſtabilitatem,primarium quia in fundamento locatum,ſicut lapis primarius in ædificio ſacro po-
nitur.Eſa.28.Ecce mittam in fundamẽtis Sion lapidem angularem probatum,pretioſum in fun
damento fundatum,⌊& exequabit gratiam gratiæ eius,⌋ vt.ſ.ſicut patres liberauit, ita faciat fi-
lijs,& per Chriſtum etiam multo maiorem gratiam fecit.Iohan.1.De cuius plenitudine omnes
accepimus,gratiam pro gratia.Et ſubdit de pleniori expoſitione. ⌊Et factum eſt verbũ dñi ad
me dicens⌋ per ſingula.ſ.explanans,⌊manus Zorobabel,⌋ hoc eſt, labores & opa, ⌊fundaue-
runt domum iſtam,⌋ hoc eſt,fundare cœperunt.1.ad Corinth.3.Vt ſapiens architectus funda-
mentum poſui,⌊& manus eius perficient eam⌋ vt.ſ.nihil deſit in vlla gratia. Deuter.32. Dei pfe-
cta ſunt opera.3.Reg.6.Perfecta eſt domus in omni opere ſuo,& in omnibus vtenſilibus ſuis,
⌊& ſcietis,quia dominus miſit me ad vos⌋ quando.ſ.meum complebitur vaticinium. Ecci.36.
Da mercedem domine ſuſtinentibus te,vt prophetæ tui fideles inueniantur. Bene dico ꝙ perfi-
cient.⌊Quis em̄ deſpexit dies paruos⌋ hoc eſt,quantus & quàm mirabilis eſt,qui principum ſe- Opus dei timore tyrannorum nõ deſerendũ.
cularium dies paruos deſpicit, in quibus ſuperbire poſſunt , vt nihil penitus propter illorum ti-
morem dimittat de operibus dei.1.Machabæorum ſecũdo: A verbis viri pctõris ne timueritis, cu
ius gloria ſtercus & vermis eſt,hodie extollitur & cras non inuenietur.Eſa.51.Quis tu vt timeas
B ab homine mortali? Pſal.36.Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatũ ſicut cedros lybani, & trã-
ſiui & ecce non erat,⌊& lætabuntur⌋ ſupple ſubiecti Zorobabel vel Chriſto.Eſa.9. Lætabun-
tur coram te ſicut qui lætant̃ in meſſe,⌊& videbunt⌋ prælatum ſuum.ſ. ⌊lapidem ſtanneum⌋
lapidem propter firmitatem,ſtanneũ propter ſtanni proprietatem.Stannũ em̄ (vt dicit Hiero-
nymus)metalla conſeruat ne adurant̃,& vult dicere ꝙ erit cõſeruatio populi ne conſumat̃ ab ini
micis,quod non legit̃ factum eſſe per Zorobabel,ſed de Chriſto ſignificatũ per Zorobabel. Et Chriſtus in lapide ſtanneo adumbratus.
hoc eſt q̃d ſequitur.⌊In manu Zorobabel,⌋ De Chriſto em̄ dicit̃, ꝙ lapis eſt.1.ad Corinth.10.
Petra aũt erat Chrũs,Chrũs etiã cõſeruat ſuos ab incendio conſumptionis diaboli.Propter hoc
em̄ elegit conſumi in paſſione,ne ſui conſumerent̃ apud inferos Iohan.17.Quos dediſti mihi cu
ſtodiui,& nemo ex eis perijt,niſi filius pditionis.Et quia ſupra dictũ eſt tertio,ꝙ ſuper lapidem
ſeptem oculi ſunt,ſubdit,expoſitionem oculorum repetens,⌊ſeptem ſunt oculi iſti domini⌋ ſup
ple qui ſup lapidem ſunt,⌊qui diſcurrunt in vniuerſa terra,⌋ vndiq;.ſ. circũſpicientes. Ecci.20.
Oculi eius ſeptemplices ſunt.Ecci.23.Oculi domini lucidiores ſunt ſuper ſolem, circũſpicientes
omnes vias hominũ.Et de iſtis ſatis ſupra dictum eſt,⌊& reſpondi⌋ hoc.ſ.mihi oſtendenti, ⌊&
dixi ad eum⌋ angelum.ſ.mihi loquentem,⌊quid ſunt duæ oliuæ iſtæ,⌋ hoc ẽ, quid ſignificant,
⌊ad dexteram candelabri,& ad ſiniſtram eius,⌋ & quia angelus ad hoc nihil reſpondit, repetit
quæſtionem ſubdens:⌊Et reſpondi ſecũdo⌋ Matth.7.Pulſate & aperietur vobis. Et dat exem
plum,ꝙ ſi primo nõ exaudimur iterum pulſandum eſt,⌊& dixi ad eũ⌋ angelum.ſ. ⌊q̃d ſunt duæ
ſpicæ oliuarum⌋ ſpicas vocat propter fertilitatem olei & erectionem,⌊quæ ſunt iuxta duo roſtra
C aurea,⌋ candelabri.ſ.Et roſtra vocat forte propter ſimilitudinẽ, quia ad ſimilitudinem roſtrorum
extrema candelabri facta ſunt,quaſi hiantia ad olei ſuſceptionẽ,⌊in quibus⌋.ſ.roſtris,⌊ſunt ſuf-
fuſoria ex auro⌋ de om̄ibus his in antehabitis dictũ eſt.⌊Et ait ad me dicẽs⌋ angelus.ſ. ⌊Nun-
quid neſcis quid ſunt hæc?⌋ quaſi dicat,ex ipſa ſimilitudine viſionis poſſes intelligere, ſi nõ ob-
ſtaret quod dicit̃,Sapiæ.9.Corpus quod corrumpitur aggrauat animã ,& deprimit terrena in-
habitatio ſenſum multa cogitantẽ,⌊& dixi,non dñe mi⌋ Dicit em̄ philoſophus, quod nõ intel-
ligenti non eſt pigritandũ dicere nõ intelligo,⌊& dixit⌋ benignus ad illuminationem,⌊iſti ſunt
duo filij olei,⌋ hoc ẽ,pinguedinis æternæ & pietatis,Ecci.44.Iſti ſunt viri miſericordiæ, quorum
pietates nõ defuerũt,⌊ſplẽdoris⌋ & hoc dicit propter exemplũ virtutis.Matth.5. Sic luceat lux
veſtra corã hominibus,vt videãt veſtra bona opa,⌊qui⌋.ſ.per cõtemplationẽ continuã, ⌊aſſi-
ſtunt dñatori vniuerſæ terræ,⌋ hoc ẽ,deo.Apoca.11,idem Heſter.13.Dñs omnium tu es.

¶In capitulum quintum Zachariæ prophetæ enarratio.

ET conuerſus ſum⌋ In hoc capitulo ſecundũ ſupradictam diuiſionem rememo-
ratio fit pctõrum,& diuiditur in tres partes ſecundum tres viſiones,quę hic indu
cuntur.In prima deſcribitur condemnatio peccati,in ſecunda peccati oppreſſio
per pœnam,ibi,Et egreſſus eſt angelus.In tertia diſſipatio pctõrum per captiui-
tatem,ibi,Et leuaui oculos meos & vidi. In prima tria ſunt.ſ. viſionis oſtẽſio,&
eiuſdem explanatio,& tertio per effectũ impletio.⌊Et conuerſus ſum⌋ à viſio-
ne.ſ.læta oſtendente ad viſionẽ triſtia monſtrãtem. Vel conuerſus ſum intra memetipſum,intus
em̄ per imaginariã viſionẽ vidit.Pſal.76.Meditatus ſum nocte cũ corde meo,⌊& leuaui oculos
meos⌋ intellectuales.ſ.ad alta contuenda,terram enim aſpiciẽdo nihil videtur diuinorum.Pſal.16.
Statuerũt oculos ſuos declinare in terram,⌊& vidi⌋ hoc eſt,intus intellexi.Lucæ decimo: Beati
oculi

oculi qui vident,⌊& ecce volumen volans,hoc eſt cito veniens.Hoc volumen ſignificat ſcriptu D ram vel ſapientiæ diuinę diſpoſitionem,determinãtem pœnas ſingulis peccatis, pro quantitate & qualitate meritoꝝ,Danie.7.Iudicium ſedit & libri aperti ſunt,Apoc.20. Iudicati ſunt mortui ex his quę ſcripta ſunt in libro.Volatus aũt velocitatẽ ſignificat ſentẽtiæ,Iaco.5. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit,Eſa.5.Ecce feſtinus velociter veniet,⌊& dixit ad me,⌋ miſſus ſupple angelus, ad me illuminandũ.⌊Quid tu vides?⌋hoc eſt quid ſignificat quod vides? Et eſt excitatio ad inquirendũ,& hoc ſignificat benignitatẽ & largitatẽ illuminantis,Sap.6.Dignos ſe ſapiẽtia circumit quęrens,⌊& dixi,⌋hoc quod accepi in illuminatorẽ referens,vt plus.ſ.acciperem, Eccl.1.Ad locum vnde oriunt̃ flumina,reuertuntur,vt iteꝝ fluant,⌊Ecce ego video volumen volãs,⌋Eſa.8. Sume tibi librũ grandẽ & ſcribe in eo ſtylo hominis.Et quid profecerit,addit,⌊Longitudo eius viginti cubitoꝝ,⌋quia pœnę menſurant̃ longitudine diuturnitatis,⌊& latitudo eius decem cubitoꝝ⌋Culpę eñ menſurantur tranſgreſſione decalogi.In duplũ eñ menſurantur pœnæ q̃ culpæ,pœnæ eñ duplices fuerunt.ſ.famis & peſtis intus,& gladius hoſtis captiuantis extra, & pœna in ſingulas tranſgreſſiones decem duplicata, viginti facit, Threñ.1.Foris interficit gladius & domi mors ſimilis eſt,Eſaiæ.40.Suſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis, Apocaly.18.Reddite illi ſicut ipſa reddidit vobis & duplicate illi duplicia.Si q̃ritur, quare latitudo menſuratur in decem, & longitudo in viginti. Dicendum, quod plenitudo legis eſt dilectio, Romano.13.Charitas autem implens decalogum in latitudine ſe extendit à deo.ſ.in ſe & à ſe in proximum & à proximo in inimicum,& ideo etiam numerus tranſgreſſionum ex defectu talis charitatis proueniens latitudinem voluminis menſurat,longitudo autem refertur ad pœnas du- E rantes in futurum,quę duratio longitudo eſt & cum quodlibet peccatum puniatur defectu boni & afflictione mali per viginti menſuratur longitudo.Iſte eſt liber quo cibatus eſt , Ezechie.3.in quo ſcripta erant lamentationes & carmen & væ,lamentationes pro culpis,væ pro pœnis,carmen de laude ſanctorum pro iuſtitia,quę per pœnas vel vindicat vel purgat culpas,Pſal.57.Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam,⌊& dixit ad me,⌋angelus ſcilicet, ⌊Hæc eſt maledictio,⌋ id eſt ſententia maledictionis eſt hic ſcripta,⌊quę egreditur,⌋de intimo.ſ.dei iudicio & de occulto ad publicum,⌊ſuper faciem omnis terrę,⌋hoc eſt omnium terrenoꝝ,per methonomiam Pſal.81.Surge deus iudica terrã,Eſai .2.Ingredietur ſciſſuras petraꝝ & in cauernis ſaxoꝝ à facie fortitudinis dñi & à gloria maieſtatis eius,cũ ſurrexerit percutere terrã.Et qualiter hoc fiat, ſubdit,⌊quia omnis fur ſicut ibi ſcriptũ eſt iudicabit̃,⌋Fur dicit̃(vt dicit Labeo)q̃ in furno , hoc eſt in nigro accipit & cõtrectat rem alienã,& ideo dicit̃ fur omnis homo q̃ in occulto turpe agit,q̃a per hoc & ſe& proximũ deo ſubducit,Iohan.10.Fur nõ venit niſi vt furet̃ & mactet & perdat, ⌊& oĩs iurans⌋.i.peierans ex hoc ſupple quod ibi ſcriptũ eſt,⌊ſimiliter iudicabitur,⌋ hoc eſt cõdemnabit̃ à deo.ſ.& à ſanctis,Pſal.149.Vt faciant in eis iudiciũ conſcriptũ.Et qualiter ſententia effectui mancipetur,ſubdit,⌊Educam illud dicit dñs exercituũ⌋Eſa.16.Sedebit ſup̃ illud iudicãs in veritate & velociter reddens quod iuſtũ eſt, ⌊& veniet⌋per effectũ.ſ.⌊ad domũ furis,⌋ hoc eſt ad poſſeſſionẽ & familiã,⌊& ad domũ iurantis in noĩe meo mendaciter,⌋Exo.20. Non habebit inſontem dñs eũ,qui aſſumpſerit nomẽ dei ſui fruſtra,Sap.1. Os quod mentit̃ , occidit ani- F mam,Deute.19.Si fuerit teſtis mendax contra hominem. Et poſt pauca: Non miſereberis eius, ſed animam pro anima,oculũ pro oculo,dentẽ pro dente,manũ pro manu, pedẽ pro pede exiges ab eo,⌊& cõmorabitur in medio eius,⌋nõ recedens.ſ.⌊& cõſumet eum⌋ cũ domo.ſ.⌊& ligna eius & lapides eius⌋domus.ſ.Ligna ſignificant cremabilia leuiora,lapides grauiora quę diu tenent ignem,Iob.18.Deuoret pulchritudinem cutis eius & conſumat brachia eius primogenita mors,euellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius,& calcet ſuper eum deſuper quaſi rex interitus.

Simplici culpæ cur duplex pœna infligatur

Iuramentũ mẽdax certum manet ſuppliciũ.

¶⌊Et egreſſus ẽ.⌋Secũda pars in qua agitur de iniquitatis condemnatione & repreſſione p̃ ſententiam,& hoc ſub viſione & metaphora. Et propter hoc habet tres partes,ſcilicet viſionis oſtẽſionem,viſionis explanationem incompletam & explanationem completam.

⌊Et egreſſus eſt angelus⌋ad aliam.ſ.viſionem oſtendendam,quę ſententiam prẽmiſſam ad effectum condemnationis perduceret,⌊qui loquebat̃ in me,⌋ officium.ſ.illuminationis in me exercens,⌊& dixit ad me,⌋ ad illuminationem.ſ.me excitans, ⌊leua oculos tuos,⌋ vt ea quæ ſuper rationem ſunt videas,⌊& vide,⌋per intellectum ſignificationis,⌊quid eſt hoc?⌋ ſcilicet per ſignificationem,⌊quod egreditur,⌋de intima dei.ſ.diſpoſitione,Abacuc.3. Dñe audiui auditionẽ tuam & timui,cõſideraui opera tua & expaui,⌊& dixi,⌋petens.ſ.illuminationẽ, ⌊q̃d nã eſt⌋.i. quid ſignificat?⌊Et ait,⌋illuminãdo me,⌊Hæc eſt amphora egrediẽs,⌋alia trãſlatio, mẽſura,& intelligit̃ capacitas iniquitatis in proportiõe ad pœnã.Dicit̃ eñ amphora ab an , q̃d eſt circũ,& phoro phoras,q̃d eſt cõcauo cõcauas,Eſa.27.In mẽſura cõtra mẽſurã cũ abiecta fuerit , iudicabit eam.Et vlterius exponens,addit,⌊& dixit⌋ſcilicet ad me,⌊Hæc eſt oculus eorũ in vniuerſa terra,⌋quia demonſtratio fit ad oculũ,ideo per oculũ demonſtratio ſignificat̃,& ſenſus eſt,hæc eſt demõſtratio iniquitatis eoꝝ qui habitant in vniuerſa terra,vt.ſ.q̃tũ quiſq; peccauit, tantũ puniat̃,Deut.25.Pro mẽſura pc̃ti,erit & plagaꝝ modus.Et intelligẽdũ eſt,ꝙ hæc mẽſura amphoræ im

ræ im

A re implenda eſt quantitate pœnæ. Ad pœnam autem duo exiguntur. ſ. oppreſſio quæ libertatẽ peccandi auferat & libidinis ad peccandum reſtrictio. Et hoc ſubiungit ꝑ duas ſimilitudines, oppreſſionem ꝗdem cum dicit, ⌊Et ecce talentũ plumbi portabatur⌋ plumbum oppreſſionem ſignificat, quia. ſ. aggrauata eſt terra iniquitate. Eſa. 24. Grauabit eam iniqtas ſua, & corruet & nõ adijciet vt reſurgat. Pſal. 37. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuꝑ me. Quod autẽ dicit, portabatur, intelligitur ꝙ ab angelo aliquo, vel ꝑ ſe diſpoſitione diuina ferebatur. De repreſſione libidinis ad peccandum, ſubdit. ⌊Et ecce mulier vna⌋ hoc ẽ, vnica quæ inter mulieres hoc habuit ꝗd emollire poteſt. Significat eñ concupiſcentiam auaritiæ & idololatriæ & carnalis cõcupiſcentiæ, ⌊ſedens⌋ hoc eſt quieſcẽs, ⌊in medio amphoræ⌋ hoc eſt, iniquitatis ſuæ, tanq̃ pacẽ habẽs in pctõ. Vnde dicit, Apoca. 18. Sedeo regina & vidua non ſum, & luctum nõ videbo, ⌊& dixit⌋ angelus . ſ. me illuminãs, ⌊hæc eſt impietas⌋ in fecibus ſuis. ſ. requieſcens. Hiere. 48. Requieuit in fecibus ſuis. Sicut duæ & decem tribus ante captiuitatẽ in peccatis requiem habebant, & aperte iniquitates exercebant. De quo dicit ſe zelare Dauid in pſal. 72. Zelaui ſuper iniquos pacem pctõrum videns, ⌊& proiecit eam⌋ angelus. ſ. proiecit aũt ꝑ timorem hoſtis & captiuitatis, ⌊in medio amphoræ⌋ vt. ſ. quæ prius gloriabat̃ & efferebatur oſtẽtando iniqtatem ſuam, modo ad infima antroꝝ & cauernaꝝ timore hoſtis reprimeret̃. Eſa. 2. Ingredere in petrã, & abſcondere in foſſa humo, à facie timoris dñi, ⌊& miſit maſſam plumbeam in os eius,⌋ amphore. ſ. ne mulier in ſui demonſtrationem reſurgere poſſet, hoc eſt, grauamine iniqtatis ſuæ obſtruxit ei os ne loqui poſſet, 1. Reg. 2. Impij in tenebris conticeſcent. Pſal. 62. Obſtructũ eſt os loquẽtium iniqua. ¶⌊Et leuaui oculos meos⌋ Hic tangitur condemnatę iniquitatis in captiuitatẽ deportatio, & dicuntur duo. ſ. viſionis oſtenſio & eiuſdẽ explanatio. ⌊Et leuaui oculos meos⌋ vt. ſ. diſpoſitionem iuſtitiæ di-

B uinæ viderem, quę non niſi eleuatis oculis videri põt, vt dicit Hieronymus, ⌊& vidi⌋ interius. ſ. per inſpirationẽ, Ezech. 1. Aperti ſunt mihi cœli & vidi viſiones dei, ⌊& ecce duæ mulieres⌋ decem. ſ. tribus & duas ſignificantes, quæ Ezech. 23. dicuntur Oolla & Ooliba, mulieres decem, qa omnibus vitijs emollitæ, ſicut Ezech. 16. dicitur, ⌊egredientes⌋ hoc eſt, merito ſuæ iniquitatis in exilium delatæ. Eſa. 22. Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te, ⌊& ſpũs⌋ hoc eſt, ventus, ⌊in alis eaꝝ⌋ ſupple erat. ſ. vt alis quaſi velis ad ventum mutarentur. Ventus eñ ſignificat iudicium diuinum, Alæ aũt idololatriam & rapacitatem, in quas quaſi exufflans iudiciũ diuinũ, mulieres euexit in captiuitatem. Oſee. 4. Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis. Eſa. 63. Cecidimus quaſi folium vniuerſi, iniqtates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos, ⌊& habebat alas quaſi milui⌋ Miluus immundũ & vile animal & rapax, ſignificat rapacitatem ad proximũ in ala vna, & auiditatem idololatrandi in ala altera, quas alas extendebant vt proximum opprimerẽt & deũ prouocarẽt. Eſa. 8. Erit extenſio alaꝝ eius in medio terræ tuæ ò emanuel, Idem ſignificat Ezech. 17. Aquila grandis magnaꝝ alaꝝ, plena plumis & varietate, longo mẽbroꝝ ductu venit ad lybanum, & tulit inde medullam cedri. ⌊& leuauerunt amphoram⌋ hoc eſt, totius iniquitatis capacẽ populum, ⌊inter cœlum & terram⌋ vt. ſ. cœlũ quo ad præmia ſanctoꝝ non tangeret, & tamẽ terram quo ad perditionẽ temporaliũ deſereret. Pſal. 51. Euellet te & emigrabit te de tabernacu-

C lo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Et ſubdit de explanatione, duo dicens, deſiderium. ſ. illuminationis prophetæ & ipſam illuminationem. ⌊Et dixi ad angelum qui loquebatur in me⌋ petens illuminari de viſis. Pſalm̃. 42. Emitte ſpm̃ tuum & creabũtur, & renouabis faciem terræ, ⌊quo iſtę deferunt amphoram⌋ Pſal. 5. Secũdum multitudinẽ iniquitatum eoꝝ expelle eos, ⌊& dixit ad me⌋ angelus . ſ. ⌊vt ædificetur ei domus⌋ ad longam habitationẽ, ⌊in terra Sennaar⌋ ꝗd fętor dentiũ interpretat̃. Et vult dicere, ꝙ in terra Chaldęoꝝ fętidis dẽtibus Chaldęoꝝ maſticetur & contereť, vt ſicut maſticauerũt pauperes, ita maſticentur ab hoſtibus. Prouer. 30. Eſt generatio quæ pro dentibus gladios habet & cõmandit molaribus ſuis vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus, ⌊& ſtabiliatur⌋ ad morã. ſ. ſeptuaginta annoꝝ, ⌊& ponatur⌋ hoc ẽ fundetur, ⌊ibi⌋ hoc ẽ, in Chaldæa vel in inferno, ⌊ſuper baſem ſuã⌋ hoc ẽ, iniquitatis ſuæ pœnam quàm meruit. Hiere. 29. Aedificate domos, & plantate ortos, accipite vxores & generate filios in Babylone. Et poſt pauca ſubdit cauſam, quia eritis ibi ſeptuaginta annis.

Pena iuſta duobus cõſtat.

Sennaar.

¶In capitulum ſextum Zachariæ prophetæ enarratio.

ET conuerſus ſum⌋ De impletione ꝓmiſſorum tangit̃ hic, & diuiditur in partes, duas. In prima tangit̃ deſtructio inimici. In ſecũda adeptio boni promiſſi, ibi, Et factũ eſt verbũ dñi ad me dicẽs: Prima in tres diuiditur. Primo eñ oſtẽditur viſio. Secũdo ponitur explanatiõis petitio. Tertio explanatio. ⌊Et cõuerſus ſum⌋ à triſtibus. ſ. ad læta videnda. Pſal. 31. Conuerſus ſum in ærumna mea, ⌊& leuaui oculos meos,⌋ ad ſupernaturalia . ſ. videnda, ⌊& vidi⌋ . i. intellectu percepi, ⌊& ecce quatuor quadrigæ⌋ quatuor. ſ. regna mũdi ſignificãtes, & de quatuor partibus mundi egredientes. Ab aquilone eñ egreſſum eſt regnum Chaldæoꝝ, à meridie regnũ Græcorum, ab oriente regnum Mœdorum, ab occidente regnum Romanorum, ⌊egredientes,⌋ de occulta . ſ. dei diſpoſitione ad publicũ mundi venientes, Eſaiæ quadrageſimoquinto: Egrediet̃ de ore meo

verbũ

verbum & non reuertetur ad me vacuum,└de medio duoꝝ montium┘ Hieronymus, ꝗs ſupra D
primo,myrteta vel vmbroſos montes vocauit,hic vocat æneos,montes aũt dicit propter eminẽ
tiam legis & prophetiæ,in qbus ſemꝑ oſtendit deus quæ futura erant,Amos.3. Non faciet domi
nus verbum,niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas, └& montes mõtes ærei┘
ſupple fuerunt,ærei dicunt propter ſonoritatem ꝓdicationis. Vnde Ezech.1.vbi videtur quadri-
ga dñi,ſcintillæ micabant quaſi ęris candẽtis.Hæc quadriga quatuor habet rotas,hoc eſt,in qua-
tuor partes mũdi volubilitatem,vnde etiam Ezech.1.Rota habuit quatuor facies,& animal qua-
Rota myſtica quatuor facierum. tuor facies,quia quatuor regna in aſtutia rationis humanæ & ꝓcipitæ audacia animoſitatis leoni-
næ,& libidinoſa concupiſcẽtia laſciuiæ vitulinæ,& faſtu ambitionis aquilinæ ſuperbiæ, quatuor
mundi partes occupauerunt.Hæc eadem regna ꝑ quatuor cornua ſignificata ſunt ſupra ,primo.
Montes autem ærei ſignificare poſſent altitudinem ſapientiæ diuinæ hæc ordinantis,& ſublimi-
tatem poteſtatis iſta in ope ponẽtis. Pſal.35.Iuſtitia tua ſicut montes dei, iudicia tua abyſſus mul
ta.└In quadriga prima equi rufi┘ prima fuit Chaldæoꝝ regnum,cuius equi,milites & miniſtri
trahẽtes,erãt ſaginarij & ideo rufi,& hoc in ꝓcedentibus expoſitũ eſt. Apoca.6.Exiuit equus ru-
fus,& q ſedebat ſuꝑ illum,datum eſt illi vt ſumeret pacem de terra,& vt inuicem ſe interficiant,
& datus ei gladius magnus.└In quadriga ſecunda equi nigri┘ Hæc quadriga ſignificat regnum
Mœdorum & Perſarum,equi miniſtros & milites,nigri vero dicunt quia ꝑ Aſſueri regis ædictũ
mortem omnium Iudæorum triſti nuntio pferebant. Heſter.3. Apoca.6 . Ecce equus niger,& q E
ſedebat ſuꝑ illum habebat ſtateram in manu ſua,hoc eſt,equilibrium iuſtitię in iudiciaria poteſta
te,└& in quadriga tertia┘ quæ regnum Macedonum & Græcorum ſignificat,└equi albi┘ mi-
niſtri.ſ. & milites & reges ſucceſſores. Hieronymus,ideo albi,quia ſub eoꝝ rege Antiocho, Ma-
chabæorum victoriam legimus,& qualiter floruerunt,quod ꝑ albedinem ſignificatur. Apoca.6.
Ecce equus albus,& qui ſedebat ſuꝑ illum, habebat arcũ & data eſt illi corona, & exiuit vincens
vt vinceret.└Et in quadriga quarta┘ quæ regnum Romanoꝝ ſignificat,└equi varij & fortes┘
Regnũ Romanũ ferro ẽ ſimile. varij ex albo & alijs coloribus compoſiti,Romani eñ reges fuerũt,ex quibus qdam clemẽtes in
Iudæos,vt Gaius,alij pſecutores eorum fuerũt,vt Titus & Veſpaſianus, fortes dicuntur propter
fortitudinem principum illius regni. Vnde Danie.2.ſignificatur per ferrũ,quomodo ferrum cõ-
minuit & domat omnia,ſic comminuet regnum illud & conteret omnia.Hoc non dicitur pro-
pter hoc,ꝙ omnia iſta poſt prophetiam iſtam futura fuerũt,ſed qa deus ꝑ hoc iniqtates mundi
puniuit,& ante,& tunc,& poſtea. Hæc ſunt quatuor beſtiæ egrediẽtes de mari. Danie.7. Qua-
tuor facies rotę. Ezech.1. Quatuor cornua, Zachar.4. Hieronymus, Quidã putant quatuor qua-
Quadriga euãgelica. drigas,doctrinam quatuor Euangeliſtarum ſignificare,quæ dominum vehit in oñes fines mũ-
di,in corda fidelium,Equi rufi martyres,Equi nigri doctores,qui profunditate myſteriorum &
humilitate vitæ obſcuri & nigri videbant. Pſal.17. Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Equi albi cõ
feſſores & virgines. Apoca.3.Ambulabant mecum in albis,quia digni ſunt. Equi varij viros va-
rietate virtutum depictos. Gene.37. Iacob filio ſuo fecit tunicam polimitam,hoc eſt,diuerſis co-
loribus coloratam. Ezech.16. Veſtiui te diſcolotibus. Sic ergo ſancti rufi charitate, nigri humili-
tate & ſui abiectione,albi cõuerſationis honeſtate, varij virtutum varietate, equi iuſtitiæ ęqualita- F
te,rotundi obedientiæ volubilitate,ꝑ iſtas quadrigas & equos intelliguntur.└Et reſpondi, & di-
Interrogatio clauis ẽ ſcientiæ xi ad angelum qui loquebatur in me,┘ deſiderio.ſ.illuminationis,└quid ſunt hæc domine mi?┘
hoc eſt,quid ſignificant. Hæc interrogatio eñ clauis ſcientiæ eſt.└Et reſpondit angelus & dixit
ad me┘ illuminando.ſ.me de ꝗſitis,└iſti ſunt quatuor vẽti cœli,┘ hoc eſt,aſpirationes poteſtatũ
de cœlo venientes. Ezech.37. A quatuor ventis cœli veni ſpũs. Danie.7. Quatuor venti cœli pu-
gnabant in mari magno,└qui┘.ſ.venti occulta dei diſpoſitione, └egrediuntur┘ in publicum.ſ.
└vt ſtent┘ parati ad obſequendum,└coram dominatore vniuerſæ terræ┘ hoc ẽ,deo ad implẽ
dam omnem ſuam voluntatem. Pſal.134. Qui producit ventos de theſauris ſuis. Et explanat per
ſingula,└in qua┘.ſ.quadriga,└erant equi nigri┘ hoc eſt,regnum Mœdorum & Perſarum, └e-
grediebantur in terram aquilonis,┘ ad illud.ſ.conterendum & ſubiugandum. Vnde Eſaiæ,13. in
onere Babylonis dicitur,Ecce ego ſuſcitabo ſuꝑ vos Mœdos,qui argentum nõ quærant,nec au-
rum velint,ſed ſagittis paruulos interficiẽt,ſicut etiam doctores regnum diaboli frigidum & te-
nebroſum conterunt, Hebr.11. Sancti ꝑ fidem vicerunt regna,└& albi┘ qui regnum Grecorum
ſignificant,└egreſſi ſunt poſt eos┘ Mœdos.ſ.& Perſas,quos ſibi Græci ſubiugauerunt,└& va-
rij┘ qui Romanos ſignificant,└egreſſi ſunt ad terram auſtri┘ Græciæ.ſ.regnũ, Hieronymus,ad
auſtralem plagam & totam terram celeri impetu vaſtauerunt,└qui autẽ erant robuſtiſſimi┘ in-
ter Romanos.ſ.ſicut Auguſtus & Tiberius,└exiuerunt┘ finibus proprijs non contenti,└& quę-
rebant ire┘ libidine dominandi,└& diſcurrere┘ crebris.ſ.victorijs,└per omnem terram┘ vt.ſ.
totum mundum ſubiugarent. Luc.2. Exijt ædictum à Cæſare Auguſto,vt deſcriberetur vniuer
ſus orbis,└& dixit┘ angelus.ſ.in perſona domini, └ite perambulate terram┘ Hieronymus, ve-
ſtris pedibus cuncta regna ſubſternite. Eſa.10. Sicut colliguntur oua quæ derelicta ſunt,ſic vniuer
ſam terram ego congregaui, Et hoc eſt quod ſequit,└& pambulauerunt terrã┘cũcta ſibi ſubij-
cientes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A cientes,Zacha.1.Perambulauimus terram,& ecce tota habitatur & quieſcit, ⌊& vocauit me⌋ in
meam.ſ.magnam conſolationẽ,& locutus eſt ad me,dicens⌋ Cant.4. Vox tua dulcis,⌊ecce qui
egrediunt in terram aquilonis,⌋ hoc eſt,ad regnum Chaldæoꝝ conterẽdum,⌊requieſcere fece-
runt ſpiritum meum⌋ hoc eſt,ſpiritum iræ meæ,vt vlterius non iraſcar & pacato animo ſim.Ge- Spiritus ꝑ
neſis.6.Non permanebit ſpũs meus in homine,quia caro eſt,hoc eſt,ira mea, ⌊in terra aqlonis,⌋ ira
hoc eſt,quem habui ad terram Chaldęoꝝ.Iratus eñ per nares ſufflat ſpiritum,& poſt quàm ſe vin
dicauit,quieſcit,Eſa.2.Quieſcite ab hoĩe cuius ſpũs in naribus eius eſt. ¶ ⌊Et factum eſt⌋ Tan
git hic de adeptione boni in promiſſis.ſ.de reſtitutione ſacerdotij,regni,ciuitatis & templi,& tria
dicit.ſ.materiam coronaꝝ, inuentionem coronaꝝ in capite ſacerdotis impoſitionẽ & coronaꝝ
ſignificationem.⌊Et factum eſt verbum dñi ad me dicens⌋ per angelum.ſ.q loquebatur, ⌊ſume
à tranſmigratione⌋ hoc eſt,à tranſmigratis q de Babylone redierunt,quos propter dignitatẽ de-
ſcribit ꝑ nomina:⌊Ab Holdai,& à Thobia,& ab Idaia⌋ Holdai dꝑcatio dñi interꝑtatur,& ſigni Holdai.
ficat eos q pro liberatione populi continuè orabant,Iaco.5. Multum valet dꝑcatio iuſti aſſidua,
Thobias bonus dñi interꝑtatur,& ſignificat eos q bonum populi deſiderabãt ex fraterna dilectio Thobias
nẽ.Galatas vltimo:Dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes, maxime aũt ad domeſti-
cos fidei.Idaia notus dñi interꝑtatur, & ſignificat eos qui notitiam dei in timore & charitate diui- Idaia
na habuerunt.Exo.34. Teipſum noui ex nomine,inueniſti eñ gratiam coram me,hi offerũt mu
nera ad templi decorẽ.1.Par.vlt.Populum q repertus eſt vidi cum in gẽte gaudio offerre tibi do
naria dñe deus cuſtodi hanc voluntatem,⌊& venies tu⌋ ò Zacharia.ſ.⌊in die illa⌋ quando luce-
bit miſeratio diuina.4.Regum.7.Hæc dies boni nuntij eſt,⌊& intrabis in domum Ioſiæ filij So
phoniæ⌋ Hic erat edituus & cuſtos templi(vt dicit Hieronymus)& apud eum theſauri templi re
B ponebantur,& erat pſona excellens in religione & fama.Eſa.22.Erit in ſolium gloriæ domus pa Ioſias
tris ſui,& ſuſpendam ſup eum omnem gloriam domus patris eius, hoc ſignificat nomen, quia Io Sophonias
ſias ſaluatus interpretatur,Sophonias autem viſitatio domini interpretatur, quem eñ viſitat do-
minus, ſaluatus eſt. Lucæ primo: Per viſcera miſericordiæ dei noſtri, in quibus viſitauit nos.
⌊qui venerunt de Babylone⌋ Infra apponit quartum,quem vocat Hen,Hieronymus,Hebræi di
cunt Ananiam & Azariam & Myſahelem de captiuitate reuertentes,aurum,& argentum in mu-
nera templi,& coronas pontificis & ducis attuliſſe,& Hen, id eſt, gratiam Danielem .ſ. cum mu-
nere veniſſe,& iſtos per hos viros qui hic nominantur intelligi mutatis nominibus, ⌊& ſumes au
rum & argentum⌋ quod ſuple obtulerunt.Eſa.60.Omnes de Saba venient aurum & thus deferẽ
tes,⌊& facies coronas⌋ Non vnam ſed duas,argenti & auri varietate diſtinctas, Cant.1. Mure-
nulas aureas faciemus tibi,vermiculatas argento,aurum enim ſapientiam,argentum vero eloquẽ
tiam ſignificat, ⌊& pones in capite Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni,⌋ vnam.ſ. & ſignificatur
ꝙ alia imponenda erat Zorobabel in ſignum reſtitutionis dignitatis ſacerdotalis & regalis.Quæ
non niſi in Chriſto completa ſunt,q fuit rex & ſacerdos.Eſa.61. Quaſi ſponſum decoratum coro
na.Pſalmo.8.Gloria & honore coronaſti eum,& conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
⌊& loqueris,dicens ad eum:⌋ Sacerdotem .ſ.per quem ad populum verbum dei tranſire debet.
⌊Hæc dicit dñs exercituum,dicens:⌋ de Zorobabel.ſ.vel verius de Chr̃o:⌊ecce vir⌋ à vi.ſ. & vi
rore dictus.Hiere.17.Beatus vir qui confidit in dño,& erit dñs fiducia eius, erit eñ quaſi lignum
viride,⌊oriens nomen eius⌋ & ſubdit rationem nominis, ⌊&⌋ id eſt quia ⌊ſubter eum orietur⌋
C Pſalmo.71.Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Malach.4. Vobis timentibus no-
men meum orietur ſol iuſtitiæ,& ſanitas in pennis eius.Heſter.8.Iudęis noua lex oriri viſa eſt gau
dium & lætitia,⌊& ædificabit templum dño⌋ & lr̃aliter & ſpũaliter eccleſiam.1. ad Corinthio.3.
Dei ædificatio eſtis,⌊& ipſe⌋.ſ.Zorobabel rex ⌊extruet templum dño,⌋ hoc eſt,extra per effe-
ctum ſtruet,⌊& ipſe portabit gloriam⌋ alteram.ſ.coronam.Eſa.62.Eris corona glorię in manu
dñi & diadema regni,in manu dei tui,⌊& ſedebit⌋ vt rex.ſ. & iudex ⌊& dominabitur⌋ poteſta-
te.ſ.⌊ſup ſolio ſuo⌋ pacis.ſ.& iuſtitiæ.Eſa.16. Præparabitur in miſericordia ſolium,& ſedebit ſu
per illud in veritate in tabernaculo Dauid,iudicans & quęrens iudicium,& velociter reddẽs quod
iuſtum eſt,⌊& erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo⌋ in throno.ſ.ſacerdotali ſedens,docens,& regens po
pulum.Eccl.50.Ecce ſacerdos magnus,qui in vita ſua ſuffulſit domũ,⌊& cõſilium pacis⌋ totius
terræ.ſ.& populi,⌊erit inter illos duos⌋ regem.ſ.& ſacerdotem.Eſa.9.Multiplicabit eius impe-
rium & pacis non erit finis.Et ſubdit de conſeruatione & cõſecratione coronaꝝ in memoriã offe
rentium ⌊& coronæ erunt⌋ ſupple in templo conſeruatæ & conſecratæ,⌊Helem,⌋ quem prius
Oldai vocauit,modo vocat Helem & ſomnium interpretatur,vt ſciatur quòd tres pueri reuelatio Helem
ne ſomnij gratiam hanc meruerunt.Dañ.2. ⌊& Thobiæ & Idaiæ⌋ hos etiam ſuperius nomina-
uit,⌊& Hen filius Sophoniæ,⌋ videtur quòd quem prius Ioſiam cuſtodem & edituum templi,
nunc Hen nominet,quem Hebræi(vt dicit Hieronymus)Danielem intelligunt, Hen enim inter-
pretatur gratia,Dañ.1.Danieli dedit gratiam & miſericordiam in conſpectu principis, ⌊memo-
riale⌋ hoc eſt,in memoriale perpetuum,⌊in templo dñi⌋ vt.ſ.quia hæc obtulerunt memoria eo
rum in ſempiternum habeatur,Apoca.3.Non delebo nomen eius de libro vitæ. Et ſubdit de po-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

puli reuocatione & literaliter & ſpiritualiter ⌊& qui procul ſunt venient⌋ vel diſſimilitudine pec
cati, vel ſpacio terræ. Eſa.49. Audite inſulæ & attendite populi de longe, Prouerbiorum vltimo: D
Procul & de vltimis finibus pretium eius, ⌊& ædificabunt in templo domini⌋ Vnuſquiſq;.ſ. pro
rata portionis ſuæ, Ephe.2. Coædificamini in habitaculum dei in ſpiritu ſancto ⌊& ſcietis⌋ ſupple
tunc per beneficia ſuſcepta, ⌊quia dñs exercituum miſit me ad vos⌋ vt hæc.ſ. prędicerem vobis.
Quia autem omnia hęc intelligũtur, ſi obedientes fuerint mandato dñi, ideo ſequit: ⌊erit autem
hoc⌋.ſ. impletio pręmiſſorum, ⌊ſi auditu⌋ interiori, ⌊audieritis⌋ extra ⌊vocem dñi dei veſtri⌋

Inauſpicata cõtumacia.

in lege.ſ. & prophetis. Eſa.1. Si volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis, ſi autem nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius meus deuorabit vos. Eſa.55. Audite audiẽtes me & delectabitur in craſſitudine anima veſtra.

¶ In capl'm ſeptimũ Zachariæ prophetæ, Enarratio.

ET factum eſt in anno quarto⌋ Secunda pars libri incipit hic, & diuiditur in tres partes. In prima tanguntur quę facta ſunt anno quarto Darij regis Mœdorꝝ ſub regno Mœdorum. In ſecunda, quæ quidẽ reuelata ſunt anno eodẽ quarto.ſ. ſed facta ſunt ſub regno Græcorum, & incipit infra nono, ibi: Aperi Lybane portas tuas. Prima in tres diuidit. Primo eñ ponit quæſtio Mœdorꝝ principum de ſanctificatiõe. In ſecũda occaſione accepta populus inſtruit de vera & nõ vera ſanctificatiõe, ibi, Et factũ eſt verbum dñi ad me dicens: Loquere ad oẽm populum terræ. In tertia ponitur reſponſio principum de męroris in gaudiũ commutatiõe, ante finem octaui, ibi, Et factũ eſt verbũ dñi exercituum dicens: Hęc dicit dñs exercituum, ieiuniũ quarti. In prima oſtendũtur quatuor, quando.ſ. à qbus de E
quo, & qbus facta eſt quęſtio: ⌊Et factũ eſt in anno quarto⌋ ex quo.ſ. regnare cœpit ⌊Darij regis⌋ filij.ſ. Hiſtaſpis qui clemens fuit Iudæis, ⌊factũ eſt verbũ dñi ad Zachariam⌋ ſicut ad ſpeculatorem & nũtiũ. Ezech.3. Fili hoĩs ſpeculatorem domui Iſrael dedi te ⌊in quarto die⌋ quarta dies ſecũdum Hieronymũ ad quatuor illuminatiões virtutum ptinet vel euangeliorꝝ ⌊noni menſis qui eſt Caſleu⌋ dictus apud Hebręos.ſ. apud nos aũt december, ⌊& miſerunt ad domũ dei⌋ ideo quia reſpõſa de domo dei dari debebãt. Eſa.2. De Syon exibit lex & verbum dñi de Hieruſalem, ⌊Saraſar & Rogommelech⌋ principes.ſ. Mœdorꝝ ⌊& viri q erant cum eis⌋ vel in comitiua, vel in profeſſiõe, dicũt eñ Hebræi, ꝙ hi duo principes Perſarꝝ fuerũt & proſelyti Iudęorꝝ, & ideo ieiunãtibus Iudęis ieiunauerũt, & hoc dicũt oſtẽdere interptatiões nominũ, Rogõmelech eñ interpretatur, magiſter foueę partis, Sarraſar aũt princeps tribulationis, eo ꝙ vnus præfuit fodiendis, alter aũt tribulandis, ⌊ad deprecandã faciem dñi⌋ forte cum oblatiõibus, audientes eñ inſtauratum eſſe templũ nõ valentes pſe venire, ſaltem nũtijs & oblatis limina dñi viſitauerũt. 2. Mach.3. Propter Onyę põtificis diſpoſitionem & pietatem, & animos odio habẽtes mala, fiebat vt & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerẽt, templum etiã maximis muneribus illuſtrarent. Pſal.137. Adorabo ad templũ ſanctũ tuum, facies aũt dñi dicit pręſentia, quam in templo exhibere conſueuit, ſicut dicit in Pſal.68. Ne auertas faciẽ tuam à puero tuo, ⌊& vt dicerẽt ſacerdotibus⌋ horꝝ eñ reſpondere eſt de lege. Aggæi.2. Interroga ſacerdotes legem, ⌊domus dñi exercituum⌋ ſacerdotum eñ eſt in domo dei habitare tpe orõnis & laudis, domus eñ dñi dicitur hic templũ cum atrijs & oĩbus ædificijs ad templum ptinentibus, & ibi erant excubiæ ſacerdotũ.

Sacerdos diſpẽſator eſt legis.

Leui.8. De oſtio tabernaculi nõ exibitis ſeptem diebus vſq; ad diem quo implebit tps cõſecratiõis veſtræ. Et paulopoſt: Die ac nocte manebitis in tabernaculo, obſeruantes cuſtodias dñi. Audiãt F
hoc illi q redditus & oblata templi ſuſcipiũt, & cuſtodias nõ obſeruant, de qbus dr Prouerbio.7. Non eſt vir in domo ſua, abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit, qa videlicet eccleſiæ reddit⁹ inburſauit & receſſit, in die plenæ lunæ reuerſurus in domũ ſuã, hoc ẽ tpe meſſis, qñ fructus eccleſiæ reuiuiſcunt & recolligunt, ⌊& prophetis loquẽtes⌋ Prophetæ eñ per inſpirationem, ſacerdotes autẽ de lege reſpõdebant. Deu.18. Prophetam de fratribus veſtris ſuſcitabit vobis deus, tanq̃ me audietis eum. Et ſubdit quæſtionẽ: ⌊Nunqd flendum eſt mihi in quinto menſe⌋ quinto menſe Iudæi & proſelyti eorum flebant, qa tunc capta eſt Hieruſalem. 4. Reg. vltimo, & 2. Paral. vltimo, & Hieremiæ vltimo: ⌊vel ſanctificare me debeo⌋ Gloſſa, fletus & ieiunium ſanctificatio dicitur, quia per abſtinentiam curati ſanctificantur. Iohe.2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu & planctu, ⌊ſicut feci iam multis annis.⌋ ſeptuaginta.ſ. Pſal.136. Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon.

Cõtra pluralitatẽ beneficiorum

Sanctificatio pœnitẽtis

¶ ⌊Et factum eſt verbum dñi exercituum ad me dicens⌋ Hic incipit ſecunda pars & habet quatuor partes. In prima docet, qualiter non vera ſanctificatio nõ profuit in pterito. In ſecũda deſcribit, quę ſit vera ſanctificatio, ibi, Et factum eſt verbum dñi. In tertia, qualiter puniunt nõ vere ſanctificati, ibi, Et noluerunt attendere. In quarta, qualiter veri ſanctificati pmiant, infra in principio octaui: Et factũ eſt verbum dñi. In prima tria dicit, oſtendit eñ in pterito ieiunium nõ valuiſſe. Secundo cauſam huius ſubdit inobediẽtiã fuiſſe. Tertio innuit nõ verã ſanctificationẽ cãm ſubuerſiõis fuiſſe. ⌊Et factũ ẽ verbũ dñi exercituũ, ad me dicẽs⌋ Hæc in pcedẽtibus ſatis expoſita ſunt. Eſa.9. Verbũ miſit dñs in Iacob ⌊loquere ad oẽm ppl'm⌋ qa qd ad oẽs ptinet oĩbus proponendũ eſt, ⌊& ad ſacerdotes, dicens⌋

qa qui

A quia qui alios docent & arguunt, & ipſi docendi & arguendi ſunt. Iob.11. Nunqd qui multa loquitur non audiet? ⌞cum ieiunaretis,⌟ à cibis. ſ. & non à vitijs abſtinentes, ⌞& plangeretis⌟ Gloſſa, planctu exteriori pro amiſſa tpali lætitia, ⌞in quinto⌟. ſ. menſe, quãdo capta eſt Hieruſalem, ⌞& ſeptimo⌟ menſe, qñ. ſ. interfectus eſt Godolias. Hiere.41. ⌞p hos ſeptuaginta annos⌟ deſolationis. ſ. tẽpli & ſubuerſionis Hierl'm, ⌞Nunqd ieiunium ieiunaſtis mihi⌟ acceptabile. ſ. Eſa.58. Nũquid tale eſt ieiunium quod elegi p diem affligere animã ſuam, aut cõtorquere quaſi circulũ caput ⌞& cum comediſtis⌟ ſupple in feſtis, ⌞& bibiſtis⌟ in lætitia. ſ. ⌞Nunqd non comediſtis vobis, & bibiſtis vobiſmetipſis,⌟ quaſi dicat nõ ad honorẽ meũ, ſed veſtram ſaturitatem. Pſal'.77. Adhuc eſcę eorum erant in ore ipſorum, & ira dei aſcẽdit ſup eos. Amos.6. Bibẽtes in phyalis vinũ & optimo vnguento delibuti, nihil compatiebant ſup contritione Ioſeph. Ezech.16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, abundantia panis, & otium filiarum, & qa manum pauperi petẽti nõ porrigebat ⌞Nunqd non ſunt hęc verba⌟ hoc eſt effectus verborum, ⌞quę locutus eſt dñs in manu⌟ hoc eſt, in opatione teſtificãte verba ⌞prophetarum priorum⌟ Eſaię & Oſee & aliorum, q cõminabant vobis captiuitatẽ propter pctm̃. Thre.1. Pctm̃ peccauit Herl'm, propterea inſtabilis facta ẽ ⌞cũ adhuc habitaret Hierl'm⌟ ciue. ſ. frequẽtiſſimo, ⌞& eſſet opulẽta⌟ oĩbus. ſ. bonis afflueñs. 1. ad Cor.1. Oẽs diuites facti eſtis in illo, ⌞& ipſa⌟. ſ. metropolis, ⌞& vrbes in circuitu eius⌟ hoc eſt ad eam ptinẽtes ⌞& ad auſtrũ⌟ vbi terra aridior fuit, ⌞& in cãpeſtribus⌟ aliarum. ſ. plagarum mũdi ⌞habitaret⌟ Pſal'.32. Dñi eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi q habitãt in eo. ¶⌞Et factũ eſt verbũ dñi⌟ Inſtruit hic de vera ieiunij ſanctificatione, ⌞ad Zachariã⌟ vt. ſ. p prophetam inſtruat ppl'm ⌞hæc ait dñs exercituũ, dicẽs⌟ cõfirmatio ſermonis eſt p authoritatẽ dñi ⌞iudiciũ verum iudicate⌟

*Trita vulgo viuendi formula*

B iudicio. ſ. doctrinæ, vitæ, & iudicij. Iob.6. Quod iuſtũ eſt iudicate. Iudiciũ doctrinæ eſt ad veritatem fidei, iudicium vitæ ad rectitudinẽ virtutis, iudiciũ cauſæ ad merita cauſæ cuiuſcũq;. Deute.1. Ita paruũ vt magnũ audietis, nec accipietis cuiuſquã perſonã, quia dñi eſt iudiciũ. Matt.7. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et ſubdit de miſerabilibus pſonis, qd ad vitæ veritatẽ pertinet, ⌞& miam⌟ quantum ad cõpaſſionẽ, ⌞& miſerationes⌟ quantum ad effectum opis ⌞facite vnuſquiſq; cum fratre ſuo⌟ quos licet inferiores fecerit fortuna, tñ frẽs ſunt profeſſione & natura. Michææ.6. Iudicabo tibi ò homo, qd ſit bonũ, vtiq; facere iudiciũ & diligere miſericordiã, & ſolicitũ ambulare cum deo tuo. Et à conditionibus pſonas miſerabiles enumerat, ſubdens, ⌞& viduam⌟ viri. ſ. ſolatio deſtitutam, ⌞& pupillum⌟ patre. ſ. orbatum, ⌞& aduenã⌟ nullum patronũ in patria pręter deum habentẽ, ⌞& pauperem⌟ ſibi. ſ. nõ ſufficiẽtem q munera dare nõ poteſt, ⌞nolite calumniari⌟ in iudicio. ſ. p falſi criminis impoſitionẽ. Eſa.1. Quærite iudicium, ſubuenite oppſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, ⌞& malum vir fratri ſuo⌟ quem. ſ. diligere deberet, ⌞non cogitet in corde ſuo⌟ machinando. ſ. aliqd mali cõtra eum. Pſal'.49. Sedens aduerſus frẽm tuum loquebaris & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Can.1. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. ¶⌞Et noluerunt⌟ Tangit hic inobediẽtiam rebellium, & pœnam eorum. ⌞Et noluerunt attendere⌟ hoc eſt ad me tendere p deuotionem & voluntatem. Iob.21. Dixerũt dño deo, recede à nobis, ſciam viarum tuarum nolumus, ⌞& auerterũt ſcapulã recedentes⌟ à me. ſ. Eſa.1. Dereliquerunt dñm, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Gloſſa ex habitu corporis mea improperia reſpuentes, ⌞& aures ſuas aggrauarũt⌟ cõtra verbum. ſ. ne audirẽt. Eſa.6.

*Miſericordia dei accepta.*

*Calumnia nulli ſtruenda.*

C Excęca cor populi huius & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videant oculis & auribus audiant & corde intelligant, & cõuertant & ſanẽ eos ⌞& cor ſuũ poſuerunt⌟ in obſtinatiõe. ſ. ⌞vt adamantem⌟ qui nec duro frangit, nec molli emollit, Acto.7. Dura ceruice & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemp ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ⌞ne audirent legem⌟ quę. ſ. regula eſt operum. Contra quod dr in Pſal'.77. Attẽdite popule meus legem meã, inclinate aurẽ veſtram in verba oris mei. Et hoc eſt quod ſequit, ⌞& verba quæ miſit dñs exercituum⌟ qui. ſ. potens eſt & exequens p miniſtros ⌞in ſpiritu ſancto ſuo⌟ qui. ſ. inſpirauit prophetas. 2. Pet.1. Non voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti dei homines, ⌞p manum⌟ hoc eſt opa teſtificantia ⌞prophetarum priorum⌟ Luc.1. Sicut locutus eſt p os ſanctorum qui à ſeculo ſunt prophetarum eius. ¶ Et ſubdit pœnã: ⌞Et facta eſt indignatio magna à dño deo exercituum⌟ in grãæ. ſ. ſubtractione. Pſal'.29. Ira in indignatiõe ⌞& factũ eſt⌟. ſ. in effectu ⌞ſicut locutus eſt⌟ ſup. p prophetas. Eſa.31. Ipſe ſapiẽs adduxit malũ, & verba ſua nõ abſtulit, ⌞&⌟ ſup. ideo ⌞ſicut nõ audierũt⌟ ſup. voces prophetarum, ⌞ſic clamabũt & nõ exaudiã dicit dñs exercituũ⌟ Prouer.1. Tunc inuocabunt, & nõ exaudiã, mane cõſurgent & nõ inuenient me, eo q exoſam habuerũt diſciplinam, & timorem dñi nõ ſuſceperũt. ⌞Et diſperſi eos p oĩa regna⌟ in captiuitate. ſ. Deut.28. Diſperdet te deus in oẽs pplos, à ſummitate terræ vſq; ad terminos eius, ⌞quæ neſciũt⌟ vt. ſ. ex notitia vel amicitia nullã inueniãt miſericordiã. Deut.28. Adducet dñs ſup te gentẽ de longinquo, & de extremis terrę finibus in ſiſitudinẽ aquilæ volãtis, cũ impetu, cuius linguã intelligere nõ poſſis gentẽ procaciſſimã quæ nõ deferat ſeni, nec miſereat paruuli. Et hoc eſt quod ſequitur: ⌞& terra deſolata eſt ab eis⌟ hoc eſt propter eos oĩs Iudæa. ſ. Eſa.1. Regionẽ veſtram corã vobis alieni deuorãt, & deſolabit ſicut in vaſtitate hoſtili, ⌞eo q non eſſet tranſiẽs & reuertens⌟ ſicut ſup



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

p'e aliquando fuit per frequentiam hominum. Thre.1. Væ Syon lugent, eo quòd non ſint qui ve D
n ant ad ſolennitatem, ⌊& poſuerũt terram deſiderabilem⌋ præ omnibus. ſ. terris optimam, ⌊in
deſertum⌋ Hie.2. Induxi vos in terrã Carmeli, vt comederetis fructus eius, & ingreſſi cõtamina
Prçlatus iniquus depopulator eſt eccleſiæ — ſtis terram meam, & hæreditatẽ meã poſuiſtis in abominationẽ. Hoc ſub eiſdem authoritatibus
poteſt dici de prælatis eccleſiaꝝ, qui propter ſuos nepotulos & complices facinorum, totam eccle
ſiam bonis perſonis deſtituerunt.

¶ In cap'm octauum Zachariæ prophetæ, Enarratio.

ET factum eſt verbum dñi⌋ Hic tangit promiſſiones factas vere ſanctificatis & diuiditur hæc pars in duo. ſ. in ꝑmiſſam de beneficijs conferendis & cõcluſionẽ de confortatione ad opus, ibi: Confortent manus veſtræ. In prima tria ſunt. ſ. ex quo ſicut inclinante faciat bona, & in qbus ſint promiſſa bona, ibi: Hæc dicit dñs exercituum. Ad hęc tertio, qũo implebunt ꝑmiſſa bona, ibi: Hęc dicit dñs exercituũ, ecce ego ſal
uabo. ⌊Et factũ eſt verbũ dñi exercituũ dicẽs⌋ Cõfirmatio eſt ſequentis ſermonis, & intelligit fa
ctum ad Zachariam ꝑ inſpirationẽ. 2. Pet. 1. Habemus firmiorẽ propheticũ ſermonẽ, cui beneſa
citis, attendentes: ⌊Hæc dicit dñs exercituum.⌋ Lucę.10. Qui vos audit me audit, ⌊zelatus ſum
Zelus magnus. — Syon zelo magno⌋ Zelus eſt amor boni cum indignatione cõtrarij, magnus zelus eſt nihil relin-
quens de contrario impunitũ, & purgato contrario, nihil relinquens de bonis quod nõ conferat.
Eſa.9. Zelus dñi exercituũ faciet hoc, ⌊& indignatione magna zelatus ſum eam⌋ puniẽs. ſ. oĩa
quæ deliquit & purgans ꝑ captiuitatem. Prouer.6. Zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ.
Zacha.1. Zelatus ſum Hier'm & Syon zelo magno, & ira magna ego iraſcar ſuꝑ gentes opulen-
tas. Et ex quo compleui iram ꝑ peccati purgationem, reſtat vt oſtẽdam amorem q altera pars ze- E
li eſt. Hieronymus: Quantũ prius indignatus ſum, ꝙ à multis amatoribus corrupta, thorũ meum
maculauerat, tanto nũc amplius zelo eam, qa egit pœnĩam, ⌊& reuerſus ſum ad Syon⌋ Oſee vl-
timo: Sanabo contritiones eoꝝ, diligam eos ſpontanee, qm̃ auerſus eſt furor meus ab eis, ⌊& habi
tabo in medio Hieruſalem⌋ templo. ſ. ædificato, vel in eccleſia. Iohã.14. Ad eũ veniemus & man
ſionem apud eũ faciemus, ⌊& vocabit Hieruſalem⌋ à cõuerſatione ciuiũ nominata ⌊ciuitas veri-
tatis⌋ triplicis. ſ. vitæ, iuſtitiæ, iudicij & doctrinæ. Eſa.1. Poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fide
lis, ⌊& mons domus dñi exercituũ⌋ ſupple vocabitur, ⌊mons ſanctificatus⌋ quadruplici ſancti-
tate. ſ. mũditiæ à carnali cõcupiſcentia, virtutis in cõfirmatione boni opis, ſpũalitatis in abiectio-
Sanctitas — ne appetitus terrenoꝝ, religionis in ſcĩa, & cuſtodia diuinoꝝ ad cultũ dei ꝑtinentiũ. Sanctitas em̃
vt dicit Dionyſius, eſt ab om̃i inquinamento libera munditia. Leuit,19. Sancti eſtote qm̃ ego ſan-
ctus ſum, ſanctũ etiam eſt æ dicto principis confirmatũ. Ecci.24. In plenitudine ſanctoꝝ, deten-
tio mea. Sanctũ etiã eſt idem ꝙ ayos, hoc eſt, ſine terra, terra em̃ polluit. Heb.7. Sanctus innocẽs
& impollutus, ſegregatus à pctõribus & excelſior cęlo factus, ſanctitas etiam eſt vt dicit Philoſo-
phus ſcire faciens quæ ad deum iuſta. Sapiæ.10. Dedit illi ſciam ſanctoꝝ, honeſtauit illũ in labori-
bus. Mons aũt eſt ꝑeminentiam vitæ intellectus & affectus, domus dñi fide fundata, ſpe erecta,
charitate conſummata. Hiere.31. Benedicat tibi dñs, pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus. Gene.19.
Non ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac. Et ſubdit in qbus bonis ſit promiſſio.
Pacis & ꝓſperitatis argumẽta, — ⌊Hæc dicit dñs exercituũ⌋ Titum.1. Quam promiſit q non mentitur deus. ⌊Adhuc habitabunt
ſenes⌋ non tantũ canicie corporis, ſed etiam mentis ⌊& anus⌋ mulieres. ſ. in qbus defecit laſciuia
Thob.3. Nunq̃ cum ludentibus me miſcui, neq; cũ his q in leuitate ambulant participem me præ- F
bui, ⌊in plateis Hier'm⌋ in omni. ſ. latitudine, ciuitatis vel eccleſiæ. Sapiæ.4. Senectus venerabi-
lis, nõ eſt diuturna, nec numero annoꝝ computata, cani aũt ſunt ſenſus hoĩs, & ætas ſenectutis, vi
ta immaculata. Sicut dictũ eſt Dañ.13. cũ eſſet puer, ſede in medio noſtrum, & indica nobis, qa tibi
deus contulit honorem ſenectutis & viri, ⌊baculus in manu eius⌋ Hieronymus: Tãta erit proſpe
ritas omniũ reꝝ, vt nullo hoſte remanente, vterq; ſexus vſq; ad vltimam ætatẽ ꝑueniat, & tremẽ-
tes artus baculo regente ſuſtentẽt. Et hoc eſt quod ſequit, ⌊præ multitudine dieꝝ⌋ nõ dicit nocti
um, qa tota vita iuſtoꝝ lucida eſt. Pſal.36. Nouit dñs dies immaculatoꝝ. Eſa.65. Non erit tibi am-
plius infans dieꝝ, & ſenex q non impleat dies ſuos, puer em̃ centũ annoꝝ morief, ⌊& plateæ ciui
tatis⌋ Hier'm & oĩm aliaꝝ. ſ. ⌊cõplebunt infantibus⌋ & lrãliter & ſpũaliter, de qbus dr̃. 1. Pett.2.
Quaſi modo geniti infantes, rationabiles ſine dolo, lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis, ⌊& puellis lu
dentibus in plateis eius⌋ puellæ dicunt pudorateç animæ, pudicitiam diligẽtes, ludẽtes dicũtur in
iocũditate laudis diuinæ. Hiere.30. Aedificabit ciuitas in excelſo ſuo, & templũ iuxta ordinem ſuũ
fundabit, & egrediet laus de eis, voxq; ludentiũ. Et reſpõdet obiectioni quæ poſſet fieri ꝙ tam mi
ſeram gentem difficile eſſet tm̃ exaltari, ⌊Hæc dicit dñs exercituum⌋ qui oĩa poteſt, ⌊ſi videbitur
difficile in oculis reliquiaꝝ populi huius⌋ q. ſ. oĩa ſecũdum humanam infirmitatẽ iudicat ⌊in die-
Voluntati diuinę nihil obſiſtit — bus illis⌋ futuræ. ſ. proſperitatis. Vnde Eſa.49. dicit: Nunqd tollet à forti præda, aut quod captũ
fuerit à robuſto, ſaluũ eſſe poterit? ⌊Nunqd in oculis meis difficile erit, dicit dñs exercituum⌋ He
ſter.13. Non eſt q poſſit reſiſtere tuæ volũtati. Ge.18. Num deo quicq̃ erit difficile. Lu.1. Quia nõ
erit impoſſibile apud deũ om̃e verbũ. Quomodo aũt hoc fiat, ſubdit: ⌊Hæc dicit dñs exercituũ⌋

Qui oĩa pt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Qui omnia poteſt. ⌊Ecce ego ſaluabo populum meum⌋ ab hoſte. ſ. captiuante liberabo, & litera
liter & ſpũaliter Hiere. 31. Redimet dñs Iacob, & liberabit eum de manu potentioris, ⌊de terra ori
entis⌋ hoc eſt, ab orientali plaga. Eſa. 43. Ab oriente adducam ſemen tuũ, & ab occidente congre
A gabo te, dicã aqloni da, & auſtro noli prohibere. Mat. 8. Multi veniẽt ab oriẽte & occidẽte & re-
cumbent cũ Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœloꝝ, ⌊& adducam eos⌋ ad pr̃iam. ſ. vel ad fidẽ
Deut. 32. Dñs ſolus ductor eius fuit. Eſa. 63. Sicut adduxiſti populũ tuũ vt faceres tibi nomẽ gloriæ
⌊& habitabũt in medio Hieruſalẽ,⌋ literaliter vel ſpũaliter in eccleſia vndiq; ſtipati ſuffragijs ſan
ctoꝝ. Pſal. 83. Beati q habitant in domo tua dñe, in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. Tob. 13. Beatus ero
ſi fuerint reliqæ ſeminis mei ad videndam claritatẽ Hierl'm, ⌊& erũt mihi in populũ⌋ obedientẽ. ſ.
⌊& ego ero eis in deũ⌋ propitiũ. ſ. & exaudientem preces eoꝝ. Apoca. 21. Ipſi populus eius erũt
& ipſe deus cũ eis, erit eoꝝ deus. Et ſubdit concluſionẽ ex oĩbus his. ¶ ⌊Hæc dicit dñs exercituũ
confortentur⌋ ſupple ergo, ⌊manus veſtræ⌋ vt. ſ. operi dei fortiter inſiſtatis. Eccl. 9. Quodcũq;
poteſt manus tua inſtanter operare. Heb. 12. Remiſſas manus & genua erigite ſoluta & greſſus re-
ctos facite pedibus veſtris, ⌊q auditis in diebus his ſermones iſtos⌋ de ædificationẽ. ſ. templi ⌊p
os prophetaꝝ⌋ Aggæi. ſ. & Zachariæ, Lucæ. 1. Sicut locutus eſt per os ſanctoꝝ, q à ſeculo ſunt
prophetaꝝ eius, ⌊in die qua fundata eſt domus dñi⌋ In die eñi illo, ſecũdo anno Darij prophetæ
prophetabant. Matth. 7. Aſſimilabitur viro ſapienti, q ædificauit domũ ſuam ſupra petram. Lo-
cuti ſunt, inquam, prophetæ, ⌊vt templũ ædificaret⌋ velociter ſupple Hiere. 48. Maledictus vir
qui facit opus dñi fraudulenter. Prouer. 22. Vidiſti virũ velocem in opere ſuo, coram regibus ſta-
bit, & non erit ante ignobiles. Et vt hoc fiat, ſubdit rationem ex infortunio. ſ. temporis præteriti,
B ante ædificationem, & proſperitate temporis futuri poſt ædificationem, & ex hoc redit ad confor
tandũ ad opus, ⌊& ſiqdem⌋ pro certẽ, ⌊ante dies illos⌋. i. anteq̃ templũ fundaret, ⌊merces ho-
minũ non erat⌋ hoc eſt, labores hoĩm ad mercedem non conuertebant. Aggæi. 1. Seminaſtis mul
tũ, & intuliſtis parũ, comediſtis & non eſtis ſatiati. Et poſt pauca: Et q mercedes congregauit, mi
ſit eas in ſaccũ pertuſum, ⌊neq; introeunti,⌋ in ciuitatem ſupple, ⌊neq; exeunti erat pax pr̄ tri-
bulatione⌋ hoſtiũ. ſ. Eſa. 48. Non eſt pax impijs dicit dñs, ⌊& diuiſi omnes hoĩes,⌋ hoc eſt, corde
diuiſos feci, ⌊vnumquẽq; contra proximũ ſuũ⌋. ſ. matrẽ in filiam & patrem in filiũ, & econuerſo
Matth. 10. Nolite arbitrari, qm̃ veni pacem mittere in terram, non veni pacem mittere, ſed gladiũ
Apoca. 6. Datũ eſt ei vt ſumeret pacem de terra, & vt inuicem ſe interficiant, ⌊nunc aũt iuxta dies
priores⌋ patrũ. ſ. antiquoꝝ, qbus multa beneficia contuli ⌊ego faciam reliquijs populi huius dicit
dñs exercituum⌋ reuerſis. ſ. de captiuitate, Iohel. 2 Ecce ego mittam vobis frumentũ, vinũ & oleũ
& replebimini in eis, ⌊ſed ſemen pacis erit⌋ hoc eſt, cuius fructus in pace congregabitur. Eſaiæ. 9.
Multiplicabit eius imperiũ, & pacis non erit finis, ⌊vinea dabit fructũ ſuũ⌋ plantata. ſ. de viris ſpi
ritualibus, dabit fructũ æternoꝝ gaudioꝝ, Oſee. 10. Vitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei
⌊& terra dabit germen ſuũ⌋ hoc eſt, ex ſemine verbi dei corda germinabũt. Eſa. 4. Erit germen
dñi in magnificentia, & fructus terræ ſublimis, ⌊& cœli⌋ hoc eſt, cœleſtes ſancti & angeli p im-
petrationem gratiæ ⌊dabunt rorem ſuum⌋ Eſa. 45. Rorate cœli deſuper & nubes pluant iuſtum
aperiat terra, & germinet ſaluatorem. Alia tranſlatio, ſalutem. Gene. 27. In pinguedine terræ & in
rore cœli deſuper, erit benedictio tua, ⌊& poſſidere faciam⌋ hoc eſt, ad nutum habere, ⌊reliquias
populi huius,⌋ reuertentis de captiuitate Babylonis vel diaboli, ⌊vniuerſa hæc.⌋ Hieremiæ. 31.
Inebriabo aĩam ſacerdotũ pinguedine, & populus meus bonis adimplebitur. ⌊Et erit⌋ tangit hic
qualiter maledictionem conuertet in benedictionem, ⌊ſicut eratis maledictio⌋ hoc eſt, maledicti
⌊in gentibus,⌋ hoc eſt, inter gentes. Gentes enim maledicebant eis, quod ad iracundiam prouo-
C cauerant deum. Vnde Threnorum. 4. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tã-
gere ⌊domus Iuda⌋ hoc eſt, ò duæ tribus, ⌊& domus Iſrael⌋ hoc eſt, ò decem tribus. ⌊Sic ſalua-
bo vos⌋ ab hoſtibus. ſ. liberando Pſalmo. 105. Saluos fac nos domine & congrega nos de nationi
bus, ⌊& eritis benedictio⌋ hoc eſt, benedicti. Sic ergo cõuertitur maledictio in benedictionem.
Gloſſa vult, quòd tempore perſecutionis maledicuntur ſancti, quæ maledictio poſtea tempore pa
cis in benedictionem conuertitur, Matth. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines. Gene
ſis. 27. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur.
Ex his reuertitur ad concluſionem, inferens, ⌊nolite timere⌋ aduerſarios. ſ. rebellantes. Matthæi
decimo: Nolite timere eos qui occidunt corpus. Pſalmo. 117. Dominus mihi adiutor, non time-
bo quid faciat mihi homo, ⌊confortentur manus veſtræ,⌋ vt. ſ. impleant opera quæ cœperunt.
Prouerbiorum vltimo: Manum ſuam miſit ad fortia, ⌊quia hæc dicit dominus exercituum.⌋
Gloſſa, qui p̃t implere q̃d promittit ⌊ſicut cogitaui vt affligerem vos⌋ captiuitate. ſ. & fame, & pe
ſte, & gladio, cum ad iracundiam prouocaſſent me patres veſtri,⌋ peccatis. ſ. dicit dominus, qui
oĩe quod dicit, implebit, ⌊& non ſum miſertus⌋ miſericordia. ſ. liberante, quàmuis miſertus ſim,
miſericordia relaxante, quia. ſ. citra condignum puniui. ⌊Sic conuerſus,⌋ modo. ſ. hoc eſt pla-
catus, ⌊cogitaui in diebus iſtis⌋ purgato. ſ. peccato per captiuitatem & penitentiam, ⌊vt benefa
ciam Hieruſalem⌋ regno. ſ. & ſacerdotio, ⌊& domui Iuda,⌋ hoc eſt, duabus tribubus. Hiere. 29.

Opꝰ dei nõ ſegniter exequendum

Diſcordia ſalubris.

Sãctorum maledictio in benedi- ctionem cõ uertitur.

Punit deus citra condignum.

Ego ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos, ait dominus, cogitationes pacis, & non afflictio D
nis. Sic promittitur ſanctis Iohannis. 16. Triſtitia veſtra conuertetur in gaudium, ⌊nolite timere⌋
Eſa. 51. Quis tu vt timeas ab homine mortali, ⌊hæc ſunt ergo verba quæ facietis⌋ ex pręcepto. ſ.
dñi, ⌊loqmini veritatem⌋ corde, ore & opere, ita. ſ. ꝙ hęc faciat ⌊vnuſquiſq; cum proximo ſuo⌋
Ephe. 4. Deponentes omne mendacium, loquimini veritatem, vnuſquiſq; cum proximo ſuo, qm̃
ſumus inuicem membra ⌊veritatem⌋ iudicij, vitæ & doctrinæ, ⌊& iudicium pacis⌋ hoc eſt, iudi
cium quod diſcordes ad pacem reducit per æquitatem iuſtitiæ, ⌊iudicate in portis veſtris⌋ præce
pti ſunt enim iudices conſtiuti in portis. Deuterono. 16. eo quod in portis de facili forenſes iudici-
um inuenirẽt. Prouerbioꝝ vltimo: Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus ter
ræ, ⌊& vnuſquiſq; malum contra amicum ſuum⌋ amicus dicitur quẽcunq; diligere debemus. Le
uiti. 19. & Matth. 22. Diliges proximũ tuum ſicut teipſum, ⌊ne cogitetis in cordibus veſtris⌋ quia
ſi non cogitatis, nec dicitis, nec facitis. Eſaiæ. 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis
meis, ⌊& iuramentum mendax ne diligatis⌋ Exo. 20. Non habebit inſontem qui nomẽ dei inua-
num aſſumpſerit, ⌊omnia eñ hæc ſunt quæ odi dicit dñs,⌋ tanta eñ eſt iuſtitia diuina, ꝙ peccatũ
amare non poterit. Abacuc. 1. Mundi ſunt oculi tui ne videas malum & reſpicere ad iniquitatẽ nõ
poteris. ¶ ⌊Et factum eſt verbum dñi exercituũ ad me dicens⌋ Hic incipit reſpondere ad quę-
ſtionem principum, ⌊hæc dicit dñs exercituum⌋ qui potens eſt complere omne quod dicit ⌊ie-
nium quarti⌋ q apud nos Iulius dicitur, tunc duabus de cauſis ieiunabant Iudæi, vna q tunc Moy
ſes deſcendens de monte propter idololatriam populi tabulas cõſcriptas digito dei ad radices mõ
tis confregit. Exod. 31. Secunda cauſa fuit, quia tunc rupti fuerunt muri Hieruſalem. Hieremię. 30. E
⌊& ieiunium quinti⌋ hoc eſt Auguſti apud nos, tunc etiam duabus de cauſis ieiunabant Iudæi, vna
quidem fuit, quia exploratoribus miſſis à Moyſe & terrorem nuntiantibus facta eſt triſtitia popu
li. Nume. 14. Secunda quia illa die combuſta eſt ciuitas à Nabuzardan. Hieremiæ triceſimonono,
⌊& ieiuniũ ſeptimi⌋ q apud nos octobris dr̃, tunc eñ ieiunabant Iudæi pro interfectione Godo
liæ, de quo ſperabatur, ꝙ deberet cõgregare reliquias populi. Hiere. 41. ⌊& ieiunium decimi⌋ qui
apud nos Ianuarius dicitur, tunc enim ieiunabant Iudæi, eo quòd tunc Ezechiel & cæteri concapti
ui in Babylone, nuntio ſibi miſſo audierunt, ꝙ Hieruſalem capta eſſet, & deſtructa. Ezechiel. 33. Et
ſubiungit reſponſum. ⌊Erit domui Iuda⌋ hoc eſt, duabus tribubus, ⌊in gaudiũ⌋ cordis, ⌊& in læ
titiam⌋ corporis, ⌊& in ſolennitates præclaras⌋ ſupple in condenſo populi communiter celebra
tas. Pſal. 117. Conſtituite diem ſolennem in condenſis. Ex hinc inſtituta ſunt ieiunia quatuor tem
porum, quæ in finibus quatuor quartaꝝ anni celebrat eccleſia. Iudæi enim initia menſium ieiuna-
bant pro primitijs illius menſis, & hæc erant dies duodecim in anno, quos duodecim eccleſiæ per
quatuor ternos diuidit, ne iudaizare videatur, in tertio menſe cuiuſlibet quartæ anni, tres dies ieiu
nandas inſtituẽs, hoc eſt, à Ianuario in tertio, ab Aprili in tertio, à Iulio in tertio, ab Octobri in ter
tio, vt in primitijs quartarum, primitias deo exoluat, ſicut decimam ſoluit ieiunio quadrageſimę.
Hier. 2. Sanctus Iſrael domino primitiæ frugum eius, ⌊veritatem tantum⌋ hoc eſt, rectitudinem
oris & operis, ⌊& pacem⌋ ad proximũ ⌊diligite⌋ Eſa. 38. Obſecro domine memento quòd am
bulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. He
bræorum. 12. Pacem ſeqmini, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit deum, ⌊hæc dicit domi-
nus exercituum⌋ confirmatio ſermonis eſt, ⌊vſquequo veniant populi⌋ de omnibus. ſ. terrarum
finibus ad eccleſiam. Eſa. 2. Ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montem domi- F
ni, ⌊& habitent in ciuitatibus multis⌋ ſupple prius deſolatis, hoc eſt, in diuerſis viuendi modis ec-
cleſiæ. Eſa. 62. Terra tua inhabitabitur, ⌊& vadant habitatores⌋ terræ. ſ. ⌊vnus ad alterum⌋ ſup.
inuitans eũ ⌊dicentes⌋ Apoca. vltimo: Qui audit, dicat veni, ⌊eamus & deprecemur faciẽ dñi⌋
hoc eſt, præſentiam grẽ eius. Eſa. 2. Venite aſcendamus ad montem dñi, & ad domum dei Iacob
⌊& quæramus dñm exercituum⌋ hoc eſt, gratiam eius. Oſee. 6. Venite reuertamur ad deum, quia
ipſe cœpit & ſaluabit nos, percutiet, & curabit nos. Et ſupple ille reſpondit ſic inuitatus, ⌊vadam
etiam ego⌋ Cant. 1. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentoꝝ tuoꝝ, ⌊& venient popu
li multi⌋ Eſa. 2. Fluent ad eum omnes gẽtes, ⌊& gentes robuſtæ⌋ reges. ſ. & principes & marty
res. Eſa. 60. Gens & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit, ⌊ad quærẽdum dñm exercituum in
Hieruſalem⌋ in eccleſia. ſ. Gloſſa interlinearis. Non eſt locus ſacrificij extra eccleſiã. Eſa. 55. Quę-
rite dñm dum inueniri pt̃, ⌊& ad depcandam faciem dñi⌋ Pſal. 104. Quærite faciem eius ſemper,
⌊hæc dicit dominus exercituum⌋ de frequentia. ſ. venientium, ⌊in diebus illis,⌋ quando. ſ. clara
gratia lucebit in Chriſto. ⌊In quibus apprehendent decem homines.⌋ Hieronymus qui quinque
ſenſibus geminatis bene vtuntur. Quinq; enim ſunt ſenſus exteriores, viſus, auditus, olfactus, gu-
ſtus, & tactus, & quinq; interiores, ſenſus communis, imaginatio, phantaſia, æſtimatiua & memo
ria, qui ergo ſenſibus exterioribus nihil illicitum haurit, & ſenſibus interioribus nihil illicitum cor
di repræſentat, bene vtitur ſenſibus, & ille eſt decem homines, vel decem hoĩes ſunt, decalogũ im-
plentes, Baruch quarto: Sicut fuerunt ſenſus veſtri vt erraretis à deo, decies tantum conuertentes,
requiretis eum, ⌊ex omnibus linguis gentium,⌋ Actorum decimo: Non eſt perſonarum acce-
ptor deus,

Iudex ĩ porta cur conſtitutus.

Ieiuniũ qrti, cur obſeruatum a Iudæis.

Ieiunium quinti

Ieiunium ſeptimi

Ieiuniũ decimi.

Ieiunia quatuor tẽporum, cur inſtituta

Extra eccleſiam nullus eſt locus ſacrificij.

Quinq; ſenſus exteriores, & totidem interiores

ptor deus,ſed in omni gente qui timet deum,& operatur iuſtitiam,acceptus eſt illi,⌊& apprehē-
dent fimbriam viri Iudę,⌋ hoc nō eſt impletum niſi de Chriſto. Mat.14.Rogantes vt vel fimbri Chriſtus ſo lus vir Iudę us.
A am veſtimenti eius tangerent,Chriſtus enim ſolus fuit vir. Ecci.7.Virum de mille vnum reppe-
ri;ſolus fuit Iudæus confitens & glorificans patrē.Iohan.17.Ego te clarificaui ſuper terram,opus
conſummaui,quod dediſti mihi vt facerē,⌊dicētes,ibimus vobiſcū⌋ Cato:Cum bonis ambula.
Ecci.17.In partes vade ſeculi ſancti,cum viuis & dantibus confeſſionem,⌊audiuimus enim⌋ per
Prophetas & Apoſtolos prędicantes. Romanorum.10. Fides ex auditu, auditus autem per verbū
Chriſti,⌊quoniam dominus vobiſcum eſt⌋ Eſa.7.Vocabis nomen eius Emanuel,quod eſt no-
biſcum deus.Romanorum octauo:Si deus pro nobis, quis contra nos?

¶ In capitulum nonum Zachariæ prophetæ,Enarratio.

ONus verbi dn̄i⌋ Hic deſcribuntur ea quæ facta ſunt ſub Græcis populo Iudæorum,
& diuiditur in partes tres. In quarum prima tangitur onus æmulorum. In ſecunda pax
regis ſanctorum,ibi:Exulta ſatis. In tertia reuocatio ad patriam captiuorum,ibi: Con
uertimini ad munitionem. Prima harū diuiditur in titulum & in prophetiam. Ti-
tulus duo continet,oppreſſionem & oppreſſionis rationem. Oppreſſio tria habet
.ſ.oppreſſionem,veritatis confirmationem & quos opprimet. ⌊Onus⌋ hoc eſt,
prophetia quæ modo ſcribetur,erit onus.3. Regum.12. Pater tuus impoſuit nobis onus grauiſſi-
mū.Eſa.58.Omne onus dirumpe.Pſal.37.Sicut onus graue grauatę ſunt ſup me.Septuaginta ha-
bent maſſa propter pondus grauaminis ⌊verbi domini⌋ & ideo verum eſt quod erit. Tobiæ vl-
timo:Non excidit verbum dn̄i ⌊in terra Hadrach⌋ hoc eſt Syria,adhuc em̄ interpretat̄ auſterum
B Rach molle,vnde Hadrach & onus ſignificat,& cauſam oneris, mollicies enim cauſa fuit oneris, Mollis quis cenſeatur
mollis vero eſt qui ad omnem concupiſcentiam priuſquam tentur,emollitur & diſſluit. Hiere.31.
Vſquequo delitijs diſſolueris filia vaga.Eſa.47.Non vocaberis vltra mollis & tenera. Mollis em̄
ſecundum Philoſophum peior eſt intemperato & incontinente,vnde propter molliciem auſterū
onus imponitur. Apoca.2.dicitur de Iezabel quæ fluxus ſterquilinij interpretatur: Ecce ego mit-
tam eam in lectum & q fornicantur cum ea in amaritudine maxima erunt,⌊& Damaſci⌋ quę eſt
metropolis Syrię,⌊requiei eius⌋ id eſt,oneris. Ibi enim ſtabilietur & quieſcet & fundabit. Eſa.30.
Erit tranſitus virgę fundatus,quàm requieſcere faciet dominus ſuper dominus ſuper eum,hoc eſt Damaſcus
ſtare vt continue affligat. Damaſcus potus ſanguinis interpretatur, & ſignificat eos qui in corru-
ptione ſanguinis delectantur,qui onere domini prementur. Quędam gloſſa dicit,requiei eius,hoc
eſt dei,ſed moralis eſt,& intelligitur de conuerſis à corruptione carnis & ſanguinis,in quibus requi-
eſcit deus,ſicut in Maria Magdalena. Gregorius, ad ipſius quippe mentem exultim confugerat,
quàm poſt vitiorum ignes,pœnitentiæ temperies refrigerabat. Et ſubdit rationem:⌊quia domi
nus eſt oculus hominis,⌋ hoc eſt, omnia acta hominis conſpiciens. Ecci.23.Oculi domini multo
plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, ⌊& omnium tribuum
Iſrael⌋ ſupple eſt oculus,conſiderans iniurias quæ fiunt ſanctis. Hiere.2. Sanctus Iſrael domino,
primitiæ frugum eius,omnes qui deuorant eum,delinquunt, malum veniet ſuper eos. Et tangit
aliā metropolim,⌊Emath quoque in terminis eius,⌋ ſup.eſt,& ad illam tranſibit onus. Eſt aūt An Antiochia
tiochia,quæ profunditas interpretatur,& profundatos in carnalibus vitijs ſignificat, q ſunt in ter
C minis Damaſci,hoc eſt,potus ſanguinis. Pſal.68.Infixus ſum in limo profundi & non eſt ſubſtan
tia,⌊& Tyrus⌋ ciuitas in mari ſita,cuius onus deſcribitur. Eſa.23. Ezech.27.&.28. Interpretatur Tyrus
autem anguſtia,& ſignificat eos qui in anguſtia & ſolicitudine rerum temporalium ſunt omni tē-
pore,qui onere dn̄i premētur. Iob.20. Si aſcenderit vſque in cœlum ſuperbia eius,& caput eius nu
bes tetigerit,quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Et poſt pauca:Diuitias quas deuorauit, euomet
& de ventre eius extrahet eas deus. Et quia Tyrus eſt in Sydone,ideo ſubdit, ⌊& Sydon⌋ pro- Sydon
uincia enim Sydonia vocabatur,cuius Tyrus erat metropolis,interpretatur autem venatio, & ſi-
gnificat eos qui animas diabolo venantur,ad quos tranſibit,onus domini. Threnorum.3. Vena-
tione cœperunt me quaſi auem,hoc ſignificatum eſt. Gene.25. vbi dicitur quòd Eſau (qui malus
fuit)factus eſt vir gnarus venandi. Iacob autem vir ſimplex,habitans in tabernaculis. Gloſſa tamē
exponit de gentibus,ab his vitijs conuerſis,qui requies domini efficiuntur, ſicut paulo antedictū
eſt. Cauſam autem quare tranſit ad eos onus,ſubdit:⌊aſſumpſerunt ſibi quippe ſapiētiam valde⌋
in hoc quod dicit,aſſumpſeruut,notat quod ex dono dei non habuerunt & ideo ſapientia illa mun
dana eſt,de qua dicitur Iacobi tertio:Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcēdens à patre lumi
num,ſed terrena,animalis,diabolica, & nō eſt aſtutia multiplicandi terrena. Abdiæ:Perdam ſapi
entes de Idumæa,& prudētiam de monte Eſau. In hoc quod dicit valde,notat quod ſubtiles erāt
ad hoc,primę ad Corinthios primo:Perdam ſapientiam ſapientium,& prudentiam prudentium
reprobabo. Eſa.19. Confundentur plectentes & texentes ſubtilia,⌊& ædificauit Tyrus munitio-
nem ſuam⌋ diuitijs enim ſe muniunt contra futuras neceſſitates & deum,ſed hoc non valet,ſecun
dæ ad Corinthios decimo: Arma noſtræ militiæ,non ſunt carnalia,ſed potentia dei ad deſtructio
nem munitionum,conſilia deſtruētes,& omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſciam dei.

Sic munitus fuit ille diues, qui dixit, Lucæ.12. Anima, habes multa bona repoſita in annos pluri- D
mos, comede, bibe, & epulare, in quo autē munierunt ſe, ſubdit, ⌞&⌟ id eſt quia ⌞coaceruauerūt
argentum quaſi humū⌟ hyperbole eſt, plus dicit, & minus ſignificat, hoc eſt, ita multiplicauerunt
vt calcarent ſuper argentum, quaſi ſuper humū, ⌞& aurum vt lutū plateaꝝ⌟ hoc eſt, vt præ abun
dantia vile reputaret, quod ad lr̄am auari faciunt. Eccleſiaſtes.2. Coaceruaui mihi argentū & auꝝ
& ſubſtantias regum & prouinciaꝝ. Baruch.3. Argentum theſaurizant & aurum, in quo confidūt
hoīes & non eſt finis acquiſitionis eoꝝ. Iob.6. Poſſident aurū & replent domos ſuas argento. Aba
cuc.2. Væ qui multiplicat non ſua. Vt quid etiam aggrauat contra ſe denſum lutum? ⌞Ecce dn̄s
eum poſſidebit⌟ Tyrum. ſ. hoc eſt poſſidere faciet ab alienis dn̄is, Luc.12. Hac nocte repetent ani
mam tuam, & quæ pręparaſti cuius erunt? Eſa.19. Tradam Aegyptum in manus dn̄oꝝ crudeliū.
⌞& percutiet in mari fortitudinem eius⌟ per Alexandrū. ſ. qui inſulam Tyri terræ coæquauit, &
deſtruxit. Vel ſpūaliter per diabolum. Eſa.23. Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quondam corona
tam, cuius negotiatores principes, inſtitores eius inclyti terrę, dn̄s exercituum cogitauit hoc vt de-
traheret ſuperbiā omnis gloriæ, ⌞& hæc igni deuorabit⌟ ad literam Alexander ſuccendit Tyrū,
& deus ſuccendit auaros. Pſal.139. In ignem deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtent. Matth.25. Ite
Aſcalon maledicti in ignem æternum. ⌞Videbit Aſcalon⌟ tranſit ad terram Philiſtinoꝝ, quæ receptura
erat onus, eo ꝙ vicina erat Syriæ, & loco & pc̄tō, ⌞videbit Aſcalon⌟ ciuitas. ſ. Philiſtinoꝝ, quæ
ignis ignobilis interpretat̄, videbit (inquam) ſuccenſam Tyrū, ⌞& timebit⌟ ſibi ſupple, vt dū for-
tior reſiſtere non potuit, ne & ipſa ſuccumbat. Eſa.20. Hæccine eſt ſpes noſtra, ad quos confugi-
Gaza mus in auxilium, vt liberarent nos à rege Aſſyriorum, & qūo effugere poterimus nos? ⌞& Gaza⌟
ſupple videbit ardentē, quæ fortis interp̄tat̄ & ſecūda ciuitas fuit Philiſtinoꝝ, ⌞& dolebit nimis⌟
deſperans ſcilicet de ſua euaſione, Lucæ viceſimotertio: Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido q̄d E
fiet, ⌞& Acharon⌟ tertia ciuitas Philiſtinoꝝ, videbit ſupple Tyrum ardentem, & in hoc cogno-
ſcet, ⌞q̄m confuſa eſt ſpes eius⌟ Sapiæ.5. Spes impij tanq̃ lanugo quæ à vento tollit̄. Iob.40. Ec
ce ſpes eius fruſtrabit̄ eum. Interpretat̄ autem Acharon ſterilis vel eradicata, & gloriam mundi ſi-
Accaron. gnificat. Sapiæ.4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, ⌞& peribit rex de Gaza.⌟
quæ fuit metropolis Philiſtinorum, & interitum regni mundi ſignificat. Hieremiæ.13. Dic regi &
dominatrici, humiliamini ſedete in terra, quoniam deſcēdit de capite veſtro corona gloriæ veſtrę
⌞& Aſcalon non habitabitur⌟ deſtruente. ſ. deo. Eſa.25. Poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem
fortē in ruinam, ⌞& ſedebit ſeparator⌟. i. poſſeſſionū diuiſor Alexander. ſ. vt victor ⌞in Azoto⌟
Azotum tanquam rex, qui militibus ſuis poſſeſſiones Philiſtinorum diſtribuet, vel dominus qui ſeparat gra
na à paleis. Lucæ tertio: Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam. In Azoto
autem ſedet tanquam iudicans eam, quæ ignis mamillæ interpretatur, libidinoſos enim condem-
nabit. Eſaiæ.50. Ecce vos omnes ſuccendentes ignem accincti flammis, in lumine ignis veſtri
ambulate in flammis quas ſuccendiſtis vobis, ⌞& ſic⌟ ſupple ⌞diſperdā ſuperbiam Philiſtinoꝝ⌟
Iob quadrageſimo: Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens, omnem arrogantem humilia,
⌞& auferam ſanguinem eius de ore eius⌟ ne ſcilicet de cætero innocentes maſticare poſſit, Pſal-
mo viceſimoprimo: De ore leonis libera me domine. Iob viceſimonono: Conterebam molas ini
qui & de dentibus eius auferebam prædam, ⌞& abominationes eius⌟ hoc eſt abominabilia pec-
cata, ⌞de medio dentium eius⌟ ſupple auferam, Prouerbiorum triceſimo: Eſt generatio quæ pro
dentibus habet gladios, & commandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex F
hominibus, ⌞& relinquetur etiam ipſe⌟. ſ. ſeparator, ⌞deo noſtro⌟ Et videtur tangere quod di-
cit magiſter in hiſtorijs à Beda accipiens, quòd cum Alexander properaret in Iudæam, in ſomnis
apparuit ei quaſi ſummus ſacerdos pontificalibus indutus, & cum in craſtino procederet aduerſus
Hieruſalem, ſummus ſacerdos pontificalibus indutus proceſſit obuiam ei, & recordatus ſomnij de
equo deſcendit, ſummum pontificem adorauit, & terram Iudæorum protexit. Et hoc eſt quod ſe
quitur, ⌞& erit quaſi dux in Iuda⌟ protector. ſ. ſicut & in eccleſia ſæpe factum eſt, quòd perſecuto
res eius, protectores eius effecti ſunt, ⌞& Acharon⌟ ciuitas ſcilicet Philiſtinorum ſupple erit ⌞qua
ſi Iebuſæus⌟ qui ſcilicet relicto errore aream ſuam obtulit, in qua templum ædificaretur, ſecundo
Regum vltimo. Eſaiæ ſexageſimo: Gens & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit, ⌞& circun-
dabo domum meam⌟ protegendo ſcilicet ⌞ex his qui militant mihi⌟ Machabæis vel Apoſtolis
Iob viceſimoquinto: Nūquid eſt numerus militum eius, & ſuper quem non ſurgit lumen eius, mi
litant dico, ⌞euntes⌟ in profectu ſcilicet virtutis, ⌞& reuertentes⌟ in exhibitione gratiarum actio
nis. Iob triceſimooctauo: Nunquid emittes fulgura, & ibunt & reuertentia dicunt tibi, aſſumus.
Ezechielis primo: Animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris choruſcantis, ⌞&
non tranſibit ſuper eos⌟ ſupple conculcans, ⌞vltra exactor⌟ Babylonius vel diabolus. Eſaiæ de-
cimoquarto: Quomodo ceſſauit tributum, quieuit exactor? Iob triceſimonono: Clamorem ex-
actoris non audit, ⌞quia nunc vidi in oculis meis⌟ ſupple omnia mala quæ fecerunt, & ideo ſum
teſtis & iudex. Pſalmo nonageſimotertio: Qui finxit oculum, non, id eſt, nōne conſiderat. Iob de
cimotertio: Ecce hęc omnia vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexit ſingula.

¶Exulta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A ¶Exulta ſatis. Oſtenſa depreſſione inimicoꝝ, oſtēdit exaltationem fidelium in rege ſuo, & oſten
dit primo regis manſuetudinē & humilitatē. Secundo pacē. ⌊Exulta ſatis filia Syon.⌋ hoc eſt, fi-
delis anima ad pacis contēplationem ꝑtinens, ſatis aūt exultare eſt pro tanto dono gratias agere.
⌊Iubila filia Hierl'm⌋ hoc eſt ad æternam pacem ꝑtinens. Pſal'. 80. Exultate deo adiutori noſtro.
Itē Pſal'. 99. Iubilate deo oīs terra, ⌊ecce rex tuus veniet tibi⌋ hoc eſt, ad tuam vtilitatē & ſalutem.
Sopho. 3. Lauda filia Syon, iubila Iſrael, lætare & exulta in omni corde, filia Hierl'm. Amos. 4. Prę
parare in occurſum dei tui Iſrael ⌊iuſtus⌋ ope, verbo, & iudicio, Hiere. 23. Hoc eſt nomē quod vo
cabunt eum, dn̄s iuſtus noſter. ⌊& ſaluator⌋ Mat. 1. Ipſe ſaluū faciet populum ſuū à peccatis eo-
rum ⌊ipſe pauper⌋. 2. ad Corint. 8. Scitis gr̄am dn̄i noſtri Ieſu Chr̄i, quia propter vos egenus fa
ctus eſt, cū eſſet diues, vt vos illius inopia diuites eſſetis, ⌊& aſcendēs ſuꝑ aſinam⌋ quę iudaicum po
pulum ſignificat, ⌊& ſuꝑ pullum filium aſinæ⌋ In vna em̄ via vtrūq; aſcendit (Matth. 21) Aſinā &
pullum. Et Iohan. 12. Sed pullus gentilē populum ſignificat, nulla lege frenatum. Mar. 11. Sup quē
nullus hoīm ſedit, vt ſic tanq̄ prudens ſeſſor vtrūq; populum gubernaret. ⌊Et diſperdam quadri-
gam ex Ephraim⌋ loquit̃ de pace quæ tp̄e Chr̄i in toto orbe terraꝝ facta eſt, cuius ſignū eſt quod
dicit Luc. 2. Exiјt ædictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberet̃ vniuerſus orbis, hanc pacem deſcri
bit ꝑ deſtructionē inſtrumentoꝝ bellicoꝝ, quę ſunt quadriga & equus & arcus. Spūaliter tamen
Ephraim frugifer interp̄tatur, & fructificantes in tp̄alibus ſignificat, quadriga vero ſignificat qua
tuor paſſionibus inordinatis animā ſubuectam quas diſperdidit dn̄s ſecundum ꝙ pręceptū fuit, Io
ſue. 11. Equos eoꝝ ſubneruauit, curruſq; combuſſit igni. Idem legit̃ de Dauid. 2. Re. 8. & 1. Para. 18.
& hoc eſt quod ſequit̃ ⌊& equū de Hieruſalem⌋ Hierl'm em̄ ſignificat fideles animas, viſioni æter
B næ pacis intendentes, equus vero præcipitem audaciam in malum. Pſal'. 32. Fallax equus ad ſalutē,
⌊& diſſipabit̃ arcus belli,⌋ ꝑ arcum intelligit̃ omne inſtrumentū bellicum, intelligit̃ etiam lingua
doloſa de longe feriens, Ezech. 39. Percutiam arcū in manu ſiniſtra tua, & ſagittas in manu detera
tua. Hiere. 9. Sagitta vulnerans, lingua eoꝝ, dolum locuta eſt. Cauſa huius pacis eſt, q̄a oībus veni
entibus ad vnā fidem, vnus ſpūs & vna charitas erit in oībus eis. Eſa. 11. Leuabit ſignum in natio-
nes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget, à quatuor plagis terræ, & auferetur
zelus Ephraim, & hoſtes Iuda peribunt, Ephraim non æmulabit̃ Iudam, & Iudas non pugnabit
contra Ephraim. Eſa. 2. & Mich. 3. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces
non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Et ſubdit de pace,
⌊& loquebat̃ pacem gentibus.⌋ in prędicatione. ſ. euangeliј, in cuius fide oīs diſcordia ſectaꝝ, ad
vnitatem & pacem reducta eſt. Pſal'. 84. Loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos,
& in eos qui conuertunt̃ ad cor. Auguſtinus in libro de ciuitate dei. 14. Pax cœleſtis ciuitatis eſt cō
cordia fruendi deo, & inuicem in deo. Et ſubdit de poteſtate cōſeruante pacem, ⌊& poteſtas eius
à mari vſq; ad mare⌋ Supra erit. Et deſcribit terminos terræ promiſſionis, per hos intelligens to-
tius orbis deſcriptionem. Et intelligit à mari mortuo, quod eſt ad orientem, vſq; ad mare magnū,
quod ē ad occidentē, ⌊& à fluminibus,⌋ Riuorucula & nylo. ſ. quæ ſunt ad auſtrum ⌊vſq; ad fi-
nes terræ⌋ verſus aquilonem ſupple, vel forte melius ab amphitrice vſq; ad amphitricem, ab ori
ente in occidentem menſurando, & à paludibus Meothidis, quæ vt flumina in meridie diffundun
tur, vſq; ad terminos orbis in aquilonem. In em̄ his quatuor terminis tota terra nr̄a habitabilis de-
ſcribit̃, in qua p̄dicata eſt fides Chr̄i. Pſal'. 71. Dominabit̃ à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad
C terminos orbis terraꝝ. Item Pſal'. 106. A ſolis ortu vſq; ad occaſum, ab aq̄lone & mari. Quòd autē
hoc fiat ꝑ opus redēptionis ſubdit. Et facit apoſtrophen loquēs ad ip̄m regē Chr̄m. ⌊Tu quoq;⌋
ò Chriſte ⌊in ſanguine teſtamenti tui⌋ hoc eſt, quem teſtando ꝑ prophetas promiſiſti fundere.
Dan̄. 9. Occidet̃ Chr̄us & nō erit eius populus, q̄ eum negaturus eſt. Heb. 12. Acceſſiſtis ad ſangui
nis aſperſionem, melius loquentem q̄ Abel ⌊emiſiſti vinctos tuos,⌋ vinctos in pc̄tō & in lymbo
inferni. Eſa. 61. Vt prędicarem captiuis indulgentiā, & clauſis apertionē & p̄dicarem annū placa
bilem dn̄o, ⌊de lacu⌋ inferni. ſ. vel profundo peccati. Thre. 3. Lapſa eſt in lacū vita mea, & poſue
rūt lapidē ſuꝑ me. Pſal'. 39. Eduxit me de lacu miſerię & de luto fęcis ⌊in q̄ nō erat aqua⌋ alicuiꝰ. ſ.
refrigeriј, q̄a q̄uis ignem in lymbo nō ſentirēt, tn̄ cōtra carentiā viſionis dei nullū habebāt refrige-
rium. Hęc eſt aqua quę exiuit de latere ſaluatoris, Iohā. 19. quę ab æſtu ęſtuātis gehēnę nos educit
ipſum etiam ignem extinguendo à nobis. Ezech. 47. Om̄ia ad quæ ꝑuenerit aqua, viuēt. Pſal'. 50.
Lauabis me & ſuꝑ niuem dealbabor. Ezech. 36. Effundā ſuꝑ vos aquā mundā, & mundabimini
ab oībus inquinamētis veſtris. ¶ ⌊Conuertimini⌋ Hic cōuerſis ad regē multa bona promittit,
quæ in duo diuidunt̃, primo em̄ promittit victorias ſuꝑ inimicos, ſecūdo proſperitatem in tempo
ralibus, ibi infra in decimo: Petite pluuiā. Prima habet quatuor paragraphos. In p̄rio ponit̃ reuo
catio captiuoꝝ. In ſecūdo victoria inimicoꝝ. In tertio adiutoriū diuinum. In quarto regimē tan-
to paſtore dignum. ⌊Couertimini ad munitionem vincti ſpei⌋ hoc eſt, ò vincti in Babylone vel
in inferno, vel in peccato, cōuertimini redeuntes ad munitionem ſpei, hoc eſt, ad munitam ſpem,
vel ad ſpem quæ munit vos, hoc eſt, ad ſpem diuinam, quia omnis alia ſpes vana eſt. Hebræo-
rum ſexto: Fortiſſimum habeamus ſolatium, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem,

quàm ſicut

Chriſtꝰ pacificus.

Ephraim

Lingua doloſa ferit vt arcus.

Omniū diſſidiorum finis lex euāgelica

Lymbꝰ patrū, expers erat refrigeriј.

quàm ſicut animæ anchoram habemus, tutam ac firmam, & incedentem vſq; ad interiora velami D
nis, vbi præcurſor introiuit Ieſus. Et vt libentius conuertantur, adhibet promiſſionem, ſubdens:
Deus premiat vltra cōdignum
⌊hodie quoq; annuntians⌋ .i. hoc pręſenti tempore per ora prophetarum pollicens, ⌊duplicia
reddam tibi⌋ hoc eſt victorias & proſperitatem vel bona corporis & animæ. Eſa. 61. In terra ſua
duplicia poſſidebunt. Eſa. 40. Suſcepit de manu domini duplicia, propter hoc dicitur Ecci. 36. Da
mercedem domine ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur. Gloſſa inducit illud Ro-
ma. 8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in no-
bis, hoc enim tempore, ſolo corpore patimur, in futura gloria, duplicia recipimus, quia in corpe &
anima glorificamur. Et ſubdit de potentia ſuper inimicos, ⌊qm̄ extendam mihi Iudam⌋ & intel
ligitur de oſtenſione virtutis & fortitudinis, ad ſimilitudinem arcus extenti, quia ſicut arcus fortiſ-
ſimas emittit ſagittas, ita ſub Machabæis duæ tribus emiſerunt crebras victorias. Pſal. 137. Super
iram inimicorum meorum extendes manum tuam, & ſaluum me faciet dextera tua, ⌊quaſi arcum
impleui Ephraim⌋ hoc eſt, propter quoſdam de regno Ephraim, hoc eſt decem tribuum, qui tē-
poribus Ezechiæ redierunt ad cultum domini, captiuatis iam decem tribubus, quando Ezechias
celebrauit paſcha, ſicut dicitur. 2. Paral. 30. qui etiam tunc cum duabus tribubus in Babylonem du
cti ſunt & cum eiſdem redierunt, & cū Machabæis pugnauerunt. Pſal. 117. Sagittæ potentis acu-
tæ. Scut em̄ arcus multū extenſus impletus ſagittis, profunda & crebra infert vulnera, ita illi cū Iu-
da Machabęo pugnantes crebra vulnera intulerūt inimicis. Spūaliter aūt intelligitur hoc, ꝙ Iudas
confitens & Ephraim fructum ſpūalem afferens, prædicator eſt, cuius arcus ſcriptura eſt. Iob. 30.
Arcus myſticus.
Arcus in manu mea inſtaurabit, ſagittæ autē implentes arcum, authoritates congrue ſunt vnicuiq; E
auditorꝶ. Eſa. 49. Poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me, ⌊&⌋ ſic ſupple,
⌊ſuſcitabo filios tuos Syon⌋ Iudæorum. ſ. vel eccleſiæ, ⌊ſuper filios tuos Græcia⌋ de Græcorum
enim reliquijs erant, Antiochus, Demetrius, Alexander, & cæteri, cum quibus Machabæi pugna
uerunt. Vel etiam Apoſtoli ſuper ſapientes mundi ſuſcitati ſunt, & verbo prædicationis præualue
runt eis. 1. ad Corint. 2. Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus
& virtutis. Item. 1. ad Corinth. 1. Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium re-
probabo, ⌊& ponam te⌋ Iuda. ſ. & Ephraim, ⌊quaſi gladium fortiū⌋ hoc in Machabæis imple-
Verbū dei gladius eſt ſpiritus
tum eſt, & quotidie implet in eccleſia, in gladio ſpūs, quod eſt verbum dei, pugnante. Ephe. 6. Gla
dium ſpūs, quod eſt verbum dei, aſſumite. Eſai. 49. Poſuit os meum quaſi gladium acutū, ſub vm-
bra manus ſuę protexit me. Et tranſit ad auxilium diuinum, ⌊& dn̄s deus ſuper eos videbit,⌋ hoc
ad lr̄am factum eſt. 2. Macha. 11. vbi ſic dicit: Cūq; prompto animo pariter ab Hieroſolymis ad
bellandum procederent, apparuit pręcedens eos eques in veſte candida, armis aureis haſtam vi-
brans, tunc ſimul omnes benedixerunt dn̄m miſericordē, & conualuerunt animis, non ſolum ho
mines, ſed & beſtias ferociſſimas & muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prompti de cœlo
habentes adiutorem, & miſerantem ſuper eos dn̄m. Leonum autem more impetu irruētes in ho-
ſtes, proſtrauerunt ex eis vndecim milia. Legitur item ibidem. 10. quòd cum vehemēs pugna eſſet
aduerſarijs, apparuerunt de cœlo quinq; viri, in equis, frenis aureis decori, ducatum Iudæis præ-
ſtantes. Ex qbus duo, Machabæum medium habentes, armis ſuis circumſeptum, incolumem cō
ſeruabant, in aduerſarios autem tæla & fulmina iaciebant, ex quo & cecitate confuſi, & repleti ꝑ-
turbatione cadebant. ⌊Et exibit vt fulgur gladius eius.⌋ Gladius enim eductus emicat vt fulgur,
hoc etiam verum eſt de eccleſia, cuius gladius (quod eſt verbum dei) fulgurat exemplis vel miracu F
lis, & incidit in acumen veritatis, Pſalmo. 143. Fulgura choruſcationes & diſſipabis eos, emitte ſa-
gittas tuas & conturbabis eos. Iob. 36. Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum, & fulgu
rare lumine ſuo deſuper, cardines quoq; maris operiet, hoc eſt mundi, ⌊& dominus deus in tuba
canet⌋ hoc eſt ſancti in virtute domini, q̄a ad literam Machabęi clangebant ſacris tubis, quę in ec
cleſia ſignificant tubam prædicationis. Oſee. 8. In gutture tuo ſit tuba, quaſi aquila ſuper domum
domini Numer. 10. Fac tibi duas tubas ductiles, argenteas, quibus poſſis, cōuocare multitudinem
in die, quando mouenda ſunt caſtra, ⌊& vadet in turbine auſtri⌋ hoc eſt vadet inuoluendo & con
fringendo hoſtes, ſicut turbo veniens ab auſtro, qui ventus inuolutiuus & tempeſtuoſus eſt, & ſi-
gnificat impetum & inuolutiones ſpiritus ſancti in ſpiritualibus. Eſaiæ viceſimoprimo: Sicut tur-
bines ab Aphrico veniunt de deſerto veniet. Charitas enim in turbine venit, & cum impetu deuo-
tionis, ⌊dominus exercituum proteget eos⌋ Hebræos. ſ. vel ſanctos prædicatores. Pſal. 90. Qui
habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cœli commorabit ⌊& deuorabūt eos⌋ Hebręi. ſ.
Græcos vel pręcdicatores, ſuos auditores ſibi incorporabunt. Heſter. 11. Lux & ſol ortus eſt & hu
miles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos, ⌊& ſubijcient⌋ ſeruituti ſuæ ſupple, ⌊lapidibus fun
de⌋ Iudæi dicunt ꝙ tanta fuit victoria Machabæorꝶ, ꝙ victis hoſtibus à Machabæis, etiam à cō
muni populo obruti ſunt, & contra fugientes iacti ſunt lapides per fundas, ſed nos non curamus il-
Funda myſtica
las fabulas. Dicimus ergo, ꝙ funda quæ duas cordas habet, & ſinum in quo lapis ponit, rationem
perfectam ſtudio ſacrarum ſcripturarum ſignificat, cuius duæ cordæ ſunt ratio in parte vna ſtudi-
um ſcripturæ in parte altera, ſinus aūt adaptatio ad propoſitū, lapis aūt authoritas ſolidę veritatis,
& lympi-

A & lympide, circumrotatio vero fundę, eſt collatio & diſpoſitio in corde prędicatoris. Hæc eſt fun
da, in qua Dauid præualuit Philiſtæo. Iudicũ. 20. Sic fundis lapides ad certũ iacientes, vt capilium
quoq; poſſent percutere, & nequaquã in alteram partẽ ictus lapidis deferret. Quàm pręcipites aũt — Vinum pelfit formidinem.
erant ad pericula, ſubdit: ⌊ & bibentes inebriabunt quaſi vino ⌋ hoc eſt, victores quaſi ebrij obliti
ſui & periculi, cõtra hoſtes ferebant in mortẽ & periculũ. Vinum eñi (vt dicit Philoſophus) bonę
ſpei facit hoiem & audacem. Cant. 8. Dabo tibi poculum, ex vino conditũ & muſtũ malorũ gra-
natorũ meorũ. 3. Eſd. 3. Viri, q̃ pręualet vinũ oĩbus hoĩbus qui bibunt illud. Et paulopoſt: O viri,
num .i. nõne pręualet vinum ei qui ſic cogitat facere? ⌊ & replebũtur vt phyalæ ⌋ vino illo .ſ. au-
daciæ & bonę confidentiæ. Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi, ⌊ & qua-
ſi cornua altaris ⌋ ſupple replebuntur, quæ ſemper fuerunt infuſa libaminibus. Septuaginta ſic ha-
bent: Bibent ſanguinem eorum ſicut vinum, & implebunt ſicut phyalas altaris. Sãguinem enim
inimicorum (quia ad honorem dei ſuderunt) quaſi libamen deo obtulerunt, ⌊ & ſaluabit eos domi
nus deus eorum ⌋ Machabæos, ſcilicet vel ſanctos, ⌊ in die illa, ⌋ lucente .ſ. gratia omnipotentis,
⌊ vt gregem populi ſui ⌋ intranſitiue, hoc eſt, vt gregẽ qui eſt populus ſuus. Ezech. 34. Vos gre-
ges mei, oues paſcuæ meæ eſtis dicit dñs. Pſal. 94. Nos populus eius, & oues manus eius. Et horũ
omnium cauſam, ſubdit: ⌊ quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius ⌋ & tangit quod habe
tur. 1. Macha. 4. & 2. Macha. 6. quòd altare prophanatum à gentibus deſtruxerunt & lapides in
loco apto poſuerunt, donec ſurgeret propheta, qui annuntiaret de eis, & aliud de lapidibus (quos
ferrum non tetigit) erexerunt. Spũaliter aũt lapides ſancti, ſancti ſunt ſolidę vitæ, q eleuantur ſup
terram, quando principatum accipiunt Iob. 5. Cum lapidibus regionũ erit pactum tuũ. Eſa. 54.
B Ponam portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles. Quid au-
tem incitet ad tantam audaciam, ſubdit: ⌊ Quid eñi bonum eius eſt ⌋ quod .ſ. deſiderium moueat
⌊ & qd pulchrum eius ⌋ quod .ſ. cõuerſationẽ ad honeſtatẽ componat, ⌊ niſi frumẽtum electorũ ⌋
hoc eſt electis dandum ⌊ & vinum germinãs virgines ⌋ hoc eſt, virgineas mẽtes. Septuaginta, qa
ſi qd optimi illius eſt, & ſi qd bonum ab eo, frumẽtum iuuenibus, & vinum boni odoris ad virgi-
nes. Et eſt ſenſus, qa refectio optima in eſculento quæ electis danda eſt & optima refectio in po- — Frumentũ & vinũ electorum.
culento, quæ virginibus datur ad pulchritudinis conuerſationẽ, quę terra ſponte gignit, & quę de
us promittit, ad tantam mouet audaciam. Spũaliter autem frumentum puritas & dulcedo gratiæ
eſt diuinæ, quæ electis datur. Pſalmo. 147. Adipe frumenti ſatiat te & maxime gratia ſacramenti,
vinum autem conceptus eſt gaudiorum æternorum, quod virgineas mentes & incorruptas infun
dit & inebriat. Cant. 2. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Deute
rono. 33. Oculus Iacob in terra frumenti vini & olei, Gene. 27. Frumento & vino ſtabiliui eum.

¶ In capl'm decimum Zachariæ prophetæ, Enarratio.

PEtite pluuiam ⌋ In capitulo iſto populo abundãtia temporalium promittitur à do
mino, ſi ad ipſum ab idolis conuertantur, & habet quinque paragraphos. In pri-
mo à domino & non ab idolis oſtendit hæc eſſe petenda. In ſecundo vt digne pe-
tant, per viſitationes dñi diſtinctionem bonorum à malis ſignificat, ibi, Sup paſto
res. In tertio victis hoſtibus filiorum ad patrum deuotionem oſtendit reductionẽ
ibi: Et confundentur aſcenſores. In quarto captiuorum ad patriam deſcribit redu
ctionem, ibi, Sibilabo eis. In quinto in reducendo ſuæ potentiæ deſcribit magnitudinem, ibi, Et
tranſibit in maris freto. Dicit ergo: ⌊ Petite pluuiam à dño ⌋ nõ ab idolo ⌊ in tempore ſerotino ⌋
C duæ ſunt pluuiæ .ſ. temporanea quæ deſcẽdit vt ſemina pullulẽt & in herbam germinent, & ſero — Pluuia temporanea & ſerotina.
tina quæ deſcendit ad hoc quod grana tumeſcant. Vnde Oſee. 6. Veniet vobis tanq̃ imber tem-
poraneus & ſerotinus terræ. Et videtur reſpondere ad illud Hiere. 3. Quàmobrem prohibitę ſunt
ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit, quia .ſ. hæc ab idolis & non à deo petebatis, ⌊ & do-
minus faciet ⌋ ſupple plus quàm petitis, dummodo in fide petatis. Iaco. 1. Poſtulet autem in fide ni
hil hæſitans, ⌊ niues & pluuiam imbris ⌋ Ephe. 3. Potens eſt oĩa facere ſup abundanter quàm pe
timus aut intelligimus. Vnde petita pluuia dat niues, & pluuiam imbris & herbam. Niues vt hu-
more infundant, & frigiditate terram in ſuperficie reſtringant, ne beneficium vaporis in viſceri-
bus terræ generatum euaporare poſſit, ſed radices plantarum reſtrictum cogatur inſpirare, Eccle-
ſiaſtici quadrageſimotertio: Sicut auis deponens ad ſedendum, aſpergit niuem, & ſicut locuſta de-
mergens deſcenſus eius, pulchritudinem candoris eius, admirabitur oculus. Pluuia imbris eſt plu-
uia leuiter deſcendens, & ſalubriter terrã infundẽs, Iob triceſimoſexto: Qui affert ſtillas pluuiæ, &
effundit imbres ad inſtar gurgitum. Pſalmo ſexageſimoſeptimo: Pluuiam voluntariam ſegrega- — Pluuia imbris
bis deus hæreditati tuæ, ⌊ & dabit eis ſingulis herbam in agro. ⌋ Quod dicit ſingulis, notat, quòd
vnicuiq; dabit opportunam. Sapientiæ decimoſexto: Et voluntati vniuſcuiuſq; deſeruiens, ad q̊d
quiſq; volebat conuertebatur. Hęc ſpiritualiter intelliguntur de pluuia doctrinæ, quæ datur p præ
dicatores, nix autem candor eſt & prædicatio cœlibatus in caſtitate, Iob nono: Si lotus fuero ve-
lut aquis niuis. Hic enim eſt viror virtutis & boni operis. Eſaiæ qnquageſimoquinto: Quomodo
deſcendit imber & nix de cœlo & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam,
& germi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

& germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, ſic erit verbum meum quod D
egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunq; volui & proſperabitur
in his ad quæ miſi illud, Hebręorũ.6. Terra ſæpe ſuper ſe venientem bibens imbrem, & generans
herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionē à deo. Et bene dico, petite à dño
⌊quia ſimulachra⌋ à q̃bus hactenus petiſtis, ⌊locuta ſunt inutile⌋ dæmon em̃ pręſidens ſimula-
chris promittebat quod ſoluere nõ potuit. Hiere.14. Nunq̃d ſunt in ſculptilibus gētium q̃ pluant
aut cœli poſſunt dare imbres, niſi tu volueris? Nonne tu es dñs deus noſter, quem expectauimus,
Diuini. tu enim feciſti omnia hæc, ⌊& diuini viderunt mendacium⌋ Diuini à diuinatione dicũtur, & ſunt
pſeudoprophetæ mendacia vaticinantes, & homines in malo conſortantes. Eſa.8. Cum dixerint
ad vos, quærite à phytonibus, & à diuinis qui ſtrident incantationibus ſuis, dicite ſup. Nunquid
non populus à deo ſuo requiret viſionem pro viuis ac mortuis? ⌊& ſomniatores fruſtra loquuti
Sõniis non innitēdum ſunt⌋ tangit eos q̃ oblatis animalibus in pellibus dormiebant, & per ſomnia diuinabãt. Hiere.23.
Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendacium (ait dñs) qui narrauerunt ea, & ſeduxerunt popu
lum meum in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis. Videtur tangere eos q̃ noſtris temporibus de vi-
ſionibus inutilibus gloriantur, ⌊vane conſolabantur,⌋ dicentes, pax cum non eſſet pax. ſ. Hiere.
23. A prophetis enim Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram ⌊idcirco⌋ ſupple q̃a
talibus crediderunt, ⌊abducti ſunt quaſi grex⌋ Eſa.5. Propterea captiuus ductus eſt populus me-
us, quia non habuit ſcientiam. Et intelligitur ſimul de captiuitate diaboli, & de captiuitate regis Ba
bylonis, ⌊affligentur⌋ à lupis. ſ. & hoſtibus & dæmonibus ⌊quia non eſt eis paſtor⌋ qui. ſ. in actu
paſtoris congreget, cuſtodiat, paſcat & educat & inducat gregē. Et videt̃ l'raliter loq̃ de Alchimo
& Iaſone & Symone prępoſito tēpli, de q̃bus.2. Macha.4.5.&.6. qui paſtoris dignitatem ambie E
bant, & paſtoris actum non exhibebant, ſed potius morſus & dilacerationes luporum. Iohan.10.
Lupus rapit & diſpergit oues. Matt.7. Intrinſecus ſunt lupi rapaces. Dionyſius ad Demophilũ
Sacerdos iniquus lupus eſt. monachum: Sacerdos malus, ſacerdos non eſt, ſed lupus ouina pelle ſuper diuinum populum ar-
matus. Ezech.34. Væ paſtoribus qui paſcebant ſemetipſos. Et ibidem: Lac comedebatis & lanis
operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. ¶ ⌊Su
per paſtores⌋ quia paſtores fuerunt cauſa ſubuerſionis, ideo per viſitationem tales remouet à po
pulo. ⌊Super paſtores iratus eſt furor meus⌋ Paſtores (inquã) à dignitate & non ab actu. Ezech.
34. Ecce ego ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam vt vltra
non paſcant gregem meum. Furor autem feruens ira eſt, vt dicit Gregorius, quia ſicut dicitur Sa-
Prælat⁹ cornupeta pientiæ.6. Potentes potenter tormenta patientur, ⌊& ſuper hyrcos viſitabo⌋ hyrcos vocat præ-
latos peccatis fœtidos & cornu poteſtatis innocentes impingentes. Dañ.8. Cum hyrcus appro-
pinquaſſet prope arietem, efferatus eſt in eum & percuſſit arietem, ⌊quia viſitauit dominus exerci
tuum gregem ſuum⌋ diſtinguendo. ſ. malos à bonis. Pſalmo.58. Intende ad viſitandas omnes gē
tes, non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem. Et quid poſt viſitationē futurum ſit, ſub-
dit, primo dicens, quis ſit grex. Secundo, qualiter confortabitur, ⌊domum Iuda⌋ hoc eſt, duas tri
bus. Ezech.34. Vos autem greges mei, oues paſcuæ meæ eſtis. Et ſubdit de confortatione, ⌊& po
ſuit eos⌋ hoc eſt, diſpoſuit confortando & fortificando, ⌊quaſi equum gloriæ ſuæ⌋ hoc eſt, q̃ glo
rioſe vehant eum ⌊in bello⌋ contra alienigenas. ſ. Eſa.63. Eduxit eos per abyſſos quaſi equum in
deſerto, non impingentem. Abacuc.3. Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarũ. F
¶ ⌊Ex ipſo angulus⌋ Angulus parietes continet ad vnum, & ſignificat prælatos diuerſas congre
gationes & ſocietates hominum continentes in vno. Epheſi.3. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq;
vnum. Pſalmo.117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, ⌊ex
ipſo paxillus⌋ egredietur ſupple, hoc eſt, qui totum tabernaculum domini indiſſolubile contineat
Et videtur loqui de Iuda Machabæo & ſimilibus ſibi, bonis. ſ. prælatis. Eſaię.22. Figam illum pa-
xillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domus patris ſui. Eſa.33. Oculi tui videbunt Hieruſa-
lem ciuitatem opulentam, tabernaculum quod nequaquàm tranſferri poterit, nec auferentur cla-
ui eius in ſempiternum & oẽs funiculi eius non rumpentur, ⌊ex ipſo arcus prælii⌋ ſupple egre-
dietur Iudas. ſ. Machabæus & ſimiles ſibi prælati, qui ſicut arcus ſagittas, ſic crebras victorias miſit
in hoſtes eccleſiæ. Quorum vnus dicit Gene.48. Do tibi vnam partem extra fratres tuos, quam
tuli de manu Amorræi in arcu & gladio meo, ⌊ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul.⌋ Et tan-
git de Iuda Machabęo & bonis prælatis, qui exactores eccleſiæ ſubiiciunt, & tributa virtutis ab eis
exigunt. Eſa.14. Erunt capientes eos, qui ſe cœperant, & ſubiicient exactores ſuos. Et quia p̃ ſin-
gula longum eſſet deſcribere, vniuerſaliter ſubdit. ⌊Et erunt quaſi fortes,⌋ hoc eſt, vere fortes, ita
quòd hoc quod dico quaſi non ſit nota ſimilitudinis, ſed expreſſiuum veritatis. Eſaię.40. Dat laſ-
ſo virtutem & his qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat, ⌊& conculcantes lutum in me
dio viarum in prælio,⌋ hoc eſt, hoſtes immundos vt lutum viarum. Iudicum.5. Conculca ani-
Peccatoribus ſpe q̃ſtus nõ parcendum ma mea robuſtos. *Sic prælati calcare debent impios & nõ immergi in lutum munerum eorum.*
Malachiæ vltimo: Calcabitis impios cum fuerint velut cinis ſub planta pedum veſtrorum. Pſal-
mo.17. Vt lutum platearum delebo eos, ⌊& bellabunt⌋ ſupple prælia domini, ⌊q̃a dñs cum eis⌋

2. Mach. 11

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A 1.Mach.11.Ibant igitur prompti,de cœlo habẽtes adiutorem,Eſa.50.Dñs deus auxiliator meus
quis ergo eſt qui condemnet me? ¶⌊Et confundentur.⌋Tertius paragraphus. ⌊Et confun-
dentur aſcenſores equoꝶ,⌋qui.ſ.bella diligunt & in Aegyptũ confugere quęrunt,Eſaiæ.31.Væ
qui deſcendunt in Aegyptũ ad auxilium in equis ſperantes,Amos.2.Aſcenſor equi non ſaluabit
animam ſuam.Significat eñ equus ꝑcipitem & temerariam audaciam ad malũ,Pſalm̃.32.Fallax
equus ad ſalutẽ,⌊& cõfortabo domũ Iuda,⌋duas.ſ.tribus,vel Machabæos,vel ſanctos, Heb.11.
Fortes facti ſunt in bello,Eccl.46.Fortis in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi,in prophetis,⌊&
domũ Ioſeph⌋.i.decem tribus,⌊ſaluabo⌋& intelligit de illis qui de decem tribubus tẽpore Eze
chiæ reuerſi ſunt ad dominũ.2.Para.31.⌊& conuertam eos,⌋ad me.ſ.Thren̄.vlt. Conuerte nos
dñe ad te & conuertemur,⌊quia miſerebor eoꝶ,⌋non ex meritis eoꝶ,ſed ex gratia mea,Tit.3.
Non ex operibus iuſtitiæ quę fecimus nos,ſed ſecundũ ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.Et Miſericordia dei gratuita.
ſubdit de reductione filioꝶ in deuotionem patrum.⌊Et erunt ſicut fuerunt⌋in patribus ſupple
⌊quando nõ proieceram eos,⌋hoc eſt ante peccatũ & idololatriam,Malach.vlt.Conuertet cor
patrum ad filios,& cor filioꝶ ad patres eoꝶ,Luc.1.Conuertet cor filioꝶ ad patres,& incredu-
los ad prudentiam iuſtoꝶ,⌊ego eñ dñs eoꝶ exaudiam eos,⌋in omnibus.ſ.petitionibus eorũ,
Eſa.58.Tunc inuocabis,& dñs exaudiet,clamabis &dicet,ecce ego aſſum,⌊& erũt quaſi fortes⌋
id eſt vere fortes,⌊Ephraim⌋.ſ.fructus virtutis ferentes & à dño confortati,Pſal.27. Dñs forti
tudo plebis ſuæ, ⌊& lætabitur cor eoꝶ,⌋crebris.ſ.victorijs,⌊quaſi à vino⌋ ſupple inebriatum,
quaſi eñ ebrij inijciebant ſe periculis Mathathias & ſocij eius, Pſalm̃.106. Turbati ſunt & moti
B ſunt ſicut ebrius,⌊& filij eoꝶ,⌋Iudas.ſ.Ionathas & Simon & alij fratres vel imitatores fortium
prelatoꝶ & ſanctoꝶ,⌊videbunt,⌋fortitudinem.ſ.& ſucceſſus patrum,⌊& lætabũtur,⌋ Pſal.57
Lætabitur iuſtus cũ viderit vindictam,⌊& exultabit cor eoꝶ in domino⌋omnia.ſ.deo per gra
tiarum actiones attribuentes,dicentes illud Abacuc.3. Super excelſa mea deducet me victor in
pſalmis canentem.¶⌊Sibilabo eis.⌋Quartus paragraphus. Et tangit hic de congregatione vel
ſanctoꝶ vel captiuoꝶ,& dicit tria.ſ.quo congregantur,& q̃uo multiplicantur & q̃uo proficiẽt
⌊Sibilabo eis,⌋Sibilus occulta vocat inſpiratio.3.Reg.19.Poſt ignem ſibilus auræ tenuis,ibi do- Sibilus.
minus,⌊& congregabo illos,⌋Pſal.49.Congregate illi ſanctos eius,⌊quia redemi eos,⌋ vel de
captiuitate Babylonica vel ſanguine meo de poteſtate diaboli.1.Pet.1. Non corruptibilibus au-
ro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione,ſed pretioſo ſanguine agni tanquã
immaculati Chriſti,⌊& multiplicabo eos,⌋numero.ſ.& fide, Pſal.138. Dinumerabo eos & ſup
harenam multiplicabuntur,Gene.15.Suſpice cœlũ & numera ſtellas,ſic erit ſemen tuum,⌊ſicut
ante fuerant multiplicati,⌋temporibus.ſ.patrum,quãdo ex vno facti ſunt innumerabiles,Gene
ſis.12.Faciamq́ꝫ te in gentem magnã & benedicam tibi, & magnificabo nomẽ tuum, eriſq́ꝫ be-
nedictus,Idem Gene.17.⌊& ſeminabo eos,⌋ in poſteris.ſ.⌊in populis,⌋ hoc eſt per nationes,
Tob.13.Ideo diſperſit vos inter gentes quę ignorant eũ,vt enarretis mirabilia eius,Eſa.12. Can-
tate dño quoniam magnifice fecit,annuntiate hæc in vniuerſa terra,⌊& de longe⌋ſupple diſſe-
minati,⌊recordabunť mei,⌋annuntiãdo.ſ.nomen meum,Pſal.21.Narrabo nomẽ tuũ fratribus
meis,in medio eccleſiæ laudabo te,⌊& viuẽt⌋vita naturæ & gratiæ,⌊cũ filijs ſuis,⌋ſucceſſoribꝰ
.ſ.religionis& naturæ,Eccl.4.Sapiẽtia vitam filijs ſuis inſpirat,⌊& reuertentur⌋ad cor.ſ.ad de-
um & ad patriam,Eſa.46.Redite preuaricatores ad cor,⌊& reducam eos⌋gratia.ſ.præuenien-
C te ⌊de terra Aegypti,⌋de tenebris.ſ.& mœrore ſecularis occupationis,Mich.6.Memento quia
eduxi te de terra Aegypti & de domo ſeruientium liberaui te,⌊& de Aſſyrijs reducam eos,⌋vel
congregabo eos,Semper eñ filij Iſrael in Aegyptijs vel in Aſſyrijs vane confidebant,Thren̄.5. Aſſyrij.
Aegypto dedimus manũ,& Aſſyrijs vt ſaturaremur pane. Aſſyrius eñ extollens vigilias inter-
pretatur & ſignificat eos qui tota die vigilias extollunt pro ſolicitudine bonoꝶ ſecularium,⌊& Galaad.
ad terram Galaad & Lybani,⌋quæ prius ſupple fuit poſſeſſio decem tribuum, ⌊adducam eos⌋ Lybanus
Galaad vero interpretatur aceruus teſtimonij,& ſignificat doctrinam ſacræ ſcripturæ,Lybanꝰ
candidatio,& ſignificat honeſtatem vitæ in eccleſia,Eſa. 63. Sicut adduxiſti populum tuum vt
faceres tibi nomen gloriæ,⌊& nõ inuenietur in eis locus⌋ ſufficiens ſupple,quia prę multitudi-
ne habitatoꝶ locus non ſufficiet,Eſa.49.Adhuc dicent in auribus tuis,filij ſterilitatis tuæ , angu- Nota.
ſtus eſt mihi locus,fac ſpatium vt habitem.Hoc videmus modo in eccleſia,in qua modo plures
modi viuendi quærunť,q̃ eccleſia ſuſtinere poſſit. ¶⌊Et tranſibunt in maris freto.⌋ Tangit hic
vltimo q̃ facile ſit ei reducere diſperſos.⌊Et tranſibunt in maris freto,⌋loquiť de Helleſpontico
mari,quod brachium ſancti Gregorij dicitur , vltra quod quidam Iudæi captiui ducti fuerant,
quos dominus reduxit.Quod dicitur mare propter ſalſedinem, fretum autem quia ſemper fre-
mit,& ſignificat tempeſtatem ſeculi,per quam dominus multos ſanctos adducit, Eſaiæ.51. Qui
profundum maris poſuiſti viam,vt tranſirent liberati,⌊& percutiet,⌋hoc eſt ſedabit, ⌊in mari
fluctus⌋Iob.38.Dixi,hucuſq; venies,& nõ procedes amplius,&hic confringes tumentes fluctus
tuos,⌊& confundentur omnia profunda fluminis,⌋loquiť ad modum illum quem fecit ſub Io-
ſue,quando ſiccauit vada Iordanis, Quod adhuc facit dominus , tranſitum mortalitatis huius in



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

reputatione ſanctorum ita deficcans, vt à ſanctis nihil penitus reputetur, Eſa. 11. Leuabit manum D
ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpũs ſui, & percutiet eum ſeptem riuis, vt tranſeant per eũ cal-
ceati, hoc eſt ſeptem donis ſancti ſpũs, vt ſancti calceati, hoc eſt in memoria habentes mortalita-
tem pellis huius, nihil reputent tranſitum eius, ⌊& humiliabitur ſuperbia Aſſur, ⌋id eſt auarorũ,
qui in ſolicitudine ſecularium vigilias extollunt, ⌊& ſceptrum Aegypti recedet, ⌋ ſolicitudinis
.ſ. ſeculi, Eſa. 10. Viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis regis Aſſur, & ſup gloriã altitudinis ocu
lorũ eius, Eſaiæ. 20. Confundent ab Aethiopia ſpe ſua & ab Aegypto gloria ſua. Sceptrũ eñ ſe
culi ſemper deprimitur, Abacuc. 3. Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius, ⌊confortabo
Seculi faſtũ deus proſternit.
eos in domino, ⌋hoc eſt in virtute domini confidentes, Ioſue. 1. Confortare & eſto robuſtus, no
li metuere & noli timere, quoniam tecum eſt dominus deus tuus, in omnibus ad quæcunq; per-
rexeris, ⌊& in nomine eius ambulabũt, ⌋hoc eſt proficient, Pſalm̃. 88. In lumine vultus tui am-
bulabunt & in nomine tuo exultabunt tota die & in iuſtitia tua exultabuntur, ⌊dicit dñs, ⌋ cõfir-
matio eſt eorũ quę dicta ſunt, Pſal. 32. & 148. Ipſe dixit, & facta ſunt.

## ¶In cap. XI. Zacha. prophetæ enarratio.

APeri Lybane, ⌋Hic incipit dicere ea quæ futura erant ſub Romanis, & diuiditur
in tres partes. Primo eñ agitur de deſtructione malorum ad fidem Chriſti con-
uerti nolentium. In ſecunda, de profectu bonorum, ibi añ finem. 12. In die illa di-
cit dominus, percutiam omnem equum. In tertia, de cauſa vtriuſq;, quæ eſt paſſio
Chriſti, infra ibi ante finem. 13. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum. In prima
tres ſunt partes. In quarum prima oſtenditur deſtructio tẽpli & populi. In ſecunda, q̃ iuſte hoc
factum fuerit declarat, ibi, Et aſſumpſi mihi duas virgas. In tertia reuertitur & modũ deſtructio-
nis aſſignat, infra in principio. 12. ibi, Onus verbi domini ſuper Iſrael. Prima in duas. In prima E
ſub metaphora deſcribit deſtructionem. In ſecunda, metaphoræ ponit explanationem, ibi, Ecce
ego tradam. Adhuc in prima tria ſunt, metaphora .ſ. metaphoræ adaptatio, ibi, Hæc dicit domi-
nus, paſce pecora, Et tertio deſtructionis ratio, ibi, Et paſtores eorum. Dicit ergo. ⌊Aperi, ⌋ hoc
eſt, aperies, velis nolis, ⌊ò Lybane, ⌋ hoc eſt templum exaltatũ vt Lybanus & de lignis Lyba-
ni ædificatum, ⌊portas tuas, ⌋vt .ſ. hoſtis ingrediatur Romanus, Victa eñ ciuitate, in templum
ingreſſi ſunt, & templum ſuccenderunt, Thren̄. ſecundo: Tradidit in manus inimici muros tur-
rium eius, vocem dederunt in domo domini, ſicut in die ſolenni. Et paulo poſt: Defixæ ſunt in
terram portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius, reges eius & principes eius, ⌊& comedet ig-
nis cedros tuas, ⌋ Tabulis cedrinis veſtitum fuit templum in parietibus & tabulato, quas cedros
conſumpſit ignis ſuccenſus à Romanis, Eſaiæ ſexageſimoquarto: Domus ſanctificationis noſtrę
& gloriæ noſtræ, vbi te laudauerunt patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, ⌊Vlula abies, ⌋
Abies.
Abies (vt dicit Iſidorus) ab abeundo dicitur, quia in altum abit, Tabulis vero abiegnis veſtitum
erat pauimentum templi. 3. Regum. 6. Et exuſtis parietibus & tabulato, ignis deſcendit in paui-
mentum & conſumpſit illud, ⌊Vlula abies, ⌋hoc eſt, tabulatum abiegnum, ⌊quia cecidit ce-
drus, ⌋hoc eſt, quia paries iam ardet. Horatius: Tunc tua res agitur, paries dum proximus ardet.
Quod autem hæc ad homines referantur, ſubdit, ⌊quoniam magnifici, ⌋ per cedros & abietes
intellecti, ⌊vaſtati ſunt, ⌋magnifici enim in dignitatibus intelliguntur per abietes ſublimes. Ma- F
Superborũ humiliatio
gnifici autem ex nobilitate generis per cedros intelliguntur, qui vaſtati ſunt per Romanos, Oſee
vltimo: Erumpet radix eius vt Lybani, & erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt Lybani,
Eſaiæ ſecundo: Dies domini exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnẽ
arrogantem & humiliabitur, & ſuper omnes cedros Lybani ſublimos & erectas. Pontifices eñ
qui quaſi pons deberent eſſe populi, ſunt quaſi pauimentum abiegnum, Hi eñ per vitæ impu-
tribilitatem deberent eſſe cedri, veſtientes parietes, hoc eſt, populum, & tabulatum per protecti-
onem, nunc autem igne libidinis conſumpti ſunt. Et ſubdit de deſtructione ciuitatis, ⌊Vlulate
quercus Baſan, ⌋hoc eſt robur ædificiorum ciuitatis iam confuſioni & ignominiæ (quod inter-
Baſan
pretatur Baſan) ſententia dei addictum, ⌊quoniam ſucciſus eſt ſaltus munitus, ⌋vel templum ſci
licet munitum præſidio dei & angelorum, vel condenſitas populi, Eſaiæ ſecũdo: Dies domini
ſuper omnes quercus Baſan, Eſaiæ decimo: Excelſi ſtatura ſuccidentur & ſublimes humiliabun-
tur, & ſubuertentur condenſa ſaltus ferro, & Lybanus cum excelſis cadet. Et metaphoram ad
rem ſignificatam referens, ſubdit, ⌊Vox vlulatus paſtorum, ⌋ ſupple audita eſt. Paſtores dicun-
tur principes ſacerdotum & ſecularium. Vlulatus autem eſt vox querula, vlulatum canum imi-
tans, Eſaiæ ſexageſimoquinto: Præ dolore cordis clamabitis & præ contritione ſpũs vlulatus,
⌊quoniam vaſtata eſt magnificentia eorum, ⌋ paſtorum ſcilicet, hoc eſt populus de cuius quæ-
ſtu magnificos ſe reputabant, Eſaiæ ſecundo: Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt, & incurua
bitur altitudo virorum, & exaltabitur dominus ſolus. Et ſubdit de tyrannis, ⌊Vox rugitus leo-
Tyrannus, leo in ſubditos.
num, ⌋ſupple in planctu audita eſt. Tyrannus enim leo dicitur rugiens, ſemper enim eſurit &
rugit in rapinam pauperum, ſicut diabolus, Prouerbiorum. 28. Leo rugiens & vrſus eſuriens,
prin-

A princeps impius ſuper populum pauperem, ⌊quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis,⌋ per ſi-
militudinem loquitur. Sylua enĩ iuxta Iordanem eſt, in qua propter condenſitatem leones ſuper
biunt, qua ſucciſa, leones rugiunt pro amiſſo habitaculo, ita tyrannus ſucciſa plebe, rugit pro a-
miſſa lucri venatione, Iob quarto: Rugitus leonis & vox leænæ & dentes catulorum leonum cõ-
triti ſunt, tigris perijt, eo quod non haberet prædam & catuli leonis diſſipati ſunt. Et quod meta-
phorice dixit, innuens aliquam explanationem, ſubdit. Et duo dicit, deſtructionem ſcilicet & de-
ſtructionis rationem. ⌊Hæc dicit dominus deus,⌋ cuius dixiſſe, feciſſe eſt, O Zacharia ſupple
⌊paſce⌋ hoc eſt paſcenda prædic & impinguanda opibus ſcilicet ſub Machabæis, ⌊pecora oc-
ciſionis⌋ hoc eſt populum ad nihilum aptum niſi ad occiſionem & deuorationem, vt impingua
tis talibus pecoribus, dentes hoſtium acuantur in ea & magis deſiderentur ad deuorãdum, Pſal.
43. Aeſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, ⌊quæ qui poſſederant,⌋ hoc eſt, Romani qui per ſen-
tentiam meam iam dudum poſſederant Iudæos, ⌊occidebant & non dolebant,⌋ hoc eſt ſine cõ
paſſione, ſicut expreſſe ſcribunt Ioſephus & Egeſippus, Amos. 6. Nihil compatiebantur ſuper
contritione Ioſeph, Eſaiæ. 63. Multitudo viſcerum tuorum & miſerationum tuarum continue-
runt ſe ſuper me, ⌊& venundabant ea,⌋ diſtractis. ſ. Iudaicis mancipijs, Pſal. 43. Vendidiſti po-
pulum tuum ſine pretio, & non fuit multitudo. ſ. pretij in commutationibus eorũ. Paruo enim & Iudæi a Ro
vili pretio diſtrahebantur, ⌊dicentes, Benedictus dominus, diuites facti ſumus,⌋ Prouer. 1. Om- manis ven
nem pretioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpolijs, Exodi. 15. Dixit ini diti.
micus, perſequar & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea. Rationem autem
quare hoc permiſit deus, ſubdit, ⌊&⌋. i. quia ⌊paſtores eorum⌋ hoc eſt, prælati, ſacerdotes. ſ. &
B principes, ante captiuitatem Romanam, ⌊non parcebant eis,⌋ Eſaiæ. 3. Vos depaſti eſtis vine-
am meam, & rapina pauperis in domo veſtra, ⌊&⌋ ſupple ideo, ⌊ego non parcam vltra,⌋
Prouerb. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, ⌊ſuper habitantes terram dicit domi
nus,⌋ per terrenam. ſ. concupiſcentiam, Eſaiæ. 24. Formido & fouea & laqueus ſuper te qui ha-
bitator es terræ. Et ſubdit quaſi explanando modum traditionis eorum, ⌊Ecce ego tradam ho
mines,⌋ Iudæos. ſ. in Hieruſalem & in Iudæa habitantes, ⌊vnumquemq; in manu proximi ſui⌋
Tangit ſeditiones quas inter ſe in ciuitate habebant, in qua pater filium, frater fratrem, mater fi-
liam occidit, vt fierent eis in eſcam, Hierem̃. 9. Vnuſquiſq; à proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in om-
ni fratre ſuo non habeat fiduciam, Threñ. 4. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios
ſuos, facti ſunt cibi earum in contritione filiæ populi mei, ⌊& in manu regis ſui,⌋ Titi ſcilicet &
Veſpaſiani, Eſaiæ. 19. Tradam Aegyptum in manus dominorum crudelium, & rex fortis domi-
nabitur eorum, ⌊&⌋ ſic ſupple ⌊concident terram,⌋ prælati. ſ. & ſubditi, ⌊& non eruam de ma
nu eorum,⌋ ſignificat ꝙ perpetua erit captiuitas facta per Romanos, Threñ. vlt. Serui domina- Captiuitas
ti ſunt noſtri, nõ fuit qui redimeret de manu eorum, ⌊depaſcam⌋ ſupple ſic ⌊pecus occiſionis⌋ Romana Iu
hoc eſt depaſcendo conſumam, Pſalm̃. 17. Confringam illos nec poterunt ſtare, cadent ſubtus dæis perpe
pedes meos. Vt autem hoc iuſtum ſit, illius gentis ingratitudinem ſubdens, oſtendit. Et hoc pau tua.
peribus, qui deum timent, annuntiat, primo in vniuerſali, ſecundo determinans in particulari, ibi,
Et tuli virgam meam, ⌊Propter hoc ô pauperes gregis,⌋ qui me ſcilicet timetis, ⌊audite⌋ ingra
titudinem. ſ. populi illius, ⌊&⌋. i. quia, per ſucceſſionem temporis ab initio mundi ⌊aſſumpſi mi
hi duas virgas,⌋ paſtorales. ſ. in quarum rectitudine regimen meum ad populum ſignificaretur,
Pſalm̃. 44. Virga directionis virga regni tui, ⌊vnam⌋. ſ. quam primo aſſumpſi, ⌊vocaui deco- Lex natu
C rem,⌋ legem ſcilicet naturalem qua populum rexi ante diluuium. Decor enim mirabilis eſt ratio ralis & ſcri
nem hominis à naturali lege non deflecti, Pſalm̃. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui do pta duabus
mine, dediſti lætitiam in corde meo, ⌊& alteram,⌋ quam ſcilicet poſt diluuium aſſumpſi, cum virgis deſi
ad idololatriã tenderet genus humanũ tempore proaui Abrahæ, ⌊vocaui funiculum⌋ legem gnata.
ſcilicet ſcriptam, qua vt funiculo menſuraui mihi quoſdam, quos in populum peculiarem elegi.
Quod ſignificatur Exodi. 4. vbi legiſlator dicit: Tolles quoq; virgam hanc in manu tua in qua
facturus es ſigna, ⌊& paui gregem,⌋ in rectitudine. ſ. & iuſtificationibus legis, Pſalm̃. 94. Nos
populus paſcuæ eius & oues manus eius, ⌊&⌋ in tantum ſupple zelaui rectitudinem legis, quod
⌊ſuccidi tres paſtores in menſe vno,⌋ hoc eſt in menſe primo Niſan vel Aprili dicto. Et tangit
id quod habetur Num. 20. vbi Maria (quæ fuit vna paſtorum) mortua eſt, & Moyſes & Aaron Moſes, Aa
qui duo paſtores fuerunt, eo quod dubitantes de aquis contradictionis, deum coram populo nõ ron & Ma
glorificauerunt, ſententiam mortis acceperunt, dicente domino, Quia nõ credidiſtis mihi vt ſan- ria cura ter
ctificaretis me coram populo, non intrabitis in terram quam promiſi filijs Iſrael. Huius autem ra promiſ
cauſam ſubiungit, ⌊&⌋. i. quia ⌊contracta eſt⌋. i. conturbata, ⌊anima mea in eis,⌋ Eſa. 59. Vidit ſionis ex
dominus & malũ aparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium, & aporiatus eſt. Et ne ſine cauſa cluſi.
credatur, contracta eſſe anima domini, ſubdit, ⌊Siquidem & anima eorum variauit in me,⌋ non
. ſ. ſecundum rectitudinem virgæ ambulantes, Maria. ſ. murmurante contra Moyſen, Nume. 12
Aaron vitulũ fundente, Exod. 32. Moyſe & Aaron me non ſanctificante corã populo, Nume. 20
Vt ſic verũ ſit quod dicitur Heb. 2. Omnis præuaricatio & inobediẽtia iuſtam accepit mercedis

Y 2 retribu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

retributionem,⌊&⌋non tantũ hoc feci in paſtoribus,ſed etiam de populo non ambulãte ad re- D
ctitudinem virgæ,⌊dixi⌋Nume.14.⌊Non paſcã vos.⌋Et tangit ꝙ quãdo exploratores reuer-
ſi fuerunt & fortitudinem habitatoꝝ terræ promiſſionis nuntiauerunt, populus in ſeditionẽ ver
ſus voluit redire in Aegyptum,& tunc dixit dñs,non paſcam vos.i.non præcedã vos vt paſtor
& præcepit vt quadraginta annis circũducerentur circa montẽ, donec cõſumerent omnes qui
murmurauerant.⌊Quod moritur,⌋hoc eſt quod morte dignũ eſt, ⌊moriať & quod ſuccidiť,⌋
hoc eſt ꝗd ab hoſtibus ſuccidi dignũ eſt,⌊ſuccidatur,⌋hoc eſt interficiatur,Pſal.94.Quibus iu-
raui in ira mea,ſi introibunt in requiem meã,Heb.3.Quibus iurauit vt non introirent in requiẽ
ſuam,nonne his qui increduli fuerunt? Et videmus quia non introierunt propter incredulitatem
1.ad Corin.10.Neq; murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt,& perierunt ab ex-
terminatore, ⌊& reliqui⌋ſic ſupple nã mortui,⌊deuorent vnuſquiſq; carnem proximi ſui,⌋ ſic
ordina cõſtructionem,Deuorent carnẽ proximi ſui,ita ꝙ vnuſquiſq; hoc faciat per inuidiam.ſ.
& iram in alterum,ſicut Datan & Abyron cõtra Moyſen,Nume.16.Gala.5.ꝙ ſi inuicem mor-
detis & comeditis,videte ne ab inuicem cõſumamini,Eſa.5.Sicut deuorat ſtipulã lingua ignis,
& calor flammæ exurit:ſic radix eoꝝ quaſi fauilla erit & germen eorum vt puluis aſcendet. Ab
iecerunt enĩ legem dei exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemauerunt. ¶⌊Et tuli vir-
gam.⌋Hic in particulari oſtendit qua ingratitudine Iudæi reprobandi ſunt, Et dicit tria.ſ.qua-
liter omnibus abiectis,ipſi ſoli electi ſunt.Secundo,qualiter ingrati pretioſiſſimum paſtorem vili
pretio vendiderunt,ibi, Et appenderunt mercedem meam. Tertio,qualiter propter hoc abie-
cti ſunt,ibi,Et præcidi virgã meam.In primo dicit qualiter gentiles à regimine iuris naturalis ex
ciderunt.Secundo qualiter Iudæi ad regimen legis ſcriptæ electi ſunt.⌊Et tuli,⌋hoc eſt ,abſtuli, E
⌊virgã meam⌋regimen.ſ.æquitatis,⌊quę vocabatur decor⌋propter rectitudinem decoris na-
turalis,⌊& abſcidi eam⌋non quidem in ſubſtantia,quia in illa manet ſemper,ſed vt rectitudini
eius gentilitas non conformaretur,Pſal.48.Homo cum in honore eſſet,non intellexit,compara-
tus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis,Ezech.16.Abominabilẽ feciſti decorem tu
um.Et explanat quod dixit,ſubdens,⌊vt irritum facerẽ,⌋ne.ſ.eis eſſem paſtor,⌊fœdus meum⌋
pactum.ſ.regiminis & cuſtodiæ,⌊quod percuſſi cũ omnibus populis⌋in Adam.ſ.& Noe, Ge-
ne.9.hoc eſt,dimiſi vt vnuſquiſq; concupiſcentias & errores ſuos ſequereť. Cauſa huius ponitur
Eſa.24.Tranſgreſſi ſunt leges,mutauerunt ius,diſſipauerunt fœdus ſempiternũ,Gene.6.Videns
autem deus ꝙ multa malitia hominum eſſet in terra,& cuncta cogitatio hominis intenta eſſet
ad malum omni tempore,pœnituit eum ꝙ hominem feciſſet in terra,⌊& in irritum deductum
eſt in die illa,⌋quando.ſ.à me per idola & cõcupiſcentias receſſerunt,Deut.32.Ipſi me prouoca
uerunt in eo qui non erat deus,& irritauerunt in vanitatibus ſuis.Et ſubdit de Iudæoꝝ electione
⌊Et cognouerunt ſic⌋.ſ.illis reprobatis, ⌊pauperes⌋ quidam ⌊gregis,⌋ hoc eſt de toto grege

Pauperes ſemp deo dilecti.

mundi,Abraham.ſ.Iſaac & Iacob,& Moyſes & quidam alij exules & pauperes,de quibus dici-
tur Iaco.2.Nonne deus pauperes elegit in hoc mundo? diuites in fide,& hæredes regni,ꝗd pro-
miſit deus diligentibus ſe? Lucæ.12.Nolite timere puſillus grex,quia complacuit patri veſtro vo
bis dare regnum,⌊qui cuſtodiunt mihi⌋mandata mea ad honorem meum,vt dicit Gloſſa.Vel
melius,qui vt opiliones cuſtodiunt gregem ſub me,ſicut fecit Abraham & Moyſes & Ioſue &
quidam alij,⌊quia verbum domini eſt,⌋hoc eſt ordinatio domini de reprobatione gentium &
electione Iudæorum, ⌊& dixi ad eos,⌋in Moyſe.ſ.Exo.19.&.20.⌊Si bonum eſt in oculis ve-
ſtris,⌋ſupple ꝙ ego ſim paſtor veſter,⌊afferte mihi mercedem meam,⌋hoc eſt pacto cõfirma F
te mercedem dignam fide mea,cuſtodia & diligentia & prouidentia mea,vt.ſ. digno pretio di-
ligentiam meam æſtimetis,⌊& ſi non,⌋ſupple digna mercede, reſpondere vultis,⌊quieſcite,⌋
hoc eſt à pacto ceſſate & alios paſtores in idolis & concupiſcentijs requirite, Cant.1.Si ignoras
te o pulchra inter mulieres,egredere & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos iuxta ta-
bernacula paſtorum,hoc eſt concupiſcentiæ motus.Et ſubdit quid factum eſt eo veniente, vt in
propria perſona gregem cuſtodiret.Et debet legi cum compaſſione & deſpectu,⌊&⌋cum ſup

Vnde proditoris impietas.

ple veniſſem ſicut paſtor bonus qui ponit animam ſuam pro ouibus ſuis,Iohan.10. ⌊appende-
runt mercedem meam,⌋libra.ſ.ſuæ æſtimationis,⌊triginta argenteos,⌋ amplius me valere nõ
æſtimantes,quibus à proditore Iuda me emerunt,Matth.26.Et ille tam vilem me æſtimauit, vt
quolibet pretio me commutaret antequam retineret,⌊& dixit dominus ad me,⌋in viſione ſcili-
cet,⌊Proijce illud,⌋pretium.ſ.tanquã me & labore meo indignum,⌊ad ſtatuarium decorum⌋
ſtatuarius decorus eſt,qui ad valorem æquilibrij pretium & id cuius eſt pretium in omnibus cer
ta ſtatera rationis ponderat,indecorus eſt deceptor & falſarius,qui.ſ. rem plus valentem mino-
ri pretio æſtimat.Et eſt ſenſus,pone hæc in iudicio omnis rationabilis hominis, ſi dominũ maie
ſtatis digno pretio æſtimauerunt,vel vendiderunt.Et ſubinfert quid proijciat, ⌊pretiũ quo ap-
pretiatus ſum ab eis,⌋& reputatus non tantũ.ſ.valere,Sap.7.Diuitias nihil eſſe dixi in compara-
tione illius,nec cõparaui illi lapidem pretioſum,qm̃ omne aurum in comparatione illius harena
exigua eſt,& tanq̃ lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius, Iob.28. Non dabiť aurum
obriſum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A obriſum pro ea, nec appendetur argentum in cõmutatione eius. Et ſequitur obedientia prophe
tæ in viſione hoc præſignans, ⌊& tuli, ⌋hoc eſt afferendos prophetaui à Iuda proditore, ⌊tri-
ginta argenteos, ⌋qui decima fuerunt trecentorꝝ denariorꝝ, quibus vendi poterat vnguentum
quod mulier effudit ſuper caput Ieſu recumbentis, quam proditor ſubtrahere cogitauerat, & cũ
non poſſet in vnguento, dñm maieſtatis pro decima vendidit, vt damna furti ſui ſaltem in deci-
ma recuperaret, ⌊& proieci illos, ⌋hoc eſt proijciendos ꝓſignaui, ⌊in domum dñi, ⌋vbi ſapien-
tes æſtimatores fuerunt, Matth.27. Et proiectis argenteis in templo, abijt & laqueo ſe ſuſpẽdit,
⌊ad ſtatuarium, ⌋Quidã dicunt, fictorem ſtatuarꝝ vel plaſten, hoc eſt, ad illos qui loco creatoris
ſederunt in ſede dei, vt ipſi iudicarẽt, ſi digno pretio venditus eſſet. Melius enĩ exponitur, ſtatua-
rius pro ponderatore, ſtater enĩ pondus eſt quo res ponderantur, inde ſtatuarius idem eſt quod
ponderator, & inde deriuatur ſtatera. Et ad ſtatuarium decorꝝ iubet referri, nõ ad ſtatuariũ d olo
ſum, qui res indigno pretio æſtimat, Prouer.11. Statera doloſa, abominatio eſt apud deum, & põ
dus æquum voluntas eius. Et ſubdit, ꝙ hac ingratitudine abiecti ſunt, ⌊& ⌋ideo ſupple ⌊præci-
di virgam meã ſecundã, ⌋id eſt populũ meũ peculiarẽ, ⌊quę ⌋.ſ. virga ⌊appellabat funiculus, ⌋
Pſal.15. Funes ceciderũt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea ꝑclara eſt mihi. Et quod dixit,
ſubdit exponendo, ⌊vt ⌋conſequutiue & nõ cauſatiue legendũ eſt, ⌊diſſoluerem germanitatẽ, ⌋
hoc eſt fœdus initũ, ⌊inter Iudam, ⌋id eſt duas tribus, ⌊& Iſrael, ⌋ hoc eſt decem tribus ex vna
parte, & inter me ſupple ex altera parte, & ſic à cura mea & regimine meo abiecti ſunt Iudæi &
quidã Chriſtiani Iudaizantes, qui omnia recta peruertunt. Aliter hoc exponũt, dicentes, ꝙ ꝑ tri
B ginta argenteos, triginta mandata legis intelliguntur, quę facere iubentur, & hæc ſunt affirmati-
ua mandata, quę Exo.20. & vſq; ad.24. continent. Et rurſum alia. xxxvi. ſunt quæ prohibeban-
tur, & dicunt, ꝙ ſi reddant obedientiam mandatorꝝ, tunc dignã mercedem reddant paſtori, ſin
autem, proijciendi ſint. Sed hoc falſum eſt, multo enĩ plura ſunt mendata in lege affirmatiua, q̃
triginta, & multo plura negatiua q̃ trigintaſex. Præterea triginta argenteos tanq̃ indignos ſe iu-
bet proijci dñs, obedientiam mandatorꝝ tanquã vilem nunquã iubet proijci, & ideo his tanquã
fabulis abiectis ſequentia proſequamur. ¶ ⌊Et dixit dñs ad me, ⌋præſciens & ꝓſignans ꝙ in no-
uiſſimis temporibus Iudæi ad Antichriſtũ tanquã ad paſtorem peruertendi erant, Et quia multi
in eccleſia falſi paſtores erant ſurrecturi, ⌊adhuc ⌋poſt duas virgas ꝓciſas, ⌊ſume tibi ⌋ ad demõ
ſtrationem certitudinis prophetalis, ⌊vaſa ⌋.i. inſtrumenta, ⌊paſtoris ſtulti, ⌋ hoc eſt, neſcientis
officium paſtoris ad gregem & non curantis ſcire. Et ſubdit cauſam quare hoc prophetandum
eſt, ⌊quia ecce ego ſuſcitabo, ⌋hoc eſt ſuſcitari promittam, Iob.34. Deus regnare facit hominẽ
hypocritã propter peccata populi, ⌊paſtorem, ⌋ figurã & non veritatem paſtoris habentẽ, ⌊in
terra, ⌋hoc eſt in his qui amant terrena, ⌊qui derelicta nõ viſitabit, ⌋derelicta dicunt, quę prę in-
firmitate gregem ſequi nõ poſſunt ad communia paſcua, Contra quod dicit dñs Matt.25. Infir
mus fui & viſitaſtis me, ⌊diſperſum non quęret, ⌋ diſperſum dicit à grege per errorẽ ſeparatũ.
Contra quod dicit Matth.18. Vadit ad illam quę perierat donec inueniat illam, & cũ inuenerit,
ponit in humeros ſuos gaudens & dicit, cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meã quam perdi
deram, ⌊& cõtritum non ſanabit, ⌋cõtritum eſt quod tentationibus diaboli infirmatũ eſt, Con-
tra quod dicit in Pſal.146. Qui ſanat cõtritos corde & alligat contritiones eorꝝ, ⌊& id q̃d ſtat, ⌋
in virtute.ſ. & fortitudine, ⌊nõ enutriet, ⌋paſcua.ſ. miniſtrando, verbo cõſolationis & exhortati-
onis, Romañ.14. Suo dño ſtat aut cadit, ſtabit aũt, potens eſt enĩ deus ſtatuere illum, ⌊& carnes
C pinguium comedet, ⌋à diuitibus enĩ & à pauperibus quæq; delicatiora ſtudent abſtrahere, Mi
chęæ.3. Qui comedũt carnem populi mei & pellem eorꝝ deſuper excoriauerunt, & oſſa eorꝝ cõ-
fregerunt & cõciderunt ſicut in lebete & quaſi carnes in medio ollæ, ⌊& vngulas eorꝝ diſſoluet ⌋
vngulæ quæ firmant pedes, firmitatem virtutis ſignificant, quę firmat affectus, Quas vngulas
mali pręlati diſſoluunt per malum exemplũ, Gloſſa Hierony. Paſtor bonus ægrotantia pecora vi
ſitat, diſperſa perquirit, relicta affert, laſſa ſuſtentat. Malus paſtor, ecõuerſo omnia peruerſe agit,
Eſa.40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leua
bit, fœtas ipſe portabit. Vnde vaſa paſtoris ſapientis, ſunt canis latrans in officio prædicationis,
pera in prouidentia pabuli, baculus regiminis in rectitudine vitæ, fiſtula in deuotione orationis,
& laudis. Vaſa vero paſtoris ſtulti, eſt lupus pro cane, in pera ſerpens aſtutiæ diabolicæ, pro ba-
culo peruerſitas vitæ, pro phiſtula cantus inordinatus mundanæ concupiſcentiæ. Hunc paſtorẽ
ſic præſignatum vocat, ſubdens, ⌊O paſtor, ⌋& ſubdit emendans dictionem, nõ exponẽs, ⌊& ⌋
.i. ⌊idolum, ⌋ac ſi dicat, male dixi, paſtor, quia idolum es paſtoris, & non veritas.1. ad Corint.8.
Scimus quia idolum nihil eſt in mundo. Et emendationis ſubdit rationem, dicens, ⌊derelinquens
gregem ⌋.1. Regũ.17. Vbi dereliquiſti pauculas illas oues in deſerto? Et ſubdit condemnationẽ,
⌊gladium ſuper brachium eius, ⌋hoc eſt ſententia condemnationis æternæ ſuper brachium for
titudinis, quo viribus & nõ iure dominabatur ouibus, Ezechie.34. Cum auſteritate imperabatis
eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, ⌊& ſup oculum dextrum eius, ⌋ hoc eſt quẽ re-
putat dextrum, totam enĩ intentionem conuertit ad temporalia. Quomodo aũt hoc fiat, ſubdit,

Chriſtum cur Iudas prodidit.

Futilis Iudæorꝝ commentarius.

Deo irato, regnat hypocrita.

Bonus paſtor.

Inſtrumẽta boni paſt.

Inſtrumẽta mali paſt.

⌞brachium eius ariditate ſiccabitur, ⌟deſtitutione.ſ.confortantium in inferno, Eſa.17. Attenua- D
bitur gloria Iacob & pinguedo carnis eius marceſcet, ⌞& oculus dexter eius, ⌟ id eſt quem repu-
tat dextrum, ⌞tenebreſcens, ⌟ſupple in inferno, ⌞obſcurabitur, ⌟.1.Regum.11. In hoc feriam vo-
biſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrum oculos dextros, ponamq́ꝫ vos opprobrium in vni-
uerſo Iſrael.1.Regum.2. Impij in tenebris conticeſcent.

## ¶In cap. XII. Zacha. prophetæ enarratio.

ONus verbi domini.⌟ In præcedentibus dictum eſt de peccato maloꝝ paſtorum
ſed quia peccatũ hoc ſæpe redundat in ouium detrimentũ, ideo agitur hic de tri-
bulatione Hieruſalem, quę accidit propter peccata paſtorũ. Et ideo primo hic
ponitur titulus & ſecũdo prophetia tribulationis huius. ⌞Onus verbi dñi, ⌟hoc
eſt onus de quo eſt verbũ prophetiæ huius, ⌞ſuper Iſrael⌟ ſupple opprimendũ
eſt iſtud quod nunc deſcribam, Simile Eſa.22. Onus vallis viſionis. Vallis enim

Hieruſalẽ vallis viſionis dicta

viſionis Hieruſalem & Iudæa fuit ex pulchritudine ſpectabilis. Et ſubdit de potentia imponen-
tis onus illud, ⌞& dixit dñs, ⌟qui omnia poteſt & verax eſt, Tit.1. Quam promiſit qui non men-
titur deus, ⌞extendens cœlum, ⌟vt omnium.ſ.capax, viſibilium & inuiſibilium creaturaꝝ. Da-
maſcenus: Cœlum eſt cõtinentia viſibilium & inuiſibilium creaturaꝝ, quod deus extendit ſicut
pellem, quia ſicut pellis extenſa ſuper hominem, omnia illius membra tegit & continet, ita &
cœlum omnia ambit atq; complectitur, Sapiæ.1. Spũs domini repleuit orbem terrarum & hoc
quod continet omnia, hoc eſt cœlum, Pſal.103. Extendens cœlum ſicut pellem, ⌞& fundans ter-
ram, ⌟locum.ſ.generationis, Pſal.103. Qui fundaſti terram ſup ſtabilitatem ſuam, nõ inclinabi-
tur in ſeculũ ſeculi, & hoc in corporalibus creaturis ſupremis & infimis, ⌞&⌟ in ſpũalibus, ⌞fin- E

Animã humanã deus creat.

gens, ⌟id eſt creans & formans, ⌞ſpm̃ hominis, ⌟id eſt animam, ⌞in eo, ⌟quia infundendo cre-
at & creãdo infundit, Pſal.32. Qui finxit ſigillatim corda eoꝝ.i.animas, Eſa.57. Spũs à facie mea
egredietur, & omnem flatum ego facio, Gene.2. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & fa-
ctus eſt homo in animam viuentem. Sic ergo oſtendit ꝙ poteſtatem habet in corporalibus &
ſpũalibus creaturis. Et ſubdit onus. ⌞Ecce ego, ⌟poteſtate mea, nõ alius, ⌞ponam Hieruſalem⌟
propter peccata paſtoꝝ, ⌞ſuperliminare crapulæ, ⌟inter ſuperliminare & limen introitus eſt, &
eſt ſenſus, Ponam Hieruſalem patentem introitum omnibus aduenientibus, ſicut ad crapulam,

Supliminare crapulæ

qua inſatiabilis cupiditas auarorum venientium ad prædam paſcatur, Iob.30. Quaſi rupto mu-
ro & aperta ianua, irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. Et hæc eſt literalis ex-
poſitio, Hieronymus tamen aliter dicit, ſuperliminare crapulæ, vt quicunq; limen eius habitan-
do attigerit, inebrietur & crapula preſſus corruat. Vel, ſuperliminare corruet & opprimet eum.
Et quia Romani tunc monarchiam tenebant & omnes populos ſecum venire quærebant, ſequi-
tur, ⌞in omnibus populis in circuitu, Pſalm̃.3. Domine quid multiplicati ſunt qui tribulant me,
multi inſurgunt aduerſum me. Et quia Romani captis ciuitatibus Iudææ ciues aliarum ciuita-
tum compulerunt ſecum venire in obſidionem contra Hieruſalem, ideo ſequitur, ⌞Sed & Iuda⌟
hoc eſt ciuis & incola Iudææ, ⌞erit in obſidione contra Hieruſalem, ⌟ Hierem̃.2. Audiui contu-
melias multorum & terrores in circuitu, perſequimini & perſequamur eum, ab omnibus viris
qui erant pacifici mei & cuſtodientes latus meum, Cant.1. Filij matris meæ pugnauerunt con- F
tra me. Et ſubdit ſecundam ſimilitudinem, ⌞Et erit, ⌟ confirmatio ſequentium eſt, 1.Regum.9.
Omne quod loquitur abſq; dubio eueniet, ⌞in die illa, ⌟ clarente.ſ.iuſtitia vltionis peccatorum,
⌞ponam Hieruſalem lapidem oneris, ⌟id eſt, ſicut lapidem oneris, ⌞cunctis populis, ⌟in quo om-
nes vires ſuas probent & examinent, Hieroñ. Mos erat in Iudæa, in aliquo loco celebri poni la-
pides rotundos grauiſſimi põderis, quos iuuenes pro varietate virium probandarum alij vſq; ad
genua, alij vſq; ad vmbilicum vel etiam ſuper verticem extollebant, nec prius ad agonem deſcẽ-
debant quàm ex eleuatione põderis ſciretur, quis cui comparari deberet. Eſt ergo ſenſus, Ponet
Hieruſalem gentibus quaſi grauem lapidem, ſubleuandum, & leuabunt eam, hoc eſt, pro virium
varietate vaſtabunt. Sed grauis lapis dum leuatur, in leuantium corporibus ſciſſionem & iunctu-
rarum diſlocationem vel raſuram relinquit. Et hoc eſt quod ſequitur ⌞omnes qui leuabunt eã⌟

Perſecutor eccleſiæ vltione reciproca feriendus

.ſ.Hieruſalem, ⌞conciſione lacerabuntur⌟.i.non impune tranſibunt, Hierem̃.2. Sanctus Iſrael
domino, primitiæ frugum eius, omnes qui deuorant eum delinquunt, ira dei veniet ſuper illos. Et
quod dixit, exponit, ſubdens, ⌞&⌟.i.quia ⌞colligentur aduerſus eam⌟ Hieruſalem.ſ. ⌞omnia re-
gna terræ, ⌟hoc eſt vires omnium regnorum in vno, quod monarchiam omnium regnorũ te-
nuit, Pſal.2. Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum, Gene.16. Manus eius con-
tra omnes & manus omnium contra eum, Hoc facile eſt exponere de pugnantibus contra eccle-
ſiam, ſiue paganis, ſiue Iudæis, ſiue hæreticis, ſiue falſis Chriſtianis, & concordãtiæ inductę vtrũ-
q; ſenſum confirmant. ¶⌞In die illa.⌟ Hic incipit ſecunda pars ſuperius inductæ diuiſionis in
principio vndecimi cap. Et agitur hic de profectu eccleſiæ, & diuiditur in tres partes. In prima
profectus eccleſiæ deſcribitur. In ſecunda amaritudo pœnitẽtium conuerſorum, ibi, Et aſpicient
ad me quem confixerunt. In tertia ablutio peccati per grãm ſacramentalem, infra .13. ibi, In die

illa

A illa erit fons. In prima ſeptē ſunt paragraphi. In quorum primo deſcribit ablatio ſuperboꝝ. In ſecūdo reſpectus gratiæ in profectū electoꝝ. In tertio zelus p̄latorum, ad confortationē ſubditorum. In quarto ignitū eloquium doctorum. In quinto, protectio conuerſorum. In ſexto vocatio gentiū. In ſeptimo deuotio omniū. Hæc em̄ ad literā in Iudæis nunq̄ facta ſunt, & ideo de eccleſia exponēda ſunt. ⌊In die illa⌋ clarente gratia eccleſiæ, ⌊dicit dominus⌋ cuius dictum non excidit, ⌊percutiet dominus⌋ hoc eſt, deponet à ſuperbia, ⌊omnem equum⌋ hoc eſt, præcipitē audaciam ſuperborum. 1. Para. 18. Equos eoꝝ ſubneruauit. Pſalm̄. 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus. Item pſal. 32. Fallax equus ad ſalutem, ⌊in ſtupore⌋ hoc eſt, inſenſibilitate, vt. ſ. nec per timorem ſentiat pœnas, nec ꝑ amorem beneficia, ⌊& aſcenſorem eius⌋ diabolum. ſ. vel liberum arbitriū, ⌊in amentia⌋ hoc eſt, inſania, vt. ſ. nullam cognitionem veri habeant, Exodi. 15. Equum & aſcēſorem proiecit in mare, hoc eſt, in profundum amaritudinis, Gene. 49. Mordēs vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro, Lucæ primo: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Et ſubdit de reſpectu gratiæ in electos. ⌊Et ſuper domum Iuda⌋ hoc eſt ſuper familiam confitentium & laudantium dominum, ⌊aperiam oculos meos,⌋ in apertione oculorum lumen effunditur & expanditur & notatur quod expandetur ſuper eos lumen gratiæ diuinæ, Danie. 6. Aperi oculos tuos & vide deſolationem noſtram. Pſalmo triceſimoprimo: In via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos, Sapientiæ quarto: Reſpectus eius in electos eius, ⌊& omnem equum populorum⌋ hoc eſt, præcipitem arrogantiā ſuperborum, ⌊percutiam cęcitate,⌋ vt ambitione. ſ. ex-
B cæcati recta non videant, Eſaiæ ſexto: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. Et ſubdit de congratulatione profectus ſubditorum, ⌊& dicent duces Iuda in corde ſuo,⌋ hoc eſt, ex intimis præcordijs hoc deſiderantes, prælati eccleſiæ ⌊confortentur mihi⌋ hoc eſt, ad profectum gaudij mei, Pſal. 67. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nepthalim, ⌊habitatores Hieruſalem,⌋ viſionis. ſ. æternæ pacis, ⌊in domino exercituū deo eorum⌋ hoc eſt in virtute dn̄i. Quoꝝ vnus dicit Philip. 4. Fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudiū meū & corona mea, ſic ſtate in dn̄o chariſſimi. Et ſubdit de ignito eloquio doctoꝝ. ⌊In die illa⌋ clarente gratia verbi dei, ⌊ponā duces Iuda⌋ doctores. ſ. glorificantium & confitētium deo, ⌊ſicut caminum ignis in lignis⌋ Ignis enim qui extra lucet in ore, intus in corde feruet vt caminus in deuotione, Eſa. 31. Cuius ignis in Sion, & caminus in Hieruſalem. Dicit autem in lignis, quia populos incendit ſicut ligna, & grauiora peccata quæ in eis erant, conſumit, ⌊& ſicut facem⌋ .i. faculam ignis, ⌊in fœno⌋ hoc eſt, in minoribus cremabilibus. ſ. in venialibus peccatis, Ecc̄i. 48. Surrexit Helias quaſi ignis, quia verbum illius quaſi facula ardebat, ⌊& deuorabūt ad dexteram⌋ hoc eſt, diuites & nobiles, qui per dexteram intelligūtur, quia in proſperitate ſunt, ⌊& ad ſiniſtram⌋ pauperes. ſ. conuertendo, quorum penuria per ſiniſtram intelligitur, ⌊omnes populos in circuitu,⌋ ſine diſcretione ꝑſonarum conuertentes, & ſibi incorporantes, Pſal. 90. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Sicut dictum eſt Petro, Actoꝝ. 10. Macta & manduca. Illis autem incorporatis prælatis eccleſiæ, de habitatione & frequentia eccleſiæ ſubdit. ⌊Et habitabitur Hieruſalem rurſum⌋ hoc eſt, iterato, ⌊in loco ſuo⌋ hoc eſt, in fide & ſtabilitate vitæ patriarchaꝝ. Eſa. 1. Reſtituā iudices tuos, vt fuerūt prius & conſiliarios tuos ſicut antiquitus, poſt hoc vocaberis ciuitas ſancta, vrbs fidelis, ⌊& ſaluabit dn̄s tabernacula Iuda,⌋ hoc eſt, eccle-
C ſias particulares & modos viuēdi in eccleſia, Nume. 24. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, tētoria tua Iſrael, Pſal. 83. Quàm dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū, ⌊ſicut in principio⌋ in deuotione patriarchaꝝ, Thren̄. vlt. Innoua dies noſtros, ſicut à principio. Et hoc quidē faciet dn̄s virtute propria, ⌊vt nō magnifice glorietꝰ domus Dauid,⌋ domus, hoc eſt, familia Dauid, ſunt doctores & p̄lati eccleſię, q profectū eccleſiæ ſibi attribuere nō poterūt. Pſal. 113. Nō nobis dn̄e non nobis, ſed nomini tuo da gloriā, Ezech. 36. Nō propter vos ego faciā domus Iſrael, ſed propter nomen meum, ⌊&⌋ ſupple nō magnificet ſe & extollat, ⌊gloria habitantiū Hieruſalem⌋ hoc ē clericoꝝ & religioſoꝝ, ⌊contra Iudā⌋ hoc eſt cōmunē plebē, tanq̄ profectus q in plebe ē, induſtria & laboribus eoꝝ ꝑfectus ſit. 1. Corinth. 1. Vt nō glorietꝰ oīs caro corā illo, Roman̄. 3. Vbi eſt gloriatio tua excluſa eſt. Impij Iudæi hæc ꝑuertentes, dicūt ꝙ hæc intelligunt de principibus Iudæoꝝ obſeſſis in Hieruſalē, q pro tp̄e prorūpentes à dextris & à ſiniſtris proſtrauerūt hoſtes, q̄ſi ignis deuorātes, cū Egeſippus & Ioſephus hiſtoriographi nihil taliū narrēt, ſed potius ꝙ cōcluſi erant quaſi mures in antris, & ſi quis eoꝝ quaſi fugiens latenter apparuit, ſtatim à Romanis exēterabatur, vt aurum in viſceribus eius quæreretur. Nec dicere poſſunt qualiter tabernacula Iuda habitata fuerint, ſicut à principio. Et propter hoc tanquam mendoſa relinquentes, certam proſequamur expoſitionem. Subdit ergo de protectione deuotorum in eccleſia. ⌊In die illa⌋ clarēte. ſ. gratia diuina. 2. Macha. 1. Tempus adfuit quo ſol refulſit, qui prius erat in nubilo, ⌊proteget dominus habitatores Hieruſalem⌋ ab impugnatione ſcilicet dæmonum & hoſtium, Eſaiæ quadrageſimonono: In vmbra manus ſuę protexit me, Pſal. quinquageſimoſexto: Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabo, donec trāſeat iniqtas. Et poſſet obijci, ꝙ etiā tunc homines erunt, & peccabunt, & ita iram dei merebuntur, reſpondet, ⌊& erit⌋ ſupple ex propiciato meo, ⌊q offenderit ex eis,⌋

Oculi dn̄i ſemꝑ pijs aperti.

Charitas dei caminꝰ eſt ignis.

Iudæoꝝ inane figmētum.

Arcta Hieroſolymorū obſidio.

 venia-

venialiter.ſ.vel mortaliter.Iacobi.3.In multis offendimus omnes.⌊In die illa⌋ quæ.ſ.nihil no- D
Peccatorũ facilis condonatio
ctis habet.Pſalm.138.Nox ſicut dies illuminabitur,& nox illuminatio mea in delitijs meis,hic in-
quam talis,⌊erit quaſi Dauid⌋.i.facile ad gemitũ vnum miſericordiã conſequens.2.Reg.12. Di-
xit Dauid,peccaui,& Nathan propheta,ex domino ſtatim reſpondit,tranſtulit dñs pctm̃ tuum
& non morieris,Pſal.31.Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã meã dño & tu remiſiſti iniqui-
tatem peccati mei.Hoc probat parabola de filio prodigo & patre recipiente,Luc.15.⌊& dom⁹
Dauid⌋ hoc eſt familia Chriſti,manu fortis in actione,& aſpectu deſiderabilis in contẽplatione
hoc eſt innocẽtes,ſupple erũt,⌊quaſi dei⌋ paticipatiue em̃ dij ſunt,Pſal.81.Ego dixi dij eſtis,&
filij excelſi om̃es.Et hoc explanat ſubdens,⌊ſicut angelus dñi in cõſpectu eius,⌋.ſ.dei,ſupple e-
runt.Angelorũ em̃ puritatẽ & cœlibatum præferũt,Matth.19.Erunt ſicut angeli dei in cœlis.Et
ſubdit de gentiũ vocatiõe.⌊Et erit⌋ cõfirmatio ſequentiũ eſt,⌊in illa die⌋ lucẽte veritate,⌊quæ-
ram⌋ per apoſtolos,⌊conterere⌋ quantũ ad gentilẽ ritum,⌊oẽs gẽtes⌋ Hiere.23.Nonne verba
mea ignis ſunt,& quaſi malleus conterẽs petras,hoc ẽ,duritias cordiũ gentilium,⌊quæ⌋.ſ.gẽtes,
⌊veniunt⌋ infidelitatis impetu,⌊cõtra Hieruſalẽ⌋ hoc eſt,contra eccleſiã,Gene.49.Manus tuæ
in ceruicibus inimicorũ tuorũ,Pſal.17.Perſequar inimicos meos & cõprehendã illos,& non con-
uertar donec deficiant.Et ſubdit de deuotione cõuerſorũ.⌊Et effundã,⌋ fluenta gratiæ.ſ.largi-
ter,⌊ſup domũ Dauid⌋ hoc eſt,ſup familiã Chriſti,⌊&⌋.i.⌊ſuper habitatores Hieruſalẽ⌋ hoc
eſt eccleſiæ,⌊ſpm̃⌋ ſanctũ.ſ.meũ,⌊gratiæ⌋ in remiſſione pctõrum & operatione virtutũ.1.ad
Corinth.12.Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpũs ad vtilitatẽ.Iohan.1.De plenitudine eius oẽs acce-
pimus gratiam pro gratia,⌊&precum⌋in deuotione orationis pro ſe & pro alijs,Roma.8.Quid
oremus ſecũdum q́ oportet neſcimus,ipſe aũt ſpũs poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabili- E
bus,hoc eſt,docet poſtulare,& inclinat ad poſtulãdum. ¶⌊Et aſpicient me⌋ Hic tangitur de
planctu pœnitentium.Primo in cõmuni,& ſecũdo in ſpeciali,ibi,Et planget terra.In communi
tria dicit.ſ.planctus amaritudinẽ,planctus magnitudinẽ,& his duobus p̃mittit cauſam planctus.
⌊Et aſpicient ad me⌋ per fidei.ſ.deuotionẽ,vel nunc vel in fine tẽporũ.2.Para.20.Cũ ignora-
mus qd agere debeamus,hoc ſolũ habemus reſidui,vt oculos noſtros dirigamus ad te,Matt.26.
Ammodo videbitis filiũ hominis ſedentẽ à dextris virtutis dei,& venientẽ in nube cũ poteſtate
magna,⌊quẽ confixerũt⌋ pctã.ſ.faciendo,vel filium dei crucifigendo,Malach.3.Si configit ho-
mo deũ ſuum,qa vos cõfigitis me,Iohan.19.Videbũt in quẽ transfixerũt,Apoca.1.Ecce venit cũ
nubibus,& videbit eũ om̃is oculus,& q eũ pupugerũt,⌊& plangẽt eũ,⌋ hoc eſt,pctm̃ quod cõ-
miſerũt in eum,Hiere.9.Quis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontẽ lachrymarũ,& plorabo
Chrũs vnigenitus.
die ac nocte,⌊planctu quaſi ſup vnigenitũ⌋ quia ad literã dñs noſter vnigenitus eſt,& patris &
matris,Iohan.1.Vidimus gloriã eius,gloriã quaſi vnigeniti à patre.Hiere.Luctum vnigeniti fac
tibi,planctũ amarũ,⌊& dolebũt⌋.ſ.tacti dolore cordis intrinſecus,Gene.6.⌊ſuper eũ ſicut dole-
ri ſolet in morte primogeniti,⌋ In primogenito em̃ quia p̃clarior natio eſt,& floret in eo vigor
patris & matris,maior dolor eẽ cõſueuit,tamẽ dñs Apoca.1.dicitur primogenitus mortuorũ.Et
Coloſſ.2.dicitur primogenitus om̃is creaturæ,Heb.1.Cũ inducit primogenitũ in orbẽ terræ,di-
cit,& adorẽt eũ oẽs angeli dei.Et ſubdit de magnitudine plãctus.⌊In die illa⌋ pœnitẽtiæ.ſ.vel
extremi iudicij,⌊erit plãctus magnus in Hieruſalẽ,⌋ hoc ẽ,in eccleſia,vel in mundo,⌊ſicut plan- F
ctus Adadrimon⌋ hoc eſt,q fuit iuxta ciuitatem Adadrimon,⌊in campo Mageddon⌋ hoc eſt
in campeſtribus ſic vocatis.Hieronymus,Adadrimon vrbs eſt iuxta Iezrahel quæ Marimiano-
polis hodie vocatᷓ,in campo Mageddon,in quo Ioſias rex iuſtus à Pharaone Nechao vulnera-
Ioſias rex a Pharaone interfectus.
tus & interfectus eſt.4.Reg.23.Super quo lamentationes ſcribit Hieremias.Sicut ergo eo tẽpore
poſt reges pctõres,om̃is ſpes populi erat in Ioſia,& illo occiſo magnus planctus in vrbe cõmo-
tus eſt.Ita crucifixo ſaluatore renouabitᷓ planctus in Hieruſalem,Luc.23.Sequebatᷓ autem Ieſum
multa turba populi & mulierũ quæ plangebant & lamentabantᷓ eum.Et infra poſt pauca:Om̃is
turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculũ iſtud,& videbant quod fiebat,percutientes pecto-
ra ſua reuertebantur,hoc tamen maxime fiet in die iudicij,quãdo cum plagis oſtendet ſe domi-
nus,⌊& planget terra⌋ tunc.ſ.vniuerſaliter.Amos.5.In omnibus plateis planctus,& in cunctis
qui foris ſunt,dicetur væ væ.Et hoc quod dixit vniuerſaliter dicit ſpiritualiter.⌊Familiæ,⌋ hoc
eſt cognationes,⌊& familiæ ſeorſum⌋ vt ſcilicet quælibet cognatio,& communem habeat plã-
ctum & ſingularẽ,Amos quinto:In omnibus vijs erit planctus,hoc eſt,p omnes diſtinctiones
hominum,Sapientiæ decimooctauo:Reſonabat inconueniens inimicorum vox & flebilis audie
batur planctus ploratorum infantium.Et tangit quatuor diſtinctiones,vt ſimilia de omnibus a-
lijs intelligantur,⌊familiæ domus Dauid ſeorſum⌋ per Dauid,hi qui in dignitatibus & potenta-
tibus ſunt cõſtituti intelligũtur,qa Dauid rex fuit,Sapiæ.6.Exiguo cõcedit miſericordia,potẽtes
aũt potẽter tormẽta patientur.Vnde illi plangũt,qa per eos crucifixus eſt dñs,& in ſe & in mẽ-
bris,Hiere.13.Dic regi & dñatrici,humiliamini,ſedete in terra,qm̃ de capite veſtro deſcẽdit coro
na gloriæ veſtræ,⌊& mulieres eorum ſeorſum⌋ mulieres non dicũtur hic tam à ſexu q̃ ab infir-
mitate,& intelligũtur q inter principes ex infirmitate peccauerũt,qui qa minus puniẽtur,minus
habent

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A habent plangere.2.Reg.1.Sicut mater vnicum amat filium,ita te diligebam,Hiere.9. Vocate la-
mentatrices vt veniant,& ad eas quæ ſapientes ſunt mittite,& properent & feſtinent, ⌊familiæ
domus Nathan ſeorſum⌋ Per Nathan intelligitur tribus prophetarum ſiue cognatio, quia etiã
prophetæ,& maxime pſeudo contra dominum peccauerũt,Hiere.5.Prophetę prophetabãt mẽ
dacium,& ſacerdotes applaudebant manibus ſuis,& populus meus dilexit talia,Oſee.6. Propter
hoc dolaui in prophetis,& occidi eos in verbis oris mei,⌊& mulieres eorum ſeorſum,⌋ in pro-
phetis.ſ.ex infirmitate peccantes,⌊familiæ domus Leui ſeorſum⌋ Per Leui ſacerdotalis cogna-
tio ſiue congregatio intelligitur,quia etiam ſacerdotes ad crucifixionem domini & Chriſti coo-
perati ſunt,Iohelis ſecundo:Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes & miniſtri domi-
ni,⌊& mulieres eorum ſeorſum,⌋ hoc eſt inter eos ex infirmitate , vel ex ignorantia peccantes.
Pſal.6.Miſerere mei domine,quoniam infirmus ſum,ſana me domine quoniam conturbata ſunt
oſſa mea,⌊familiæ Semei ſeorſum⌋ Hieronymus,In Semei doctores intelliguntur, ex hac enim
tribu magiſtrorum agmina pullulauerunt. Hoc neſcio,quare ſit niſi propter nominis interpreta
tionem.Semei enim,audi mi,vel audi me,vel auditio mea interpretatur , & ſcribe qui doctorum Semei.
vicem habebant contra deum & Chriſtum eius,conſilio operati ſunt .1.Eſdræ.9. Manus magi-
ſtrantium prima fuit in tranſgreſſione hac,⌊& mulieres eorum ſeorſum,⌋ ex infirmitate.ſ.pec-
cãtes inter doctores.Mulier enim mutabilis eſt,& infirmius vaſculum,Romañ.15.Debemus nos
B firmiores imbecillitates infirmiorum ſuſtinere & nõ nobis placere.Ex iſtis inductis inducit vni-
uerſale,⌊omnes familiæ reliquæ⌋ militum.ſ.mercatorum & ſingula artificia operantium,⌊fami
liæ & familiæ⌋ ſecundum diuerſitates earum, ⌊ſeorſum⌋ ſupple plangent, ⌊& mulieres eorum
ſeorſum⌋ ex infirmitate.ſ.peccantes in familijs illis, Apoca.1.Plangent ſe ſuper eum omnes tri-
bus terræ.Sicut eñ om̃es peccauerunt,ſic om̃ibus indicitur planctus. Hieronymus, Quod ſeor- In tribulatione,cõiugio non in ſeruiẽdum
ſum plangunt,ſignificat ꝙ tẽpore tribulationis non debemus ſeruire coniugijs & operibus nu-
ptiarum,Iohelis.2.Egrediatur ſponſus de cubili ſuo,& ſponſa de thalamo ſuo.

¶In capitulũ decimumtertiũ Zachariæ prophetæ enarratio.

IN die illa⌋ Hic tangit de ablutione pœnitentium per fontem gratiæ ſacramẽta-
lis.Diuiditur autem pars iſta in tres partes.In prima agit de ablutione peccatoꝝ.
In ſecunda de purificatione populi à malis,ibi, Et pſeudoprophetas . In tertia de
zelo religionis,ibi,Et erit cum prophetauerit quiſpiam.⌊In die illa⌋ clarẽte.ſ.lu-
ce veritatis.Romañ.13.Abijciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lu
cis,ſic vt in die honeſte ambulemus,⌊erit fons patens⌋ nulli.ſ.vetitus,nulli nega-
tus.Eſaiæ quinquageſimoquinto:Oẽs ſitientes,venite ad aquas,⌊domui Dauid⌋ eccleſiæ Chri-
ſti.ſ.Eſaiæ duodecimo:Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, fontes enim iſti manãt
aquas abſolutionis in gratia ſacramentorum & aquas doctrinæ in verbo doctoꝝ,& aquas refri-
gerij in conſolatione tentatorum,& aquas humectantes in rigatione aridorum,Geneſis ſecũdo:
Fluuius egrediebatur de loco voluptatis qui hinc inde diuiditur in quatuor capita,⌊& habitanti-
bus Hieruſalem,⌋ hoc eſt,totam eccleſiam,Numerorum viceſimo:Aperi eis theſaurum tuũ fon
tem aquæ viuæ,vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum, ⌊in ablutionem peccatoris,⌋ qui actualiter
peccauit,⌊& menſtruatæ⌋per quod intelligitur originale peccatum,Pſalmo quinquageſimo:La
C uabis me & ſuper niuem dealbabor. Eſaiæ quarto:Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion ,&
ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpũ ardoris,⌊& erit⌋ confirma-
tio ſequentium eſt.⌊In die illa⌋ lucente.ſ.gratia, ⌊dicit dominus exercituum⌋ Eſaiæ quinqua-
geſimooctauo:Orietur in tenebris lux tua,⌊diſperdam nomina idolorum de terra⌋ quæ ſcilicet
quilibet ſibi finxit ad colendum,auarus nummum,luxurioſus Venerem,guloſus ventrem, ſuper-
bus Iouem,iracundus Martem,immundus Saturnum,accidioſus Dianam,Eſaiæ ſecũdo : Eleua-
bitur dominus ſolus in die illa, & idola penitus conterentur, ⌊& non memorabuntur vltra,⌋ in
ore ſcilicet cuiuſquam,Oſee ſecundo:Auferam nomina Baalim de ore eius,Ezechielis triceſimo-
ſexto:Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ve-
ſtris,& ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et de ſeparatione malorum hominum ſubdit,
⌊& propheras⌋ ſcilicet pſeudo,Eſaiæ nono:Propheta docens mendacium ipſe eſt cauda,operit
enim turpitudines aliorum,Hieremiæ viceſimotertio,Hæc dicit dominus exercituũ ad prophe-
tas:Ecce ego potabo eos abſinthio,& cibabo eos felle,à prophetis eñ Hieruſalem egreſſa ẽ pol- Fictis miraculis vſgo nõ imponẽdum.
lutio ſuper omnem terram.Significant autem eos,qui temporibus noſtris ſpũ quodam propha-
natico inflati viſionibus fictis decipiũt populum,⌊& ſpiritum immundũ⌋ in quo.ſ.diuinãt,⌊au
feram de terra⌋.2.Para.18.Ero ſpũs mendax in ore omniũ prophetarum eius.Et ſubdit de zelo
religionis,⌊& erit⌋ cõfirmatio eſt,⌊cũ prophetauerit quiſpiã⌋ pſeudo.ſ.⌊vltra⌋ hoc eſt dein-
ceps,⌊dicẽt ei pater eius & mater eius⌋ plus diligẽtes legẽ,ꝗ affectũ carnalem.Deuter.21.Si ge-
muerit homo filium cõtumacẽ & proteruũ,q non audiat patris ac matris imperiũ,& cohercitus
obedire cõtempſerit,apprehẽdent eũ pater eius & mater eius,& ducẽt eum ad ſeniores ciuitatis.
Et poſt pauca.Lapidibus eum obruet omnis populus,maxime enim contumax eſt, qui ab hæ-
reſi cõ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reſi compeſci contempſerit. Et hoc eſt quod hic ſequitur, ⌊qui genuerũt eum nõ viues⌋ Gloſſa, D
ardore diuinæ ſeruitutis non expectantes publicum iudicium, hæreticis enim parci non debet,
morte enim dignus eſt qui deo fidem & animam furatur, Deuter.18. præcipitur interfici prophe
ta qui mendacium loquitur in nomine domini, Matth.7. Attendite à falſis prophetis, qui veniũt
ad vos in veſtimentis ouium. Et hoc eſt quod ſequitur hic, ⌊quia mendacium loquutus es in no
mine domini,⌋ vſurpato .ſ. Hiere.23. Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis
& decipiunt vos, viſionẽ cordis ſui loquũtur, & non de ore domini, ⌊& configent eũ⌋ verberi-
bus.ſ.& puncturis tribulationum, ⌊pater eius & mater eius genitores eius,⌋ affectũ.ſ. religionis
affectui naturæ p̃ponentes, Gene.22. Non pepercisti vnigenito tuo propter me, ⌊cum prophe
tauerit⌋ mendacium.ſ. contra religionem. In ſignum huius Helias occidit quadringentos viros
prophetas Baal, 3.Reg.18. Et ſubdit ꝙ ex hoc cauebũt de futuro & dolebũt de p̃terito, ⌊& erit⌋
cum.ſ. falſa prophetans iudicio parentũ condẽnabitur, ⌊in die illa cõfundentur prophetæ⌋ hoc
eſt erubeſcent de falſo vaticinio, ⌊vnuſquiſq; ex viſione ſua⌋ mẽdaci.ſ. ⌊cũ prophetauerit⌋ mẽ
dacium ſupple, Hiere.23. In prophetis Hieruſalẽ vidi ſimilitudinẽ adulterantiũ & iter mendacij,
& confortabãt manus peſſimorum vt nõ conuerterẽtur, vnuſquiſq; à malitia ſua, ⌊nec operientur
pallio ſaccino,⌋ vſurpabant enim habitum verorum prophetarum, vt ſub hoc pallio ſimplices de-
ciperent, Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊vt mentiantur⌋ hoc eſt, vt mentiri facilius poſſent. Tria em̃
faciebant, vſurpabant em̃ habitũ prophetarum, reuelationem iactabant diuinam, & in dolo quã-
doq; veritatem dicebant vt mendacium protegerent, Apoca.16. Vidi de ore draconis, & de ore E
beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ exire tres ſpũs immundos in modum ranarum, ⌊& dicet⌋.ſ.
pſeudopropheta conuictus & pœnitens, ⌊nõ ſum propheta⌋ confitens.ſ. veritatem, Amos.7.
Non ſum propheta nec filius prophetæ, ⌊homo agricola ego ſum,⌋ hoc eſt, laborator, & de la-
bore viuens, Pſal.127. Labores manuum tuarum quia manducabis, Iob.5. Homo naſcitur ad la-
borem, ⌊quoniam Adam⌋ hoc eſt, labor indictus Adæ, Gene.3. In ſudore vultus tui veſceris pa
ne tuo, ⌊exemplum meum⌋ in memoria.ſ. mea, ⌊ab adoleſcentia mea,⌋ vt.ſ. de labore & non
de mendacio viuam, Ecci.7. Nõ oderis laborioſa opera & ruſticationem à deo creatã, Ephe.4.
Qui furabat, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt
habeat vnde tribuat neceſſitatem patiẽti, ⌊& dicetur ei⌋ qui.ſ. fuerat pſeudo. ⌊Quid ſunt⌋ hoc
eſt, quid ſignificant, ⌊plagæ iſtæ⌋ hoc eſt, ſigna plagarum, ⌊in medio manuum tuarum?⌋ He-
bræus habet in terminis tuis, hoc eſt vbiq; per corpus. Hieronymus, Quid commiſiſti vt manus
tuæ configerentur? Eſaiæ primo: Vulnus & liuor & plaga tumens, non eſt circũligata, quaſi di-
cat, malefici ſigna in te apparent, ⌊& dicet⌋ pſeudopropheta.ſ. punitus. Hieronymus, in tãtum
fugabitur mẽdacium, & veritas obtinebit locum, vt etiam ipſe qui ſuo punitus eſt vicio, iuſte p-
peſſum ſe eſſe fateatur, Luc.23. Nos qdem iuſte, nam digna factis recipimus, ⌊his plagatus ſum
in domo eorum, qui diligebant me.⌋ Hieronymus, hæc vulnera recepi iudicio parentum cõdẽ-
natus, qui non oderant me ſed diligebant, etiam dum punirent, Deute.33. Qui dixerit patri ſuo &
matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodiuerunt elo-
quium tuum & pactum tuũ ſeruauerunt. ¶ ⌊Framea⌋ Hic incipit agere de Chriſti paſſione, &
effectu paſſionis, vnde in duo diuiditur. Primo enim agit de paſſione. Secũdo de effectu eius, in- F
fra.14. ibi, ⌊Ecce dies veniunt⌋ In prima tria ſunt.ſ. Chriſti paſſio, apoſtolorum diſperſio, diſper-
ſorum probatio, ⌊framea⌋ vocatiui caſus, paſſio quæ fremere facit dicit framea, Matth.26. Tri-
ſtis eſt anima mea vſq; ad mortem, Iohan.11. Infremuit intra ſeipſum, ⌊ſuſcitare⌋ hoc eſt, euigi-
la ad puniendum, ⌊ſup paſtorem meũ⌋ Chriſtũ.ſ. Iohan.10. Paſtor bonus animam ſuam po-
nit pro ouibus ſuis, ⌊& ſuper virum⌋ qui ſolus vir inter omnes eſt viros, Ecci.7. Virum de mil-
le vnum reperi, ⌊cohærentem mihi⌋ per vnionem diuinitatis, Iohan.14. Ego in patre, & pater
in me eſt, Iohan.10. Ego & pater vnũ ſumus, ⌊dicit dominus exercituũ⌋ cuius.ſ. voluntate paſ-
ſio Chriſti pfecta eſt. Vnde dñs dixit Petro prohibẽti paſſionẽ, Matth.26. Cõuerte gladiũ tuum
in locũ ſuum, Iohan.18. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Et reuertitur lo
quens ad frameam, ⌊percute paſtorẽ⌋ ac ſi dicat, ô framea ita ſuſcitare, quod percutias paſtorẽ
& occidas, Eſa.53. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum, Danie.9. Occidetur Chrũs & non erit
eius populus, qui eum negaturus eſt, ⌊& diſpergent oues gregis⌋ Gloſſa inducit illud Matth.26.
Tunc diſcipuli relicto eo omnes fugerunt, Hoc teſtimonio vſus eſt dominus, Matth.26. Omnes
vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſper
gẽtur oues gregis. Et ſubdit aliquid de conſolatione, ⌊& conuertam manum meam,⌋ collectio-
nis .ſ. ⌊ad paruulos⌋ pauculos.ſ.& humiles fideles. Hieronymus, relictis ſuperbis Iudæis humi-
lis magiſter colligit humiles diſcipulos, & adducit illud Lucæ.12. Nolite timere puſillus grex, quia
complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Matthæi decimonono: Sinite paruulos venire ad
me, talium eſt enim regnum cœlorum, Sapiæ.3. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt, Deute.33. Di
lexit populos, omnes ſancti in manu eius ſunt. Ex quibus aũt colliguntur, ſubdit, ⌊& erũt in om̃i
terra⌋ hoc ẽ, in toto mũdo, Eſa.24. A finibus terræ laudes audiuimus gloriã iuſti, dicit dñs, ⌊pres
duæ⌋

Hæretici morte pleƈtendi.

Honor dei priuato affectui præferendus.

Hæreticorũ tria præſidia.

Chrũs volũtarie paſſus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A duæ,⌋Iudæorum.ſ.& gentilium,tota eñ terra tunc diuiſa fuit in hos duos populos,⌊& diſpergentur,⌋per mundum.ſ.apoſtoli,Tob.13.Ideo diſperſit vos inter gentes, quæ ignorant deũ,vt vos enarretis mirabilia eius,& faciatis ſcire eos,quia non eſt alius deus omnipotens prçter eum,⌊& deficient,⌋ſupple duæ partes,à gentilitate.ſ.& à Iudaiſmo,Pſal.103.Deficiant peccatores à terra,& iniqui ita vt non ſint,⌊& tertia pars relinquetur,⌋Chriſtianorũ.ſ.credentium,⌊in ea,⌋hoc eſt in terra ſiue eccleſia,Eſa.6.Multiplicabitur quç derelicta fuerat in medio terræ & adhuc in ea decimatio,⌊& conuertetur,⌋Eſa.6.Et erit in oſtenſionem ſicut therebintus,& ſicut quercus quæ expandit ramos ſuos, ſemen ſanctum erit id quod ſteterit in ea.Et ſubdit de probatione illorũ,⌊& ducam tertiam partẽ⌋ſupple relictam,⌊per ignem⌋tribulationis.ſ.& martyrij vel charitatis,Pſal.16.Igne me examinaſti & nõ eſt inuenta in me iniquitas,Gloſſa inducit illud Lucæ.12.Ignem veni mittere in terram,& quid volo,niſi vt accendat.Et q̊d Acto.2. Apoſtoli baptizati in ſpũ dei & igne dicuntur,⌊& vram eos ſicut vritur argentũ,⌋ vt.ſ.idonei ſint ad eloquium,Pſal.11,Argentũ igne examinatum,probatum terrç,purgatum ſeptuplum,⌊& probabo eos ſicut probatur aurum,⌋vt.ſ.idonei ſint ad recipiendũ ſapientiç theſaurum,Sapiẽ.3.Tanquã aurum in fornace probauit eos,& quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos,& inuenit eos dignos ſe ⌊ipſe⌋populus.ſ.tertiæ partis,⌊vocabit,⌋hoc eſt inuocabit ⌊nomen meum⌋ſibi in gratia notum,Sophoniæ.3.In igne zeli mei deuorabitur omnis terra,quia tunc reddam populis meis labium electum,vt omnes inuocent nomen domini, & ſeruiant ei humero vno, ⌊& ego exau-

B diam eum,⌋Hierẽ.33.Clama ad me,& ego exaudiam te,& annuntiabo tibi grandia & firma quæ neſcis,⌊& dicam,populus meus es,⌋mihi ſcilicet ſeruiens,Deute.7. Elegit te dominus,vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis,qui ſunt ſuper terram,⌊& ipſe dicet,deus meus⌋ſupple es,Apocalyp.21.Et ipſe deus cum eis,erit eorum deus,Iohan.vigeſimo:Deus meus & dominus meus.

¶In cap.XIIII.Zach.prophetæ enarratio.

ECce dies veniunt.⌋Tangit hic de effectu paſſionis,primo in Iudæis, ſecundo in gentibus,ibi,Et egredietur dominus. Tertio in iudicio & profectu eccleſiæ, ibi, Et veniet dominus deus meus.⌊Ecce dies veniunt dicit dñs,⌋captiuitatis Romanæ,ſ.Luc.19. Venient dies & circumdabunt te inimici tui vallo,⌊& diuidentur ſpolia tua,⌋ò Hieruſalem ſupple,⌊in medio tui,⌋Hierony.Solet accidere vt quç ſubito impetu in ciuitate direpta ſunt,extra ciuitatem diuidantur, ne forte hoſtes ſuperueniant,Hic autem tanta depreſſio incumbit,vt rapina à raptoribus in medio ciuitatis diuidatur,Exodi.15.Dixit inimicus,perſequar & comprehendam,diuidam ſpolia, Ezech.38. Ad ſumenda ſpolia tu venis,ecce ad diripiendam prędam congregaſti multitudinem tuam, ⌊& congregabo omnes gentes,⌋ in regno ſcilicet Romanorum,quod regnum omnium gentiũ eſt,⌊ad Hieruſalem,⌋hoc eſt contra Hieruſalem,⌊in prælium,⌋ad vindictam.ſ.ſanguinis Chriſti, Sapien.5.Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos,⌊& capietur ciuitas⌋à Tito & Veſpa ſiano,Luc.19.Circumdabunt te inimici tui,& coanguſtabunt te vndiq; & ad terram proſternẽt te & filios tuos qui in te ſunt,⌊& vaſtabuntur domus⌋ Eſa.25. Poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam,domum alienorum,vt non ſit ciuitas,Matth.23. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta,⌊& mulieres violabuntur,⌋ quod magna fuit turpitudo,Threñ.vlt. Mulieres in Sion humiliauerunt & virgines in ciuitatibus Iuda.2.Regum.12. Tollam vxores tuas in oculis tuis,& dabo proximo tuo,& dormiet cum eis in oculis ſolis huius, ⌊& egredietur,⌋

C captiua ſcilicet,⌊media pars ciuitatis,⌋inferior ſcilicet,quæ in Mello habitabat,illam enim ſolam cæpit Titus,⌊& reliquum populi,⌋ſcilicet circa templum & montem Sion habitans, ⌊non auferetur ex vrbe,⌋Contra hoc autem videtur eſſe illud Lucæ.19. Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.Sed ad hoc dicendum eſt,ꝙ Titus primo deſtruxit mediam partem, & poſtea Helius Adrianus euertit totam.

Igne tribulationis iuſti ꝓbant.

Hieruſalẽ cõi cõſpiratione oĩm gentiũ vaſtata.

¶⌊Et egredietur dominus.⌋Loquitur hic de deſtructione gentiũ,q̃a non zelo domini,ſed auiditate prædæ deſtruxerunt Hieruſalem,⌊Et egredietur dominus,⌋de loco ſcilicet lenitatis & miſericordiæ ad vindictam inimicorum ſuorum,Abacuc.3.Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.Percuſſiſti caput de domo impij,⌊& p̃liabitur cõtra gẽtes illas⌋.ſ.quæ Hieruſalẽ deſtruxerunt,⌊ſicut p̃liatus eſt in die certaminis⌋illius.ſ.famoſi q̃n deſtruxit Pharaonẽ & exercitũ eius in mari rubro,Exo.14.Fugiamꝰ Iſraelẽ,dñs eñ pugnat pro eis cõtra nos⌊& ſtabũt pedes eius⌋.i.veſtigia pedũ,Pſal.131.Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius, ⌊in die illa,⌋clarente.ſ.gratia eccleſiæ,⌊ſup montẽ oliuarũ⌋.i.ſuper verticẽ apoſtolicæ perfectionis,Gene.19.Nõ ſtes in omni circa regione,ſed in mõte ſaluũ te fac,Ezech.43.Locus ſolij mei & locus veſtigiorũ pedũ meorũ.vbi habito,Pſal.67.Mons in quo beneplacitũ eſt deo habitare in eo,⌊q eſt cõtra Hieruſalẽ⌋.i.ad Hieruſalẽ ſupernã reſpiciens, Gala.4.Illa q̃ ſurſum ẽ Hier̃m libera eſt q̃ eſt mr̃ nr̃a,⌊ad orientẽ,⌋Gloſſa,vnde orit̃ ſol iuſtitiç,Malach.vlt. Vobis timentibus nomen meum, orietur ſol iuſtitiæ.Et ſubdit de diuiſione malorum & bonorum, & præputij & circumciſio-

ciſionis,⌊& ſcindetur mons oliuarum⌋ eminentia.ſ.eccleſiæ,in qua plantãtur oliuæ fetæ luminis D
& vnctionis,⌊ex media parte ſui⌋ quantum ad fideles,⌊ad orientem,⌋ hoc eſt, ad præputiũ,in
quo ortum eſt lumen gratiæ,Malach.1.Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum magnũ eſt nomen meum
in gentibus,⌊& ad occidentem,⌋ hoc eſt,ad circũciſionem, in qua occidit lux gratiæ, dum ori-
tur in gentilibus,ita.ſ.ꝙ ſciſſura incipit ab oriente & terminaẽ in occidentem, ⌊prærupto grandi
valle⌋ hoc ẽ,ꝙ præruptum q̃d in medio eſt,ſit grandis vallis,hoc eſt,grãdis ſeparatio, quia in Iu
dæo reuelatur cognitio dei de fide in fidem,Romañ.1.In Gentili aũt de errore idoloꝝ venitur ad
fidem. Luc.16.Chaos magnum inter nos & vos firmatũ eſt, vt hi qui hinc tranſire velint ad vos
non poſſunt,neq; inde huc tranſmeare,⌊&⌋ ſeparatione ſupple iſta facta,fiet alia ſeparatio, ⌊ſe
parabitur montis medium eius⌋ pleonaſmus,eius enim ſuperfluit ex quo poſuit montis,niſi eius
ponatur pro eiuſdem.Et intendit de ſeparatione meritoꝝ,⌊ad aquilonem⌋ ad plagam.ſ.nebu
loſam & frigidam,in qua ſedet diabolus.Eſa.14.Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilo-
nis.Et hi ſunt q pertinent ad ſiniſtram,⌊& medium eius⌋ montis.ſ. ſupple ſeparabitur,⌊ad me
ridiem,⌋ vbi eſt regio luminis & caloris, per quam ſignificanẽ qui pertinent ad dexteram,ita ꝙ
ſciſſura incipiat ab aquilone,& terminetur in meridiem,vt illi.ſ.qui ſunt in eccleſia differẽtijs me
ritorum diſtincti ſint,Matt.25.Separabit eos,ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis,& ſtatuet oues
à dextris,hœdos aũt à ſiniſtris.Iſta aũt duplici ſeparatione facta in quatuor partes mõtis, fiet q̃d
ſequitur.⌊Et fugietis⌋ qui.ſ.ſaluari cupitis,⌊ad vallem⌋ hoc eſt ad humilitatẽ, ⌊montiũ meo-
rum⌋ hoc eſt, ad eminentiam ſpũs duorum teſtamẽtorum.Et bene dico,ꝙ fugietis ad ſtrictam
vallem,hoc ẽ,ad artam viam,quæ ducit ad vitam,Matth.7.⌊quoniam coniungetur vallis mon- E
tium,⌋ hoc ẽ ſeparatio,quæ eſt inter montes ſiue duo teſtamenta,⌊vſq; ad proximum⌋ hoc ẽ,
vſq; ad paruam diſtantiam,rota ẽm eſt in medio rotę,Ezech.1. quia quod vnũ loquiẽ in figura,
alterum exhibet in veritate,& quod vnum in promiſſione,alterum in exhibitione,& quod vnum
in timore,alterum in amore,quæ differentia non eſt magna,& licet ſaltare de monte in montem
non impediente valle,vnus ẽm paſſus medius eſt nihil plus,ſicut iam oſtenſum eſt.Iſti ſunt de q-
bus dicitur.1.Reg.10.Inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meri-
die,ſalientes magnas foueas.Duo ẽm viri,intellectus ſunt duorum teſtamentorum,magna fouea
dicitur profunda ſapientia,ſaltus autem expoſitio ſaltans de teſtamento in teſtamentũ, iuxta ſe-
pulchrum Rachel,hoc ẽ,iuxta abſconditum contemplationis,qa Rachel contemplationẽ ſignifi-
cat.In finibus vero Beniamin,quia tales filij dexteræ ſunt,& ad dexterã ptinẽt. Et aſſimilat hãc
fugam ſubdens,⌊& fugietis ſicut fugiſtis⌋ olim ⌊à facie terræmotus,⌋ hoc eſt, à præſentia ter-
ræmotus⌊In die Oziæ regis Iuda⌋.2.Para.26.legitur,ꝙ Ozia vſurpante ſummũ ſacerdotium
terræmotus factus eſt,& rex percuſſus eſt læpra,vt omnes aſſiſtentes regi,rege impio deſerto fu
gerent ad ſacerdotes.Et ita modo impijs deſertis fugient ad apoſtolicos & bonos,Hiere.51.Qui
fugiſtis gladium,venite & nolite ſtare,recordamini procul domini, & Hieruſalem aſcendat ſup
cor veſtrum.⌊Et veniet dominus deus meus⌋ Tãgitur hic eccleſiæ profectus in temporibus no
uiſſimis,primo in bonis,ſecundo in malis conuerſis,ibi.Et hæc erit plaga.In bonis tria dicit,iu-
dicium.ſ.profectum gratiæ & doctrinæ,& cultus vnitatem.⌊Et veniet dominus deus meus⌋ ad
eccleſiam.ſ.iudicando eam,& diſcernendo ab impijs,& nunc & in futuro,⌊omneſq; ſancti cum F
eo⌋ teſtificando.ſ.veritatem prædicationis apoſtoloꝝ,Deute.33.Dominus de Sinai veniet,& de
Seir ortus eſt nobis,apparuit de monte Pharan,cum eo ſanctorum milia,Septuaginta habent,de
monte vmbroſo & condenſo,hoc ẽ,de veteri teſtamẽto.Pharan ẽm feritas interpretaẽ,& timo-
rem ſignificat,p quem vetus lex implebaẽ,de cuius teſtimonio ortus eſt nobis dominus. Sic ap-
paruerũt cum domino Moyſes & Helias,lex.ſ.& prophetæ, Matth.24.Eſa.3. Dominus ad iu-
dicium veniet cũ ſenioribus populi ſui, ⌊Et erit⌋ confirmatio ſequentium ẽ, ⌊in die illa⌋ micã-
te luce veritatis,⌊non erit lux⌋ excæcatis.ſ.Iudæis & malis,in quorum perſona, Tobiæ.5. dicit:
Quale gaudium mihi erit,qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video, ⌊ſed frigus & gelu,⌋
Matth.24.Quia abundauit iniqtas,refrigeſcet charitas multorum,⌊& erit dies vna,⌋ notabilis
præ oĩbus,Pſal.83.Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſup milia,⌊quæ nota eſt domino⌋ Matt.24
De die illa nemo ſcit niſi pater,⌊non dies⌋ plene ſupple vbiq; lucens,quia non omnes illuminã
tur,⌊neq; nox⌋ quia non omnes excæcãtur. Vel dicit,non dies neq; nox,quia poſt iudicium nõ
erit viciſſitudo diei neq; noctis,⌊& in tempore veſperi,⌋ hoc eſt,cum impijs lux obtenebreſcit,
⌊erit lux⌋ ſanctis.ſ.Sapiæ.18.Sanctis aũt tuis maxima erat lux, & horum quidem vocẽ inimici
audiebant,ſed figuram non videbant.Et ſubdit de profectu gratiæ & doctrinæ. Et hic quædã
Bibliæ habent capitulum decimumquintum. ⌊Et erit⌋ confirmatio eſt ſequentium, ⌊in die illa,
exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem⌋ doctrinæ ſcilicet & gratiæ. Et dicuntur viuę,quia viuificant
Iohan.8.Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ,Ezech.47.Omnia ad quæ venerit torrens,vi
uent.⌊Medium earum⌋ doctrina.ſ.veteris teſtamenti,⌊ad mare orientale⌋ mortuum.ſ. quod
ſignificat Iudæos mortuos,quod tamen in hoc aliqui viuificantur,eſt quia quidam ex eis in pri-
mitiua eccleſia conuerſi ſunt,Ezech.47.Aquæ intrabunt in mare,& exibunt & ſanabũtur aquæ,

⌊& me-

Eccleſia ex Iudęis atq; gentilibus ſalubriſſime cretiſmo collecta.

Vtriuſq; teſtamẽti cõuenientia.

Rachel.

Pharan

Diei & noctis viciſſitudo quãdo ceſſabit

A ⌊& mediũ earꝝ ad mare nouiſſimũ⌋ q̃d eſt occidentale,& ſignificat gẽtilitatẽ,in q̃ nouiſſime orta
eſt lux gr̃æ,Heb.1.Nouiſſime diebus iſtis loquutus ẽ nobis in filio,⌊&⌋ ſupple ſic p̄dicatione apo
ſtoloꝝ,⌊in æſtate⌋ proſperitatis,⌊& hyeme⌋ aduerſitatis,⌊erũt⌋ fluẽtes.ſ. aquæ p̄dicatiõis nõ
deficcatæ,Ecci.,24.Dixi,rigabo ortũ meũ plãtationi & inebriabo prati mei fructũ,&ecce factus
eſt mihi trames abundans,⌊& erit⌋ ſupple ſic in fide credentiũ, ⌊dñs rex ſup omnem terram⌋
Eſa.54.Redemptor tuus ſanctus Iſrael,deus omnis terræ vocabitur,Sapiæ.1. Spũs domini reple
uit orbem terraꝝ,& hoc quod continet omnia.Et ſubdit de vnitate cultus. ⌊In die illa⌋ claren-
te.ſ.euangelĳ gratia,⌊erit dñs vnus⌋ deus.ſ.omniũ,Ephe.4.Vnus dñs,vna fides, vnum baptiſ- Vnus deus
ma,vnus deus & pater omnium,⌊& erit nomen eius vnum⌋ ita.ſ.ꝙ tũc nomina aliorum deoꝝ non plures
non nominabuntur.Exod.20.Nõ habebis deos alienos coram me,Oſee.2.Auferã nomina Baa- dĳ.
lim de ore eius,⌊& reuertet̃ om̃is terra vſq; ad deſertũ⌋ incluſiue,ita ꝙ etiã deſertũ,& ſignificat
gentilitatem à principio deſertã,Eſa.35.Lætabit̃ deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo & florebit
quaſi lilium,& intelligit ꝙ ab oriente vſq; ad occidentem,⌊de colle Remmon,⌋ hoc eſt,de colle
virtutum.Remmon q̃d interpretatur teſtis ſublimis,& eſt in aquilone, ⌊ad auſtrũ⌋ hoc eſt,ab a-
quilone in auſtrũ,Gloſſa,Matth.8.Quia multi venient ab oriente & occidente, & recũbent cum
Abraham,Iſaac & Iacob in regno cœloꝝ.Et hoc eſt q̃d ſequitur, ⌊& Hieruſalem⌋ numero.ſ.
fidelium,⌊exaltabitur⌋ Eſa.52.Exaltabit̃ & eleuabitur & ſublimis erit valde, ⌊& habitabitur,⌋
ſupple Hieruſalem,⌊in loco ſuo⌋ hoc eſt fundata in fide,Ephe.3.In charitate fundati & radica-
ti.Gloſſa inducit illud Pſal.22.In loco paſcuæ ibi me collocauit. Et deſcribit terminos, ⌊à porta
B Beniamin,⌋ hoc eſt,à porta virtutis.Virtus em̃ in dextera eſt & Beniamin filius dexteræ inter- Beniamin.
pretatur,Pſal.117.Dextera dñi fecit virtutem,dextera dñi exaltauit me,⌊vſq; ad locũ portæ pri-
oris⌋ hoc eſt primæ.Et ſignificat innocentiã,per quam primus eſt ingreſſus gratiæ, Pſal.24.In-
nocentes & recti adhæſerunt mihi,⌊& vſq; ad portã angulorum,⌋ hoc eſt vbi plures parietes in Charitas,
vnum coniunguntur.Et ſignificat charitatẽ,quæ om̃es virtutes cõiungit,Iob.38.Quis demiſit la- virtutũ om
pidem angularem eius?⌊& à turre Hannaneel⌋ qui fortiſſimus deo interpretat̃, & ſignificat for nium lapis
titudinem & conſtantiã martyꝝ,⌊vſq; ad torcularia regis,⌋ hoc eſt,vſq; ad paſſionẽ Chriſti& angularis.
crucem,Eſa.63.Torcular calcaui ſolus,⌊&⌋ ſupple ſic,⌊habitabunt in ea⌋ ciues diuerſaꝝ virtu-
tum,Pſal.86.Sicut lætantium,omniũ habitatio eſt in te,⌊& anathema nõ erit amplius⌋ maxime Anathema
ſublato Antichriſto,Eſa.52.Nõ adĳciet vltra vt ꝑtranſeat ꝑ te incircũciſus & immundus. Tunc tis profliga
enim anathema in infernum detrudet̃,⌊& ſedebit⌋ hoc eſt,quieſcet, ⌊Hieruſalem⌋ hoc eſt,ec- tio.
cleſia,⌊ſecura⌋ timore.ſ.maloꝝ ſublato, Eſa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,
in tabernaculis fidutiæ,& in requie opulenta.Hæc impĳ Iudæi ꝑuertentes, dicunt implenda eſſe Iudęoꝝ de
poſt bella Og & Magog,in aurea Hieruſalem,quando cum rege ſuo Dauid in pace ſedebũt mil liramentũ.
le annis,de quorum fabulis nihil curamus. ¶⌊Et erit hæc plaga⌋ Tangit hic profectum eccle
ſiæ in duobus.ſ.in deſtructione maloꝝ & conuerſione pœnitentiũ,ibi,Et omnes qui reliqui fue-
rint.De deſtructione malorum tria dicit.ſ.percuſſionem eorum in membris quibus peccauerũt,
admirationem bonorum,ibi,In die illa erit tumultus,& exterminationem malorum incorrigibi-
lium,ibi,Sic erit ruina equi.⌊Et hæc⌋.ſ.quæ nunc dicetur,⌊erit plaga⌋ hoc eſt ꝑcuſſio,⌊qua ꝑ-
cutiet dominus,⌋ hoc eſt puniet, ⌊omnes gentes⌋ hoc eſt,gentiliter viuentes,⌊q pugnauerunt
C aduerſus Hieruſalem⌋ hoc eſt,contra eccleſiam,Hiere.30.Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga
tua.Et paulopoſt:Percuſſi te caſtigatione crudeli,propter multitudinẽ iniquitatis tuæ. Et deter-
minat plagas& mẽbra quæ plagantur,⌊tabeſcet caro⌋ Quod in viuo eſt virus vel pus, in mor-
tuo eſt tabes,caro aũt medium tactus eſt,in quo eſt delectatio maloꝝ. Et eſt ſenſus,caro in qua
in malo delectabantur,in tabem conuertet̃,⌊vniuſcuiuſq; ſtantis ſup pedes ſuos⌋ adhuc viui.ſ.
vt ſentiat pęnas ſuas & doleat,ſtare em̃ pertinatiã ſignificat,pedes affectus,Iob.33.Tabeſcet caro
eius,& oſſa quæ tecta fuerant,nudabuntur, appropinquabit corruptioni anima eius,& vita illius
mortiferis.2.Machab.9.legitur de carnibus Antiochi,ꝙ vermes ſcaturiebãt,Acto.12. De Hero- Antiochus vermibꝰ in
de legitur,ꝙ percuſſit eum angelus domini,& conſumptus vermibus expirauit,eo ꝙ contra deũ terĳt.
& eccleſiam pugnauerat,⌊& oculi eius⌋ quibus.ſ.terribiliter ſanctos intuitu ſunt,vel oculi inte- Herodes
riores,quibus mala quę contra ſanctos fecerunt,præuiderunt & ordinauerunt, ⌊contabeſcent,⌋ vermibꝰ
adhuc viuentibus eis,⌊in foraminibus ſuis,⌋ hoc eſt,in receptaculis oculorum eius. Huius exem cõputruit.
plum eſt in eo,qui dicebatur Elimas Magus,Acto.13.cui dixit Paulus:O plene dolo & om̃i fal- Elimas ma
lacia fili diaboli inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis euertere vias domini rectas, & nũc ecce ma- gus cecita
nus domini ſuper te,& eris cæcus non videns ſolem vſq; ad tempus.Et continuo cecidit caligo te ꝑcuſſus
ſuper eum,& factus eſt cæcus,Prouer.30.Oculum qui ſubſannat patrem,& qui deſpicit partum a Paulo.
matris ſuæ ſuffodiant eum corui de torrentibus,& comedant eum filĳ aquilæ, ⌊& lingua eoꝝ⌋
qua amare contra deũ & ſanctos locuti ſunt,⌊contabeſcet in ore eoꝝ,⌋ adhuc ſupple viuenti-
bus eis,Pſal.30.Muta fiant labia doloſa,quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia
& abuſione.Et ſubdit de admiratione iuſtoꝝ in plagis iſtis.⌊In die illa erit tumultus⌋ Alia tranſ-
latio ſtupor , ſed quia tumultus in malo accipitur, propter hoc addit, ⌊domini magnus in eis,⌋

Z vt per

vt per adiunctum ad bonã ſignificationẽ trahaẗ.Et eſt ſenſus,ꝙ boni admirantes,tumultũ exci- D
tabunt de plagis dñi,Hiere.2.Obſtupeſcite cœli ſuper hoc,⌊& apprehendet vir⌋ſupple plaga-
tus,manũ proximi ſui quærens.ſ.auxilium & ſuſtentationẽ,Iob.19.Miſeremini mei, miſeremini
mei ſaltem vos amici mei,quia manus dñi tetigit me, ⌊& conſereẗ manus eius⌋.ſ.plagati,⌊ſu-
per manũ proximi ſui⌋non plagati ſupple,Hieroñ.Præ formidine & maloꝝ pondere, quæ.ſ.ꝑ
uenient,Roma.15.Debemus nos firmiores imbecillitates infirmioꝝ ſuſtinere,& nõ nobis place-
re,Gala.6.Alter alterius onera portate.Sed quia poſſet credi,ꝙ nõ pugnarent cõtra eccleſiam,ni
ſi extra eccleſiam exiſtẽtes,ideo ſubdit.⌊Sed & Iudas pugnabit cõtra Hieruſalẽ,⌋falſus.ſ.Chri-
ſtianus ore cõfitens & vita negans, Tit.1.Confiteñ ſe noſſe deũ,factis aũt abnegant, Can.1.Fi-
lij matris meæ pugnauerũt contra me,⌊& congregabunẗ,⌋ conceſſa.ſ.victoria à diuina virtu-
te,⌊diuitiæ omniũ gentiũ in circuitu⌋.ſ.ad eccleſiam,Eſa.60.Tunc videbis & afflues,& mirabi
tur & dilatabitur cor tuũ,quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ venerit ti
bi.Et enumerat in quibus ſunt diuitiæ,⌊auꝝ,⌋ſapientiæ.ſ.⌊& argentũ⌋ eloquentiæ.ſ.Aggæi.2
Meũ eſt aurũ & meũ argẽtũ,magna erit gloria domus huius nouiſſimæ plus q̃ primæ,⌊& veſtes
multæ ſatis⌋virtutũ.ſ.in decore cõuerſationis,Exo.11. Poſtulet vir ab amico ſuo & mulier à vi-
cina ſua vaſa aurea & argentea & veſtes,& ſpoliabitis Aegyptũ. Eccleſia eñ multa talia ſpolia à
philoſophis gentiliũ habuit,tã in ſapĩa q̃ in eloquentia & doctrina virtutũ.Quod aũt dicit,ſatis,
notat ꝙ hæc ſumẽda ſunt ad ſobrietatẽ fidei,ad Roma.12.non plus ſapere q̃ oportet ſapere,ſed
Eccleſia gẽ ſapere ad ſobrietatẽ.Et ſubdit de deſtructione maloꝝ ſub differentijs peccatoꝝ generalibus. E
tiliũ ſpolijs ⌊Sic,⌋id eſt poſito hoc,⌊ruina erit,⌋hoc eſt caſus vel à peccato vel à vita,vt ſicut dicit Bernar
locupletata dus,fortiter vel ritus vel natio deleatur,⌊equi⌋.i.præcipitis audaciæ in cõcupiſcentiam & in ma
lum,Pſal.32.Fallax equus ad ſalutẽ,Eſa.31.Væ qui deſcendũt in Aegyptũ ad auxilium in equis
ſperantes,⌊& muli,⌋ſupple erit ruina,qui ſignificat ſterilem in omni bono,Hiere.22.Scribe viꝝ
Auarus ca iſtum ſterilẽ qui in diebus ſuis nõ proſperabitur,⌊& cameli,⌋camelus mõſtruoſum animal,gib
melo ſĩlis. boſum & deforme,auaꝝ ſignificat,qui etiã ruet vel à vitio vel à natura,Ecci.10. Auaro nihil eſt
ſceleſtius,hic eñ in vita ſua proiecit intima ſua,& in vita ſua venalẽ habet animã ſuam, Matt.19
Marc.10.Luc.18.Facilius eſt camelũ per foramen acus tranſire,q̃ diuitẽ intrare in regnum cœ-
loꝝ,⌊& omnium iumentoꝝ,⌋hoc eſt beſtialiũ hominũ,⌊qui fuerint in caſtris illis⌋.ſ.pugnan-
tibus cõtra eccleſiam vel Hieruſalẽ,⌊Sic ruina hæc⌋.i.cadent ſicut ea quæ noĩata ſunt, Eſaiæ.3.
Corruet populus,vir ad virum. Hæc Iudæi dicunt futura eſſe in interfectione Gog & Magog,
Ezech.39.¶⌊Et omnes q reliqui fuerint.⌋Tangit hc deuotionẽ cõuerſoꝝ ad eccleſiam in duo
bus.ſ.celebratione feſtiuitatũ & in ſacrificijs.In die illa erit quod ſuꝑ frenũ eſt.In primo duo di-
cit.ſ.religionem celebrantiũ & pœnã non celebrãtium,⌊Et oẽs qui reliqui fuerint⌋id eſt relicti
nõ ruentes de vniuerſis gentibus ad fidem.ſ.eccleſiæ cõuerſis,Pſal.81.Surge deus iudica terram,
qm̃ tu hæreditabis in oĩbus gentibus,⌊quę venerũt contra Hieruſalẽ,⌋verbo.ſ.vel exemplo im-
pugnantes eccleſiam,Pſal.34.Expugna impugnãtes me,⌊aſcendẽt,⌋gradibus virtutũ, ⌊ab an
Gẽtes apo- no in annũ,⌋hoc eſt ꝑ ſingulos annos.Annus qui duodecim renouationes habet in luna ex lumi
ſtoloꝝ do- ne ſolis,doctrinã ſignificat duodecim apoſtoloꝝ,quę facit vt aſcendãt hoĩes in Hieruſalẽ,Eſa.2 F
ctrina con- Fluent ad eũ omnes gentes,⌊vt adorẽt regem dñm exercituũ,⌋Deut.6. Dñm deum tuũ adora
uerſi. bis,& illi ſoli ſeruies,Pſal.44.Ipſe eſt dñs deus tuus & adorabunt eũ,⌊& celebrent feſtiuitatẽ ta
bernaculoꝝ⌋in ſuæ.ſ.peregrinationis cõmemorationẽ,Heb.11.Cõfitẽtes qm̃ peregrini & hoſpi
tes ſunt ſuꝑ terram.1.Pet.2.Obſecro vos tanq̃ aduenas & peregrinos,abſtinere vos à carnali-
bus deſiderijs,Pſal.38.Aduena ego ſum apud te,ſicut oẽs patres mei.Et ſubdit de pœna nõ aſcẽ
dentium,⌊Et erit,⌋cõfirmatio eſt ſequẽtium,⌊qui nõ aſcenderit de familijs terræ,⌋ ſiue cogna
tionibus,⌊ad Hieruſalẽ⌋.i.ad eccleſiam,Pſal.121.Illuc aſcenderunt tribus, tribus dñi ad cõfiten-
dum nomini dñi,Eſa.60.Gens & regnũ quod nõ ſeruierit tibi, peribit & gentes ſolitudine vaſta
babuntur,⌊vt adorẽt regẽ dñm exercituum,⌋Iohan.4.Veri adoratores adorabũt patrẽ in ſpũ
& veritate,⌊nõ erit ſuꝑ eos imber,⌋dominicæ.ſ.benedictionis,Amos.4.Plui ſuꝑ vnã ciuitatem
& ſuꝑ reliquam nõ plui,Eſa.5.Mandabo nubibus meis vt nõ pluant ſuꝑ eum imbrẽ,⌊quod &
ſi familia Aegypti nõ aſcenderit,⌋Aegyptũ ſpecialiter nominat & nõ alias gentes, quia Aegy-
ptus mœror vel tenebræ interpretaẗ,& ex mœrore ſignificat peccantes ex infirmitate, ex tene-
bris aũt peccantes ex ignorãtia,vt ergo ſciatur ꝙ tales nõ excuſanẗ ad minus à toto,propter hoc
ponit Aegyptũ,⌊& nõ venerit⌋ ſupple ad adorandũ,⌊nec ſuꝑ eos erit⌋ſupple imber,Aggęi.1.
Propter hoc ſuꝑ vos prohibiti ſunt cœli,ne darent rorem,⌊ſed erit ruina⌋ talium.ſ.⌊qua per-
cutiet dñs omnes gentes⌋Eſa.19.Tradam Aegyptũ in manus dominoꝝ crudeliũ,⌊quæ nõ aſcẽ
derunt ad celebrandã feſtiuitatem tabernaculoꝝ,⌋tales eñ domũ patriam quærunt in terra , &
de cœleſti patria nõ curant,Eſa.24.Formido & laqueus ſuꝑ te qui habitator es terræ, Hiere.17
Recedentes à te in terra ſcribenẗ,⌊hoc erit peccatũ Aegypti,⌋ hoc eſt reputabiẗ in peccatum
his qui peccãt ex infirmitate vel ignorantia,Deut.32.Peccauerũt ei & non ſilij eius in ſordibus,
⌊Et hoc peccatũ omnium gentium,⌋Roma.3.Omnes peccauerũt & egent gloria dei,⌊quæ nõ
aſcende

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A aſcenderint ad celebrandũ feſtiuitatem tabernaculorũ,⌋ Naum.1.Celebra Iuda feſtiuitates tuas,
Pſal.75.Reliquiæ cogitationũ diem feſtũ agent tibi. Et ſubdit de cultu. ⌊In die illa⌋clarente.ſ.
gratia,⌊erit,quod ſup frenum equi eſt,⌋equus p̃cipitem cõcupiſcentiã ſignificat,frenum aũt cõ Frenũ myſticum.
tinentiam rationis,Eſa.48.Infrenabo te laude mea ne interas,Pſal.31. In chamo & freno maxil-
las eorũ conſtringe,qui non approximant ad te,⌊ſanctum dño,⌋id eſt ſanctificatũ & oblatum,
Hieroñ.Decor phalerarũ ad cultum dei referendus eſt,Idem in originali, Expoſuit hoc quidam
de clauis dominicæ crucis,è quibus Conſtantinus Auguſtus frenos equo ſuo fecerit,eoſq́ ſanctũ
dñi vocari.Et infert,reprobando hoc,Audiui quidẽ rem pio ſenſu dictã, ſed ridiculã,⌊& erunt
lebetes,⌋quæ ſignificãt corda feruẽtia charitate,⌊in domo dñi⌋ſupple exiſtentes,⌊quaſi phia-
læ,⌋mutatę.ſ.de nigro aduſto in lucem phialarũ ſiue lampadarũ,ſicut de Maria Magdalena cã-
tatur,quod fit ex lebete phiala,Cant.8.Lampades eius lampades ignis atq; flammarum,⌊coram
altari,⌋quod dñm Ieſum Chriſtũ ſignificat,Eſa.19.Erit altare dñi in medio terræ Aegypti & ti-
tulus dñi iuxta terminum eius,⌊Et erit oĩs lebes in Hieruſalem,⌋ hoc eſt oĩs generis,& ſignifi-
cant corda doctorũ & ſacerdotũ omnia genera cruditatũ peccatorũ ad guſtum ſalutarem deco-
quentia.1.Regũ.2.Incendat primo ex more adeps & decoquant carnes, & tolle tibi quantũ defi
derat anima tua,⌊& Iuda,⌋hoc eſt confitens deo & glorificans eum,⌊ſanctificatus dño exerci
tuum⌋ſupple erit,Pſal.113.Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius,Luc.1. In ſanctitate & iuſtitia corã
ipſo,⌊& venient omnes immolantes,⌋ id eſt immolare volentes,Roma.6. Obſecro vos per mi
ſericordiam dei,vt exhibeatis corpora veſtra,hoſtiam viuentem,ſanctã,deo placentem,Pſal.26
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis,⌊& ſument ex eis,⌋ lebetibus
B .ſ.quilibet eñ venit ad ſuum confeſſorẽ,⌊ & coquent in eis,⌋ vt.ſ.cruditatem peccati amittat p
calorem pœnitentiæ & charitatis,Pſal.38. Concaluit cor meum intra me & in meditatione mea
exardeſcet ignis,⌊& nõ erit mercator vltra,Iohan.2.Matth.21. Expulit dñs vendentes & emen
tes de templo,⌊in domo dñi exercituũ⌋Mercator dicit vel hypocrita qui p laude vendit,vel ſy
moniacus,vel ad literam negotiator,in die illa⌋ lucente.ſ.gratia,Chryſoſtomus, Qui mercator Mercator tẽplo proſcribitur.
eſt,expellatur ab eccleſia,ſcriptum eſt eñ,qm̃ non cognoui negotiationẽ, Iohan.2.Auferte iſta
hinc & nolite facere domũ patris mei,domũ negotiationis,Hiere.7. Nũquid ſpelunca latronum
facta eſt domus hæc,in qua inuocatum eſt nomen meum?

## ¶D. ALBERTI MAGNI EPISCOPI RATISponeñ. in Malachiam prophetam Enarratio.

### ¶Prologi diui Hieronymi in Malachiam prophetam explicatio.

DEus per Moyſen.⌋Hieronymus,in hoc prologo duo facit.ſ.tangit cau
ſam ſuſcepti operis & materiam, ibi,Nam reliqua quę lectione cõpre-
henſa ſunt.In prima duo ſunt.ſ.cauſa & ſuſceptum opus,ibi, Ideo per
Malachiam. In prima duo ſunt , vnum.ſ. per ſe & alterũ ex incidenti,
⌊Deus per Moyſen⌋tanq̃.ſ.per miniſtrum,⌊populo Iſraeli præcepe
rat,⌋Leuit.21.&.22.⌊ſacerdotes tabernaculi ſui⌋id eſt tabernaculo ſuo
deſeruientes,⌊omni corporali vitio liberos⌋.ſ.quod nec longo nec torto
naſo ſint,nec claudi nec cæci vel abſciſi vel attritis teſticulis,ſicut dicitur
Deut.33.⌊hoſtias æque omni vitio vacuas⌋.i.liberas , hoc eſt non ma-
C crum,nõ claudum nec cæcum nec debile,⌊ſibi offerre,⌋Eccĩ.38.Impin
gua oblationem,Pſal.65.Holocauſta medullata offeram tibi , Gene.4.Abel obtulit de adipibus
gregis ſui,⌊quibus⌋ſacerdotibus ⌊legem ſuam⌋præcipue quantũ ad cultum templi,⌊ad regen
dum populum,⌋ſecundum formam legis.ſ.⌊ob hoc dederat⌋.i.illa intentione, ⌊vt per ſacrifi
ciorum oblationem⌋.ſ.quibus purificaretur populus & placaretur deus,⌊internuntij dei & ho- Sacerdos, dei & populi internuntius.
minum facti,⌋vota.ſ.populi deo offerentes & propitiationem dei populo renuntiantes,Deut.5
Ego ſequeſter & medius fui inter deum & vos in tempore illo,vt annuntiarem vobis omnia ver
ba eius,Exodi.18.Eſto tu populo in his quæ ad deum pertinent , vt referas quæ dicuntur ad eũ,
oſtendaſq́ ceremonias & ritum colendi,viamq́ per quam ingredi debeant & opus quod face-
re debeant.Et hoc eſt quod ſequitur,⌊populum præceptis cœleſtibus facerent obedire,⌋.1.ad
Corint.11.Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chriſti,Heb.13.Obedite præpoſitis veſtris & ſubia
cete illis,ipſi eñ peruigilant quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris,⌊vnde, ⌋hoc eſt pro
pter quam ſimilitudinem,⌊ſacerdotes angelos dei eſſe hoc loco ſcriptura teſtatur,⌋Infa.2.Et ac
cipit ſimilitudinem,Gene.28.vbi inter dominum innixum ſcalæ deſuper,angeli deſcẽdẽtes pro-
pitiationem domini ad Iacob deferebant,& angeli aſcendentes vota Iacob ad deum referebant,
quod adhuc officium eſt ſacerdotum,Iohan.1.Videbitis cœlum apertum & angelos dei deſcen-
dentes & aſcendentes ſuper filium hominis.Et ſubdit de ingratitudine quaſi ex incidenti,vt me-

lius intelligatur cauſa ſuſcepti operis,⌊Sed quia tanti muneris gratiam,⌋gratis ſupple ſibi datam D
⌊contemnentes,⌋ipſi.ſ.ſacerdotes ad minus habituali contemptu , qui peccato coniunctus eſt,
⌊ſupradictus populus ac ſacerdotes,⌋vtriq; em̃ ingrati fuerunt,Sap.16.Ingrati ſpes tanq̃ hiber
nalis glacies tabeſcet & diſperiet tanq̃ aqua ſupuacua,Ecci.29.Ingratus ſenſu derelinquit liberã-
tem ſe,⌊ſacrificia vitio deturpata,⌋corporali ſcilicet,claudum vel macrum vel debile offeren-
tes,Malach.1.Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum,& votum faciens ,immolat
domino debile,⌊ipſi⌋.ſ.ſacerdotes offerentes,⌊criminibus atq; impietatibus maculati,⌋ Crimi
**Crimen** na ſunt peccata maiora,accuſatione.ſ.digna in iudicio,impietates autem dicũtur hic communia
peccata contra legem dei facta, Macula vero dicitur contagioſa turpitudo ex peccato adhærẽs
**Sacerdos expers ſit criminis** animæ,& tales eſſe ſacerdotes,contra præceptum dei eſt,Leui.22.Cuſtodient ſacerdotes præce
pta mea,vt non ſubiaceant peccato & moriantur in ſanctuario,cum polluerint illud,⌊deo offer
re cœperunt⌋ſupple ſic maculati,Malach.1.Non eſt mihi voluntas in vobis,& munus nõ ſuſci
piam de manu veſtra,⌊Ideo,⌋Tangit operis ſuſceptionem,⌊per Malachiam prophetam⌋quẽ
.ſ.ad hoc ſuſcitauit,⌊deus populum Iſrael increpans⌋vt.ſ.à peccato auerteret. 2.ad Timoth.4.
Argue,obſecra,increpa in omni patientia & doctrina,⌊ait⌋Malach.1.Dilexi vos dicit dñs⌋gra
tuita.ſ.dilectione,Hiere.31.In charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te miſerans,⌊& dixiſtis,⌋
tanq̃.ſ.ingrati & immemores beneficiorum meoꝝ,⌊In quo dilexiſti nos?⌋ Ecci.29. Loquetur
verba tædij & murmurationis.Et poſt pauca:Pro honore & beneficio reddet illi contumeliam
Et ſubdit qualiter gratis dilexit,quaſi reſpondens ingratis,⌊Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit
dominus?⌋& ſic ſupple nec ex vtero materno nec ex ſemine paterno habuit Iacob,ꝙ eum de- E
us præ Eſau diligeret,oportuit ergo ꝙ gratuita dilectione diligeret eum.Et hoc eſt, ⌊& dilexi Ia
cob,⌋Oſee vlt. Diligã eos ſpontanee quoniã auerſus eſt furor meus ab eis, ⌊Eſau aũt odio ha-
bui,⌋non dicitur hic odium inimicitiæ inueteratio vel ira poſitiuę,ſed priuatio gratuitæ dilectio
nis,Quicunq; em̃ de maſſa perditionis quam deus odio habet non eligitur & ſeparatur per dile
ctionem,manet in odio & in ira,Ephe.2.Omnes eramus natura filij iræ.Et hoc Hieronymus ni
titur explanare,ſubdens,⌊Eſau autem fratrem Iacob,⌋& ex hoc ſupple æqualiter diligibilem,
⌊non iniqua,ſed ſpontanea voluntate odio habitum à deo,⌋probatur ex hoc dicto Roma.9.Cũ
em̃ nondum nati fuiſſent aut aliquid boni egiſſent aut mali, vt ſecundum electionem, propoſi-
tum dei maneret, non ex operibus,ſed ex vocante dictũ eſt ei,quia maior ſeruiet minori,Gen.25
Et hoc ſimiliter oſtendit ab altera parte,ſubdens,⌊vel ſine meriti gratia,⌋ quo.ſ.hoc meruiſſet,
⌊Iacob dilectum⌋ſupple fuiſſe,⌊manifeſtum eſt,⌋ex eodem.ſ.apoſtoli verbo,Nihil enim ege-
rant nec boni nec mali,qui nec nati fuerant,& ideo nec propter meritum boni Iacob elegit,nec
propter meritum mali Eſau reprobauit,ſed ſpontanea voluntate, ⌊cum,⌋ id eſt quamuis, ⌊ſe-
**Prædeſtinatio dei gratuita eſt,nõ meritoria.** cundum præſcientiam ſuam⌋dei.ſ,qua omnia præuidet antequam fiant bona & mala,licet cau
ſet bona & non mala,⌊Eſau quidẽ⌋ſupple præuideret,⌊effuſionẽ ſanguinis fraterni concupiſ-
cere,⌋hoc eſt concupiſciturum,Gene.27.dixit Eſau:Venient dies luctus patris mei, & interfici-
am Iacob fratrem meum,⌊Iacob autem⌋in futurum ſupple,⌊in ſui cognitione⌋ qua.ſ.deũ co-
gnoſceret beneplaciti cognitione, ⌊obſeruandam legem,⌋ hoc eſt propter ſeruandam legem,
⌊deſiderare,⌋id eſt deſideraturum,⌊cognoſceret,⌋Et eſt ſenſus, quamuis mala in vno præui-
deret,& bona in altero,non tamen propter illa bona alterum elegit,vel propter iſta mala alterũ F
reprobauit,ſed æterna & gratuita dilectione elegit Iacob.1.Ioh.4.Non quaſi nos dilexerim⁹ de-
um,ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.Temporale em̃ non poteſt eſſe cauſa æterni,& iniuſtum
**Temporale nequit eſſe cã æterni.** eſſet ꝙ propter mala quæ non ſunt nec fuerunt,ſed tantum poſſibilia ſunt in futurum,aliquis re-
probaretur,⌊Cuius rei gratia,⌋ſubinfert ꝙ ex tali neceſſitate ſuſcepit opus prophetandi, ⌊ſu-
pradicto vſus eſt exemplo,⌋quod à patribus ad filios transferretur,⌊dicens,Iacob dilexi , Eſau
autem odio habui,⌋& repetit ꝙ non propter præſcientiam meritorum vtriuſq; hoc fecerit,
⌊Quamuis ex operibus memoratorum,⌋Eſau.ſ.& Iacob,⌊quorum liber Geneſeos meminit⌋
cap.25. ⌊in quo vnuſquiſq;,⌋ id eſt vterq;, ⌊futurus erat propoſito,⌋bono.ſ.vel malo,⌊ma-
nifeſte conſtat,⌋libro Geneſeos referente,⌊vt ſcriptum eſt⌋eodem.ſ.capitulo,ſecundum Septua
ginta,⌊Creuerunt pueri,⌋ætate.ſ.& corpore,virtute & malitia,⌊& erat Eſau,⌋ qui.ſ.odio habi
tus eſt à deo,⌊homo agreſtis,⌋id eſt ſylueſtris,⌊ſciens venari,⌋quod in malo accipitur,⌊Iacob
autem⌋dilectus.ſ.à deo,⌊homo ſimplex,⌋in malo.ſ.Roma.16.Volo vos ſimplices eſſe in ma-
lo,& ſapientes in bono,⌊manens in tabernaculo,⌋hoc eſt domeſtica & ea quæ ſunt conſcien-
tiæ diligens & cuſtodiens,Pſal.83.Elegi abiectus eſſe in domo dei mei,magis q̃ habitare in taber
naculis peccatorum,⌊Nam reliqua.⌋Tangit hic materiam prophetiæ, ⌊quæ lectione compre
henſa ſunt,⌋ iſtius.ſ.prophetiæ,⌊præuaricationem populi Iſrael,⌋contra mandatum domini
.ſ.⌊in obſeruandis ſacrificijs dei,⌋ꝙ.ſ.forte & pingue,non debile aut macrum offeratur,⌊incre
pationemq;⌋ſapientiæ dei,⌊in eundem⌋.ſ.populum Iſrael,quod deos alienos coluerit,⌋ante.ſ.
captiuitatem,⌊ſignificat,⌋& hæc ſunt materia prophetiæ.Attendendum autem quod Hierony
mus dicit,ꝙ quia Malachias angelus eius interpretatur,Malachiam angelum fuiſſe quidã dicunt
& ſum-

A & ſumpto corpe populo prophetaſſe, q̃d nos omnino nõ recipimus. Hebræi vero dicũt, hunc
fuiſſe Eſdram, qui anno ſeptimo Artaxerxis regis prophetauit poſt Zachariam & Aggæum.
Quicquid autem de hoc verum ſit, non eſt noſtrum diffinire, ſed hoc ſcimus quia propheta
dñi fuit, & quæcunq; loquutus eſt, à ſpũ ſancto dixit.

## ¶In capitulum primum Malachiæ prophetæ Enarratio.

ONus verbi domini.⌋ Hunc prophetam, qui Malachias dicitur, & an-
gelus eius interpretatur, Origenes dixit, angelum de cœlo miſſum, eo Malachias
ꝙ infra in titulo Septuaginta habent, in manu angeli eius, quod non angel⁹ fuit
recipit eccleſia. Vnde Malachias angelus dicitur, eo ꝙ nuntius domi officio, nõ
ni fuit ad populum, ſicut dicitur Hiere. 7. Miſi ad vos omnes ſeruos natura.
meos prophetas, ſicut & Eſaiæ. 33. prophetæ angeli dicuntur, Ecce vi
dentes clamabunt foris angeli pacis, amare flebunt. Poſt Aggæum
ergo, qui de reædificatione templi, & Zachariam, qui de reædificatio
ne ciuitatis & terræ prophetauit, vltimo inducitur Malachias, qui de
emundatione cultus & ſacerdotij & terribili aduentu domini ad iudi
cium prophetat. Diuiditur autem in partes duas, titulum. ſ. & prophetiæ ſeriem, ibi, Dilexi vos.
B Titulus quatuor continet. ſ. peccatorum oppreſſionem, eruditionis veritatem, opprimendorum
qualitatem & doctrinæ per opera confirmationem. ⌊Onus,⌋ id eſt preſſura grauis ad portan-
dum, Eſa. 30. Ardens furor eius & grauis ad portandum, Pſalm̃. 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ
ſunt ſuper caput meum & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Peccatum enim, quod quies
peccatorum eſt, in libidine graue pondus efficitur in iudicij & condemnationis ſeueritate, Thre
no. 1. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, cõuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo,
⌊verbi domini,⌋ & ideo eruditio eſt ad veritatem. Eſt em̃ hoc verbum increpationis, Prouer. 4 Diſciplina
Audite filij diſciplinam patris & attendite vt ſciatis prudentiam, Diſciplina em̃ eruditio eſt per
difficilia, vt dicit Gloſſa, Hebræ. 12. ſuper illud, Omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur
eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea autem exercitatis per eam fructũ pacatiſſimum reddet iuſtitiæ.
Verbum em̃ inſtrumentum eſt eruditionis, Domini autem nomen prementis ē poteſtatis, ⌊ad
Iſrael,⌋ qualitatem tangit peccatorum, qui ſcilicet ingrati beneficio accepto ad peccata peruer-
ſi ſunt, Eſaiæ. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Et eſt notandum (vt dicit
Hieronymus) ꝙ ante captiuitatem decem tribus Iſrael dicebantur, quia tunc diſtinctę per regnũ
erant à duabus tribubus, poſt reditum autem de captiuitate indifferenter & duæ & decem tri-
bus dicuntur Iſrael, eo ꝙ tunc ad vnum regnum vocabantur, Hierem̃. 2. Sanctus Iſrael domino,
primitiæ frugum eius, Eſaiæ. 19. Hæreditas autem mea Iſrael, ⌊in manu Malachiæ⌋ notat doctri
næ per opera confirmationem, Doctrina em̃ in manu eſt, quando verbum per opera confirma
tur, Oſee. 12. In manu prophetarum aſſimilatus ſum. Aſſimilatus em̃ eſt, quando manus ori ſimi-
lis eſt, Iohan. decimo: Si mihi non creditis operibus credite. ¶⌊Dilexi vos,⌋ Hæc prophetia
tria continet. ſ. ſacerdotaliũ peccatorũ exprobrationẽ, & ſacerdotũ peccãtium expurgationẽ, in-
fra. 3. ibi, Ecce ego mitto angelum, Et differentias ſtipendiorum malorum & bonorum per ex-
C tremi iudicij ſeueritatem, infra. 4. ibi, Ecce em̃ dies veniet ſuccenſa. Prima pars in duas diuiditur.
In prima em̃ exprobrat ingratitudinem præteritorum beneficiorum. In ſecunda contaminatio-
nem factam circa matrimonium, infra. 2. ibi, Et nunc ad vos mandatum hoc. Prima harum in
duas adhuc diuiditur. Primo em̃ exprobrat ingratitudinem circa beneficia patrum in genere. Se
cundo ingratitudinem circa ritus ſacrificiorum in ſpecie, ibi, Dicit dominus exercituum ad vos ô
ſacerdotes. In prima duo ſunt, Tangit em̃ primo beneficia, ſecundo ingratitudinem ad benefi-
cium, ibi, Filius honorat patrem. In prima ſic procedit, præmittit beneficium & explanat illud, &
explanationis ponit probationem, & probationis oſtendit demonſtrationem. ⌊Dilexi vos dicit Dilectio
dominus,⌋ & intelligitur de dilectione & prædeſtinationis & effectus per bonoꝝ collationem dei æter
Dilexit em̃ ab æterno præordinando bona gratiæ & gloriæ, & dilexit tempore, bona p̃ordinata na.
apponendo & conferendo, Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerãs, Oſee
vlt. Diligam vos ſpontanee, quoniam auerſus eſt furor meus ab eis. Et ſubdit explanando, ⌊&
dixiſtis,⌋ ingrati. ſ. beneficium receptum non cognoſcentes, Ecci. 29. Pro honore & beneficio
reddet illi contumeliam, ⌊In quo dilexiſti nos?⌋ hoc eſt in quo beneficio oſtendis dilectionem,
Simile Iudicum. 6. Si dominus nobiſcum eſt, quare inuenerunt nos tot mala? Sicut em̃ dicit phi-
loſophus in Topicis, Eiuſdem moris eſt amicis benefacere & inimicis male, & ideo ſi mala fiant
amicis, non videntur eſſe amici. Et ergo hoc dicentes non intellexerunt ꝙ paterna amicitia in fi
lium eſt, quando corripit eum, Apoca. 3. Ego quos amo, arguo & caſtigo, Prouer. 3. & Hebræ. 12
Quis filius quem non corripit pater, ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes,
ergo adulteri & non filij eſtis. Vnde reſpondendo ſubdit, ⌊Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit

dominus? ⌟Hoc autem dicit,vt ſciatur,ꝙ propter merita paterna non elegit Iacob,& Eſau re- D
probauit,Ezech.18.Filius non portabit iniquitatem patris,nec pater iniquitatem filij. Et ibidē:
Iuſtitia iuſti ſuper eum erit,& impietas impij erit ſuper eum, ⌞& dilexi Iacob,⌟ gratiæ ſcilicet
appoſitione,⌞Eſau autem odio habui,⌟hoc eſt reprobaui, Roma.9.Cum nati nondū fuiſſent,
*Quæſtio*
aut aliquid boni egiſſent vel mali,vt ſecundū electionem propoſitum dei maneret, non ex ope
ribus,ſed ex vocante dictum eſt, quia maior minori ſeruiet, Gene.25. Quæritur tamen hic,
Cum omnis actio dei rationabilis ſit & iuſta & paruuli nec in parentibus nec in ſemine paren-
tum differentiam habuerint, Roma.em̄ nono dicitur,ꝙ ex vno concubitu concepti ſunt,qua-
re deus Iacob dilexit,Eſau odio habuit? Ad hoc ſoluendum inducitur grauis Gloſſa Auguſtini,
*Volūtas dei nunquam iniuſta.*
quæ ſic dicit,Cui vult miſeretur,& quem vult indurat,Roma.9.ſed hæc voluntas dei iniuſta eē
non poteſt,venit em̄ de occultiſſimis meritis,quia & ipſi peccatores cū propter generale pecca-
tum,originale.ſ.vnam maſſam perditionis fecerint,nonnulla tamē inter illos eſt diuerſitas, ꝑce-
dit ergo in peccatoribus, qui quāuis nondum ſint iuſtificati,digni tamen efficiantur iuſtificatio
ne,& item præcedit in alijs peccatoribus quo digni ſint obtuſiōe.Et ex hoc videt̃ cum id quod
præcedit in peccatoribus,ſit temporale,& illud ſit cauſa dilectionis vel reprobationis diuinæ quę
æterna ſunt,quod temporale ſit cauſa æterni,quod valde incōueniens eſt.Super hac quæſtione
exclamat Apoſtolus Rom̄.9.O homo tu quis es,q reſpondeas deo, Nunquid dicit figmentū ei
q ſe finxit,quid feciſti me ſic? An nō habet poteſtatē figulus luti,ex eadē quidē maſſa aliud vas
facere in honorē,aliud in cōtumeliā? Sed ex hoc videt̃ ꝙ ex ſola dei volūtate alius electus ſit, ali E
us vero reprobatus,& redit quod primo obiectū eſt, ꝙ hæc volūtas dei irrationabilis ſit, qa de
his q̄ omnino ſimilia ſunt,idē iudiciū eſſe deberet.Idē videt̃ ex hoc ꝙ dicit̃ Roma.9.Cuius vult
miſeret̃,& quē vult indurat.Item ibidē: Non eſt volentis neq; currentis,ſed dei miſerentis.Ad
*Electio dei æquiſſima*
hæc ſine præiudicio dicēdum eſt cū Auguſtino,ꝙ voluntas dei eligens vnū & reprobās alterū
iuſtiſſima eſt,ſed hæc volūtas cū prȩuiſione & prȩordinatione eſt reſpectu bonoꝝ quos elegit,
Illos em̄ ꝓuidet futuros bonos & ꝓordinat cauſando bona ad q̄ eligit eos, reſpectu aūt malorū
cum præuiſione eſt tantum,hos em̄ quia præuidet finaliter futuros malos,non præordinat eis
cauſando bona ad quæ eligat,& ſic non apponendo bona,reprobat.Et ꝙ dicitur aliquid præce
dere in peccatoribus,quo digni ſint iuſtificatione,dicitur in peccatoribus præcedere quod præ-
cedit reſpectu peccatorum,eo modo quo reſpectus dicitur eſſe in relato,cū tamen alterius ſit,&
hoc modo talis reſpectus nō eſt temporalis,ſed æternus.Et ſi dicas,ꝙ in æternis vnū non præ-
cedat alteꝝ.Dicendū ꝙ verū eſt inquātum æterna ſunt,ſed effectū æterni q temporalis eſt, reſ-
pectus æternus ꝓcedere ꝑt,ex quo ipm̄ æternū rationabile eſſe videat̃. Et ſic ꝓuiſio auerſionis à
gr̄a,cauſa eſt nō appoſitionis gr̄æ,& rationabilis oſtendit̃ effectus nō appoſitionis ꝑ hoc,ꝙ ſi ap
poneret̃,ille auerteret̃, tēporale aūt ſignū poteſt eſſe ꝙ rationabile ſit æternū.Et hoc mō loquit̃
Auguſt.Et ꝑ hoc patet ſolutio ad totū.Explanationis aūt huius probationē ſubiungit. ⌞Et⌟.i. »
quia ⌞poſui montes eius⌟.i.terrā montoſam Eſau,⌞in ſolitudinē,⌟deſtructo.ſ.cultore & habi- »
tatore,ſicut & ſuperbiæ peccatoꝝ in ſolitudines ponunt̃,Pſal.106.Poſuit terrā fructiferā in ſal-
ſuginē à malitia inhabitātiū in ea,⌞& hæreditatē eius⌟.i.ciuitates & oppida q̄ quondā fuerunt »
hæreditas eius,& modo ſunt in parietina redacta,ſupple poſui ⌞in dracones deſerti,⌟ hoc eſt in »
venenata animalia,q̄ in deſerto habitare cōſueuerunt,Eſa.13.Replebunt̃ domus eoꝝ draconibꝰ, F
& habitabūt ibi ſtrutiones & piloſi ſaltabunt ibi.Sed quia poſſet dici,ꝙ ſi deus deſtruxerit,hō re
ædificabit,Ideo reſpondet ꝙ deſtruet omnia opera eoꝝ,in ſignū reprobationis æternæ, ⌞ꝙ ſi »
dixerit Idumæa,deſtructi ſumus,⌟in operibus omnibus,ciuitatum.ſ.& villarum, Thren̄.2.De- »
ſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda,⌞ſed reuertentes,⌟ſupple ad terram de captiuita »
te,⌞reædificabimus quæ deſtructa ſunt⌟.ſ.per dominum.Et in faſtu & ſuperbia dixerunt hoc,
quaſi contra dominum contendentes,Simile Eſaiæ.9. Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus
ædificabimus,ſycomoros ſucciderūt,ſed cedros immutabimus,⌞hæc dicit dominus exercituū⌟ »
cuius verbum effectiuū eſt,⌞iſti ædificabūt,⌟cum cōtemptu legendū eſt,iſti,quaſi dicat, tam in »
*Deus ſubuertit opus diaboli.*
firmi & tā viles,⌞& ego deſtruam,⌟deus em̄ ſemper deſtruit opera diaboli,1.Iohā.3.In hoc ap »
paruit filius dei vt diſſoluat opera diaboli,⌞& vocabunt̃,⌟deſtructa ſupple,⌟ termini impieta- »
tis,⌟emphaſis eſt,hoc eſt termini impij vel impiorum, ſed ad expreſſionem maiorem dicit̃ im »
pietatis,Eſa.14.Non vocabitur in æternū ſemen peſſimoꝝ, ⌞&⌟ ſupple vocabunt̃, ⌞cui iratus »
eſt dn̄s⌟populus hic.ſ.quia ſemper rebelles fuerunt gratiæ,Acto.7.Dura ceruice & incircumci- »
*Obſtinatio irremiſſibilis.*
ſis cordibus & auribus vos ſemꝑ ſpūi ſancto reſtitiſtis,Iob.24.Ipſi fuerūt rebelles lumini, neſcie
runt vias eius,nec reuerſi ſunt per ſemitas illius,⌞vſq; in æternū⌟vt.ſ.nunq̄ veniam ſint conſe- »
quuturi qui obdurato corde per impœnitētiam finalē reſiſtunt,Deut.32.Ignis ſuccenſus eſt in fu
rore meo & ardebit vſq; ad interni nouiſſima,Matth.12.& Lucæ.12.Non remittetur in hoc ſe-
culo nec in futuro. Et quod dixit, probat demonſtrando ad oculum. ⌞Et oculi veſtri vi- »
debunt,⌟ poſtquam ſcilicet vos redibitis de captiuitate, & in bonis meis conſtructi eritis, »
damnationes videbitis impiorum, Pſalm̄.57.Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, Eſaiæ
vlt.

A vltimo: Erunt vſq; ad ſatietatem viſionis omni carni, Gloſſa electorum, Mich. 7. Oculi mei videbunt eam, nunc erit in conculcationem vt lutum platearum, ⌊& vos dicetis,⌋ in gratiarum. ſ. actione & laude, ⌊magnificetur dominus ſuper terminum Iſrael,⌋ hoc eſt, qui magnus eſt à captiuitate reducendo, continue magnificet populis ſuis incrementū in bonis dando, & terminos eius omnes ad fructum boni præparando. Pſal. 125. Magnificauit dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes. Luc. 1. Magnificat anima mea dominum. Luc. 1. Audierunt vicini & cognati eius, q̄a deus magnificauit miſericordiam ſuam cum illa & congratulabantur ei. ¶ ⌊Filius honorat patrē⌋ Poſito beneficio gratuitæ dilectionis, econtra oſtendit Iudæorum ingratitudinem, & ad hoc vtitur humana ſimilitudine & ratione, ⌊filius honorat patrem⌋ hoc eſt, conſueuit honorare, & ſicut dicit philoſophus in nono Aethicorum: Filius honores diuinos debet patri. Exodi. 20. Honora patrē & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram. Ephe. 6. Filij, obedite parētibus veſtris in domino, hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuā, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. Prouerb. 30. Oculum qui ſubſannat patrē, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & comedāt eum filij aquilæ, ⌊& ſeruus dominum ſuum timebit,⌋ hoc eſt, timere conſueuit. Danie. 1. Timeo ego dominum meum regem. Hieronymus, Primū deus vult, vt filij ſimus, & bonum voluntate faciamus, ſi autem hoc nolumus, ſaltem vt ſeruos nos habeat, & à malis ꝑ tormētorum formidinem recedamus. Et q̄a nec vt filij nec vt ſerui habuerūt ſe ad dominū, ideo ſubdit. ⌊Si ergo pater ego ſum⌋ ſicut ſupple dicitis. Eſa. 64. Et nunc domine pater noſter es tu, nos vero lutum, & fictor noſter

*Parentes a filijs honorandi.*

B tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Pſal. 88. Ipſe inuocauit me, pater meus es tu. Matth. 6. Pater noſter qui es in cœlis. ⌊Vbi eſt honor meus⌋ tanto. ſ. patri exhibendus. Iohan. 8. Honorifico patrem meū, & vos inhonoraſtis me. Eſt em̄ honor, vt dicit philoſophus, pręmium virtutis, non quin virtus digna ſit, maiori ꝓmio, ſed q̄a maius nō poteſt exhiberi ab homine. Vnde dicitur, ꝙ honor ē exhibitio reuerētiæ in teſtimoniū virtutis. Pſal. 49. Eruā te & honorificabis me. 1. ad Timoth. 1. Soli deo honor & gloria. Apoca. 4. Dabāt animalia gloriā & honorē & benedictionem ſedēti ſuꝑ thronū. ⌊Et ſi dn̄s ego ſum⌋ prælatus. ſ. dignitate, eminēs diuitijs pulchrorum & bonorum, continēs poteſtate virtutis. Heſter. 13. Dn̄s omniū tu es. Apoca. 19. Habens in veſtimēto & in fœmore ſcriptum, rex regum & dn̄s dominantiū, ⌊vbi eſt timor meus⌋ quem. ſ. vt ſerui exhibere debetis, vt ſaltem timore pœnæ à malo tēperetis. Pſal. 13. Non eſt timor dei ante oculos eorum. Eſa. 59. Scelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognouimus, peccare & mētiri cōtra dn̄m, & auerſi ſumus ne iremus poſt tergū dei noſtri, ⌊dicit dn̄s exercituū,⌋ Cōfirmatio eſt eorum quæ dicta ſunt, tanq̄ potēs enim dicit, & per ſuos exercitus exequitur, & effectui mandat omne quod dicit. Eccl'es. 8. Sermo illius poteſtate plenus eſt. ¶ ⌊Ad vos ô ſacerdotes⌋ Hic ſpecialiter ingratitudinē improperat circa officiū ſacerdotale in ritu ſacrificiorum. Diuiditur autē pars iſta in tres partes. In prima oſtendit ingratitudinem. In ſecunda propter ingratitudinē abiectionem, ibi, Non eſt mihi voluntas in vobis. In tertia abiectorum maledictionem, ibi, Maledictus doloſus. In prima duo ſunt, Primo em̄ improperat, ꝙ indigna ſacrificio dei obtulerūt. Secundo, ꝙ non gratis, ſed ſpe mercedis ſeruierūt, ibi, Quis eſt em̄ in vobis. In prima harum tria ſunt. ſ. ingratitu-

*Honor virtutis eſt ꝓmium*

C dinis improperatio, improperatæ ingratitudinis probatio, ibi, Si offeratis cęcū, & ad pœnitentiam reuocatio, ibi, Et nūc deprecamini. In prima tria facit, oſtendit em̄ ad quos loquitur, & q̄a ex hoc aggrauat ingratitudo. Secūdo ingratitudinem exprimit. Tertio expreſſam exponit. ⌊Ad vos ô ſacerdotes⌋ qui. ſ. forma & exemplum deberetis eſſe alijs. Eccī. 50. Simon Oniæ filius ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum. Hebræorum ſeptimo: Talis decebat vt eſſet nobis pōtifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, ⌊qui deſpicitis nomen meum⌋ .i. deſpectui habere facitis. Ezech. 36. Nomen meum polluiſtis. Eſaię. 30. Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Iob. 21. Dixerunt deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Deſpicit em̄ nomen domini qui ſacramēta per quæ nominatur deus & notitia dei habetur indigne tractat & indebite, ⌊&⌋ ſupple temerarie, ⌊dixiſtis in quo polluimus nomen tuum⌋ Magnæ em̄ temeritatis ingratitudo eſt, nomē dn̄i in ſacramētis deſpicere & pc̄m̄ nō recognoſcere. Et de illis dicitur Romañ. 2. ſuper illud: An ignoras, q̄m benignitas dei ad pœnitentiā te adducit, ꝙ grauiſſime peccat qui ignorat. 1. ad Corinth. 14. Ignorās ignorabitur. Et ideo ingratitudinem exponēs, ſubdit, ⌊offertis ſuper altare meum pollutum panem,⌋ hoc eſt, tactu immundorum inquinatū. Hieronymus, iuxta traditionem Hebræorum debebant ſacerdotes panem propoſitionis ſerere, metere, molere, coquere, quod non faciebant, ſed quoſcunq; de medio acceptos offerebant, & ideo polluere panem dicuntur. Eccleſiaſtici triceſimoquarto: Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata. Itē ibidē dona iniquorum nō probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis. Hieronymus, Corripit ſermo diuinus ep̄os & miniſtros eccleſiæ negligentes, vel oēs q̄ in Chriſto baptizati, Chriſti nomine cenſent, cur nomen eius deſpiciant. Quibus aperit cauſas offenſæ, quia pollutum panem offerunt, polluit enim panem, id eſt corpus Chriſti, qui indignus accedit ad altare & ad menſam domini, & ſi non voce

*Sacramenta religioſe tractanda.*

*Euchariſtia polluitur ab indignis*

ſcelerata,ſcelerato tñ ope deſpicit nomen dñi.1.ad Corinth.11. Qui manducat & bibit indigne, D
iudicium ſibi manducat & bibit,⌊& dicitis⌋ auſu temerario, ⌊in quo polluimus te,⌋ Hierony-
mus,dum ſacramenta violant,ipſe cuius ſunt ſacramenta violatur.Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊in
eo ꝙ dicitis⌋ ſupple polluiſtis me,⌋menſa domini deſpecta eſt⌋ Hieronymus,reuerſi de Baby
lone nondum extructo templo habitantes in ruinis Hieruſalem non habentes altare prioris glo-
riæ,putabant deeſſe ſanctimoniam religionis, qa in auro & argento & gemmis deerat ambitio
ſanctificationis,& ideo dicebãt,ꝙ ſuper tale altare deſpectum,poſſent communia offerri,quãuis
in altari aureo impolluta offerri præciperentur,non attẽdentes quod dicitur Exodi viceſimo:Al-
tare de terra facietis mihi & offeretis ſuper eo holocauſta,oues veſtras,& boues, & pacifica ve-
ſtra ,in omni loco vbi memoria nominis mei fuerit. Tales etiam deridet poeta Perſius,dicẽs: Di
cite pontifices in ſanctis quid facit aurum. Plus enim reſpicit deus ad humilitatem & deuotionẽ
quàm ad ornatus ſplendorem,Danielis tertio:In animo cõtrito & ſpũ humilitatis ſuſcipiamur,ſi-
cut in holocauſto arietum & taurorum,ſicut in milibus agnorum pinguium,Pſal.50.Sacrificium
deo ſpũs contribulatus,cor contritum & humiliatũ deus non deſpicies.Propter quod Marc.12.
Luc.21.Vidua duo æra minuta offerens,præfertur oblationibus omniũ. Et ingratitudinẽ expo-
ſitam probat ſubdens.⌊Si offeratis⌋ & loqtur ad ſacerdotes,arguens à minori.Si enim propter
ſanctitatem & non propter ambitionem hoſtia maculata reprobatur, eo ꝙ ſanctificationi non
congruit,niſi quod perfectum eſt,tunc multo magis reprobat offerens vitioſus,eo ꝙ plus con-
trariatur ſanctificationi. ⌊Si offeratis cæcũ⌋ animal.ſ.ad immolandũ,⌊nonne malũ eſt?⌋ & lite
ra ſic ordinanda eſt.Nonne malũ eſt ad immolandũ,quaſi dicat ſic Leuitic.eñ.22. talia animalia
prohibẽtur immolari,⌊& ſi offeratis claudũ⌋ animal.ſ.⌊vel languidũ⌋ hoc eſt,quacũq; debili-
tate confectũ,⌊nonne malũ eſt?⌋ ſupple ad immolandũ,quaſi dicat ſic eſt, propter eandẽ cau-
ſam.Et quãuis hoc lex dicat,tamẽ ſubdit probando ꝑ rationẽ legis,& arguit à maiori. Magis e- E
nim videt ꝙ illud acceptabile ſit homini ꝙ̃ deo,& ab homine nõ acceptat,ergo nec à deo.⌊Of-
fer illud duci tuo⌋ hoc eſt,principi vel ꝑlato tuo.⌊Si placuerit ei,⌋ hoc eſt,ſi ꝑ hoc placatus red-
datur tibi,⌊aut ſi ſuſceperit⌋ benigne.ſ.cũ tali dono,⌊faciem tuã dicit dñs exercituũ⌋ Hierony-
mus,dux hæc ſibi oblata reſpueret, & ſibi factã iniuriã reputaret,& offers deo ꝙ nõ audes ho-

Oblatio reproba.

mini offerre,quaſi dicat ,hoc mirum eſt.Spũaliter autem cæcum offert, qui ſine intelligentia veri
tatis offert.Vnde Apoc.4.Animalia dei erant plena oculis ante & retro, quod Dionyſius ſigni-
ficare dicit,multiuidũ in diuinas contemplationes . Claudũ offert cuius opus non habet rectum
virtutis greſſum.Heb.12.Remiſſas manus & ſoluta genua erigite,& greſſus rectos facite pedibus
veſtris,vt non claudicans quis erret,magis aũt ſanetur.Languidũ offert q torpore & pigritia &
auaritia confractũ offert.2.ad Corinth.9.Non ex triſtitia,aut ex neceſſitate, hylarem eñ datorẽ
diligit deus.Propter hoc dicitur Gene.4.ꝙ Abel obtulit de adipibus gregis ſui, & reſpexit deus
ad Abel,& ad munera eius.Ratio autem & cauſa omniũ horum eſt,ꝙ omnis oblatio veteris le-
gis oblationem qua Chriſtus ſeipſum obtulit ſignificat, & quia Chrũs perfectus ſine macula &
vitio fuit,ideo figurales oblationes perfectas eſſe oportuit & ſine macula.1.Petri.1.Non corrupti
bilibus auro vel argento redempti eſtis à vana veſtra cõuerſatione paternæ traditionis,ſed ꝑtio- F
ſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti. Et ſubdit de conuerſione eorum.⌊Et nunc⌋ ſupple
ex quo peccaſtis,⌊deprecamini vultum domini⌋ Auguſtinus ſuper prima epiſtola ad Timoth.
Deprecatio eſt oratio in amouendis malis,in vultu vero dñi pietas & beniuolentia in ſuſcipiẽdis
pctõribus notatur.Pſal.16.De vultu tuo iudicium meũ prodeat, ⌊vt miſereat veſtri,⌋ Eſaię.55.
Derelinquat impius viã ſuam,& vir iniquus cogitationes ſuas,& reuertat ad dñm & miſerebitur
eius,⌊de manu eñ veſtra,⌋ hoc eſt de opere veſtro,⌊factũ eſt hoc⌋.ſ.pctm̃, & ideo lauate ma
nus ꝑ pœnitentiã & tũc leuare poteſtis eas in oblatione.Pſal.25.Lauabo inter innocẽtes manus
meas .1.ad Timoth.2.Volo viros orare in om̃i loco,leuãtes puras manus ſine ira & diſceptatiõe.
Econtra de malis dicitur Eſa.1.Cũ extenderitis manus veſtras,auertã oculos meos à vobis, & cũ
multiplicaueritis orationẽ,non exaudiã,manus eñ veſtræ ſanguine plenę ſunt.⌊Si quo modo⌋
ſupple ꝑ pœnitentiam deus,⌊ſuſcipiet facies veſtras,⌋ hoc eſt,præſentias veſtras,qbus deo vos
offertis,⌊dicit dñs exercituum⌋ pœnitentẽ eñ ſemꝑ ſuſcipit deus,Ezech.18.Si aũt impius ege-
rit pœnitentiam,ab om̃ibus peccatis ſuis quæ operatus eſt ,& cuſtodierit om̃ia præcepta mea,&
fecerit iudiciũ & iuſtitiã,vita viuet & non morietur,omnium iniqtatum eius quas operatus eſt,
non recordabor.Vnde de Iob q dolentẽ de pctõ ſignificat dicitur Iob vlt.Iob ſeruus meus ora-
bit pro vobis,faciẽ eñ eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia. ¶⌊Quis eſt in vobis⌋
Hic exprobrat ſecundã ingratitudinẽ,ꝙ.ſ.non gratis deo,ſed ſpe terrenoꝝ lucroꝝ ſeruierunt,&
ideo debilia oblata receperũt,ne nihil reciperẽt.⌊Quis eſt in vobis⌋ oĩbus,⌊qui claudat oſtia,⌋

Clauiũ eccleſiaſticarum vſus.

templi.ſ.mundos ſuſcipiendo & immundos excludendo,quod vſum clauium in eccleſia ſignifi-
cat.Eſa.22.Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius,claudet & non erit qui aperiat, a-
periet & non erit qui claudat.Matth.16. Tibi dabo claues regni cœlorum , ⌊incendat & altare
meum gratuito,⌋ ſine .ſ.ſpe mercedis terrenæ.Incenſio autẽ altaris incenſionẽ cordiũ ſignificat
per ver

A per verbum ignitũ prædicationis & deuotionem diuinæ laudis, Luc.12. Ignem veni mittere in
terram,& quid volo niſi vt accendatur? Eſa.50. Ecce vos omnes accendentes ignẽ accincti flã-
mis ambulate in lumine ignis veſtri. Qui aũt hæc facit, ſpe mercedis terrenæ æſtibus auaritiæ
anhelat & ignem alienũ offert in cõſpectu dñi, Leui.10. Nadab & Abiu cõſumpti ſunt, q̃a ignẽ
alienũ in conſpectu dñi obtulerunt. Et ideo.1.ad Corin.9. dicit apoſtolus, Vt euangeliũ p̃dicans,

Ignis alien⁹ nõ adhibẽdus in ſacrificio.

ſine ſumptu ponã euangelium, vt nõ abutar poteſtate mea in euangelio. ¶⌞Non eſt mihi volũ-
tas in vobis.⌟ Hic tangit de abiectione Iudæorũ & vocatione gentium. Vnde tria dicit, ſ. abie-
ctionem Iudæorũ & gentium vocationẽ, abiectionis cauſam & cauſæ probationẽ. ⌞Non eſt mi
hi voluntas in vobis, dicit dñs exercituum,⌟ beneplaciti. ſ. Pſal.146. Beneplacitũ eſt dño ſuper ti
mentes eum,& in eis qui ſperant ſup miſericordia eius,⌞&⌟ ſupple ideo, ⌞munus nõ ſuſcipiam
de manu veſtra,⌟ Munus & donũ differunt, quia donũ eſt donantis, & munus ſuſcipientis, Nu-
me.16. Ne reſpicias ad ſacrificia eorũ, Gene.4. Ad Cain aũt & ad munera eius non reſpexit. Et

Muneris & doni diſtinctio.

ſubiungit cauſam, ⌞Ab ortu eñi ſolis⌟ .i. ab oriente vſq; ad occaſum .i. occidentẽ, ⌞magnum eſt
nomen meũ,⌟ hoc eſt, fama nominis mei p̃ prędicationes apoſtolorũ diffamata, ⌞in gentibus⌟
.ſ. inter gentiles, ⌞dicit dñs exercituũ,⌟ Eſa.49. Dedi te in lucẽ gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad
extremũ terræ, Pſal.112. A ſolis ortu vſq; ad occaſum, laudabile nomen dñi, ⌞in omni loco⌟ gen
tilitatis ſupple, ⌞ſacrificaẗ⌟ ſanctitate mihi accepta, ⌞& offertur,⌟ in ceremonijs Chriſtianorũ ſe
cundũ ordinem Melchiſedech, vt dicit Hieroñ. ⌞oblatio munda,⌟ Chriſti .ſ. ſanguine mũdata.
Gloſſa, Regula ſcripturarũ eſt vbi manifeſtiſſima prophetia texitur de futuris, per incerta allego
B riæ non extenuare quæ ſcripta ſunt,& ideo iſte locus ſcripturę ad alium ſenſum p̃ allegoriã tra-
hendus non eſt. Vnde ſubdit, ⌞quia magnũ eſt nomen meũ⌟ .i. magnæ virtutis, ⌞in gentibus di
cit dñs exercituum,⌟ Philip.2. Donauit illi nomẽ quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomĩe Ieſu
omne genu flectaẗ, cœleſtiũ, terreſtriũ & infernorũ, Hoc ſignificatũ eſt Eſa.19. Cognoſcetur dñs
ab Aegypto & cognoſcẽt Aegyptij in die illa dñm, & colent eum in hoſtijs & muneribus, ⌞&
vos polluiſtis illud⌟ .ſ. nomẽ meum .i. pollutũ veſtris peccatis credi feciſtis, cũ gentes illud ſancti-
ficauerint, Ezech.36. Non propter vos ego faciam domus Iſrael, ſed propter nomẽ ſanctum me
um quod polluiſtis in gentibus. Et ſubdit modum pollutionis, ⌞in eo ꝙ dicitis, menſa dñi con-
taminata eſt,⌟ putatis eñi ꝙ quia altare non ſplendet auro & gemmis quod contaminatum ſit,
cum deus non attendat ita ſplendorem ornatus in parietibus, ſicut ſanctificationem deuotionis,
Pſal.44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Et ſupple iterum dicitis, ⌞quod ſuperponitur⌟
.ſ. ſuper altare, ⌞contemptibile eſt,⌟ putabant eñi ꝙ in humili altari maculoſa animalia poſſent
offerri, quod error magnus eſt, quia in deuotione offerentium attenditur oblatio,& non in am-
bitione oblatorum. Vnde.1.Para.vlt. dixit Dauid: Populum tuum qui hic repertus eſt, vidi cum

Oblationẽ cõmendat cultus pietatis, nõ faſtus exterior.

ingenti gaudio offerre tibi donaria domine deus Iſrael, cuſtodi hanc voluntatem, hoc eſt hanc
voluntatis deuotionem, ⌞cum igne qui illud deuorat,⌟ putabant enim etiam ignem minus ſa-
crum eſſe propter altaris paupertatem, cum deus ad humilitatem cordis potius quàm ad faſtum
exteriorem reſpiciat, Eſaiæ.66. Cœlum ſedes mea eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum,
ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu & trementem ſermones
meos? Sæpe enim plus placet deuotio pauperum quàm ambitio diuitum, ⌞& dixiſtis,⌟ non mi-
nore .ſ. impietate excuſantes vos, ⌞Ecce de labore,⌟ hoc eſt ipſum maculatum quod offerimus
C cum labore acquiſiuimus, quia redeuntes de captiuitate pauperes ſumus, non attendentes illud
Tobiæ.4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum liben-
ter impartiri ſtude. Vnde.3.Regum.17. Vidua de ipſa farinula primum fecit Heliæ, ſibi autem
& filio ſuo fecit poſtea, ⌞Et exufflaſtis illud,⌟ id eſt ſufflandum æſtimaſtis & leue, ⌞dicit domi-
nus exercituum,⌟ Pſalm̃.34. Fiant tanquam puluis ante faciem venti, Eſa.40. Exiccatum eſt fœ
num & cecidit flos, quia ſpiritus domini ſufflauit in eo. Et hoc falſa excuſatione ita dixiſtis, ⌞&⌟
id eſt quia, ⌞intuliſtis,⌟ ſupple in templum ad offerendum, ⌞de rapinis fraudium & vſurarum,
⌞claudum & languidum,⌟ reſeruato vobis pingui & forti, Geneſis quarto: Nonne ſi bene offe-
ras, male autem ſi diuidas, peccaſti? Male autem diuidit, qui ſibi forte & domino debile offert,
cum ſcriptum ſit in pſalmo.65. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſu arietum, ⌞&⌟
ſic ſupple in fraude intuliſtis in templum meum, ⌞munus,⌟ Actorum quinto dixit Petrus ad
Ananiam: Anania, cur tentauit ſatanas cor tuum, mentiri te ſpiritui ſancto,& fraudare de pretio
agri? ⌞Nunquid,⌟ ſupple ergo ſuſcipiam ⌞illud⌟ .ſ. munus ſic fraudulenter oblatum, ⌞de manu
veſtra,⌟ Ecci.34. Dona iniquorũ nõ probat altiſſimus, ⌞Maledictus,⌟ abiectos maledicit ꝓpter
dolũ, q̃a & à populo oblatis p̃fectis aĩalibus illa ponebãt in gregibus ſuis,& alia maculoſa obtu-
lerunt,& in populo quidã maculoſa offerebãt & p̃fecta retinebãt, ⌞Maledictus doloſus.⌟ Do-
loſus eſt qui aliud machinaẗ corde peſſimo,& aliud dicit ore & exhibet opere, ⌞qui habet in
grege ſuo maſculum,⌟ id eſt perfectũ,& ſic habet quod digne offerat, ⌞& votũ faciens⌟ ſpon
taneũ ſupple deo, ⌞immolat dño debile,⌟ occaſionatũ .ſ. vel defectu virtutis vel mẽbri defectiõe,
Ioñ.2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ionæ.2. Ego in voce laudis immolabo tibi,quæcũq; voui,reddam pro ſalute mea domino. In vo D
ce laudis immolat,qui hoſtiam ab omnibus laudabilem offert domino,Pſal.26. Immolaui in ta-
bernaculo eius hoſtiam vociferationis,hoc eſt,quæ prçconijs omnium extollitur. Sed ne creda-
tur ꝙ à paupere qui non habet maſculũ, dominus debile non accipiat,occurrit Gloſſa dicens: Si
non habes maſculum,non nocet tibi maledictio,rationem aũt ſubiungit, ⌊quia rex magnus ego
dicit dominus exercituum⌋ Pſal.94. Rex magnus ſuper omnes deos,& ideo non decet mihi of-
ferri,niſi quod perfectũ eſt, Leuitic.22. Homo q obtulerit victimam pacificoꝝ dño vel vota ſol-
uens vel ſponte offerẽs,tã de bobus q̃ de ouibus immaculatũ offeret, vt acceptabile ſit,om̃is ma
cula non erit in eo. Si cæcũ fuerit,ſi fractũ,ſi cicatricẽ habẽs,ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetigi-
nem,non offeretis ea domino, ⌊& nomen meũ horribile,⌋ hoc eſt, tremendũ eſt, ⌊in gentibus⌋

Mutilũ aut maculatũ deo nõ offerendum

& intelligitur de horrore reuerentiæ,quando magnitudine nominis diuini conſiderata,gentilitas
horripilationem paſſa per prædicationes apoſtoloꝝ ad reuerentiã mota eſt, Eſa.21. Repleti ſunt,
lumbi mei dolore & anguſtia poſſedit me,ſicut anguſtia parturiẽtis,corrui cum audirem, turba-
tus ſum cum viderem, Iob.4. Pauor tenuit me,& tremor & omnia oſſa mea perterrita ſunt,& cũ
ſpũs me præſente tranſiret,inhorruerunt pili carnis meæ. Et ſic factũ eſt quod dicitur in pſal.81.
Surge deus,iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

¶In capitulũ ſecundũ Malachiæ prophetæ enarratio.

ET nunc ad vos⌋ In hac ſecũda parte increpat ingratitudinẽ eoꝝ qui ſanctifica-
tionem dñi,quam in paradiſo inſtituit violarũt,& diuiditur in duas partes,impro
perat em̃ pctm̃ quod cõmiſerunt in vxores,ſecundũ nuptias à dño in paradiſo
inſtitutas. In ſecunda improperat pctm̃ quod cõmiſerunt contra iudicium do- E
mini,mundũ gubernãtis,ante finẽ cap. ibi, Laborare feciſtis dominũ. Prima ha-
rum in duas diuidit. In prima oſtẽdit beneficiũ in genere, & trãſgrediẽtibus cõ-
minatur maledictionẽ. In ſecũda oſtendit receſſum ingratoꝝ à beneficio percepto, ibi, Vos autẽ
receſſiſtis de via. In prima tria facit,cõminatur ingratis beneficium recolere nõ volentibus. In ſe-
cunda cõmemoratur beneficiũ factũ patribus, ibi, Et ſcietis quia miſi ad vos. Et ne videatur iniu-
ſta comminatio. In tertia oſtendit rationẽ, ibi, Labia em̃ ſacerdotis. ⌊Et nũc ad vos, ò ſacerdo-
tes mandatũ hoc⌋ ſupple dirigitur,per quos vt dicit Hieronymus,mandatũ debet tranſire ad po
pulum ſicut ſequeſtres & mediatores. Gloſſa, Qui maioris eſt dignitatis,& cui plus committit,

Sacerdos ob diſſimulationẽ dãnandus.

plus ab eo exigitur. Gene.31. Ego damnũ omne reddebam,quicquid furtim peribat à me,exige-
bas, Luc.16. Redde rationẽ villicationis tuæ. Chryſoſtomus ſuper Iohannẽ: Sacerdos ſi omnia be
ne agat,& circa ſubditos diligentem cuſtodiam non adhibeat,damnabitur. Matth.25. Serue ma
le & piger,quare non dediſti pecuniam meam ad menſam. Et ſubdit comminationem. ⌊Si no-
lueritis audire⌋ hoc eſt, exaudire,quę .ſ. pertinent ad officium noſtrum, Ezech.3. Domus aũt Iſ-
rael nolunt audire te,quia nolunt audire me, ⌊& ſi nolueritis ponere ſuper cor,⌋ ad memoran-
dum..ſ. Pſal.118. Meditabar in mandatis tuis,quæ dilexi nimis, Aggæi.1. Ponite corda veſtra ſu-
per vias veſtras, Cantic.8. Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum, ⌊vt detis gloriam nomini
meo⌋ operãdo .ſ. digne & digna mihi offerendo, ⌊ait dñs exercituum⌋ confirmatio eſt præce-
dentium, Pſal.113. Non nobis domine non nobis,ſed nomini tuo da gloriam, Hiere.13. Date glo-
riam domino deo veſtro antequam contenebreſcat, & antequã offendant pedes veſtri ad mõ- F
tes caliginoſos, ⌊mittam in vobis ægeſtatem⌋ ſupple ſi non audieritis. Et intelligit de ægeſtate
ſpiritualium & temporalium bonorum, Amos octauo: Emittam in terram famem, nec famẽ pa
nis,neq; ſitim aquæ,ſed audiendi verbum domini. Aegeſtas enim ab egendo dicitur, quæ ex pri
uatione bonorum cauſatur, ⌊& maledicam benedictionibus veſtris.⌋ Gloſſa tripliciter exponit
hoc,hoc eſt,maledicam decimis,primitijs & oblationibus quas pro benedictione accepiſtis, vel
maledicam his quæ meis benedictionibus poſſidetis,vel quicquid à vobis ſpe terreni lucri poſſi-
detur ,à me maledicetur. Pſalmo centeſimooctauo: Maledicent illi & tu benedices,qui inſurgunt
in me,confundantur, ⌊& maledicam illis⌋ .ſ. benedictionibus, ⌊quoniam nõ poſuiſtis ſup cor,⌋
vt .ſ. faceretis mandata mea. Pſalmo centeſimodecimooctauo: In corde meo abſcondi eloquia
tua,vt non peccem tibi. Et maledictionem in pœna exponit, ſubdens. ⌊Ecce ego projiciam à
vobis⌋ hoc eſt,auferam à vobis, ⌊brachium⌋ hoc eſt armum dextrum,qui cedebat in partẽ ſa-
cerdotis de oblato, ⌊& diſpergam ſuper vultum veſtrum⌋ vt .ſ. deturbemini in facie quæ om̃i-
bus apparet, ⌊ſtercus ſolennitatum veſtrarum⌋ Et tangit hoc quod dicitur, Deuter.18. Dabũt ſa
cerdoti armum & ventriculũ. Et intendit p ventriculum ſtomachum,& vult dicere, ꝙ armus ab
eis auferetur,q delectabilis eſt,& ventriculus in caput eorum projicietur, vt ſtercus quod in vẽ-
triculo eſt in facies eorum diſpergatur in ſignum turpitudinis. Dicit autem ſolennitatum veſtra-
rum,quia talia in ſolẽnitatibus offerebãtur, Tobiæ.2. Dies feſti veſtri conuertentur in luctum &
lamentationem. Eſaiæ primo: Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea, facta
ſunt mihi moleſta,laboraui ſuſtinens, ⌊& aſſumet vos ſecum⌋ ſtercus ſcilicet. Hieronymus, vt
ſcilicet non differatis ab ipſo ſtercore in fœtoribus, ⌊&⌋ tunc .ſ. ⌊ſcietis⌋ p pœnæ experimẽtũ,

⌊quia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A ⌊quia miſi ad vos mandatum iſtud⌋ Sacerdotale.ſ.eligendo vos in patre veſtro Leui. Magnum
enim tantam dignitatem p̱ patres mittere in poſteros,Eſa.61.Vos autem ſacerdotes dei vocabi-
mini miniſtri dei noſtri dicet vobis,Apoca.1.Feciſti nos deo noſtro regnũ & ſacerdotes,miſi in-
quam ⌊vt eẽt pactũ meũ⌋ ſacerdotij.ſ.⌊cũ Leui⌋ hoc eſt Leuitis,⌊dicit dñs exercituũ⌋Gloſ-
ſa Hieronymi,per Leui intelligimus Aaron & alios qui de ſtirpe Aaron vel Leui deſcenderunt,
Pſal.102.Miſericordia dñi ab æterno,& vſq; in æternũ ſup̱ timẽtes eũ.Et iuſtitia illius in filios fi-
liorum his qui ſeruant teſtamentũ eius.Et explanat pactũ,⌊pactum meũ fuit cum eo⌋ cum Le
ui.ſ.⌊vitæ⌋ per gratiã,⌊& pacis⌋ quàm faceret inter homines,vt.ſ.vitam p̱ gratiã doceret, &
pacis quam in paradiſo fecit deus conciliator eẽt.De.1.Iohan.10.Ego veni vt vitã habeãt & a-
bundantius habeãt.De ſecũdo,Iohan.14.Pacẽ relinquo vobis,pacẽ meam do vobis, Ezech.20.
Dedi eis præcepta mea & iudicia mea oſtendi eis,quæ faciens homo,viuet in eis. Vnde de bono
dicitur ſacerdote,Eccĩ.45.In verbis ſuis monſtra placauit.Hieronymus,q̃a in ſe pacẽ habuit, &
alios ad pacem reduxit,⌊& dedi ei timorẽ⌋ qui.ſ.omnia bona in eo cuſtodiret,Eccĩ.27.Si nõ in
timore dñi inſtanter te tenueris,cito ſubuertetur domus tua, ⌊& timuit me⌋ à malo.ſ.recedens,
Ecci.1.Timor dñi expellit pctm̃,⌊& à facie nominis mei pauebat⌋ hoc eſt, à præſentia notitiæ Pactum vitæ & pacis
meę.Gloſſa,horrore corporis indicans ſe verba dei timere.Et ſubdit p̱ ſingula exponẽs pactum
ſacerdotale in quatuor,in doctrina,in vita,in vtilitate,& in officio.In doctrina dupliciter.ſ.verita
te & puritate.De veritate dicit,⌊lex veritatis fuit in ore eius⌋ Romañ.9.Veritatem dico in Chri
ſto Ieſu,non mẽtior.In ore em̃ doctoris veritatis,nugę ſacrilegia ſunt.Et ſubdit de puritate, ⌊&
iniq̃tas nõ eſt inuẽta in labijs eius,⌋ vt.ſ.vanũ,falſum vel mendaciũ diceret.Gloſſa,quia imitatur
B eum q̃ peccatũ non fecit,nec eſt inuẽtus dolus in ore eius.1.Petr.2.& Eſa.53.Iob.6. Nõ inuenie-
tis in lingua mea iniq̃tatem,nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit. Et ſubdit de veritate vitæ,
⌊in pace⌋ quam.ſ.fecit inter cõmiſſos,Heb.12..Pacẽ ſequimini cũ omnibus,& ſanctimoniã,ſine
qua nemo videbit deũ,⌊& in æquitate,⌋ hoc eſt,in rectitudine virtutis & iuſtitiæ,Eſa.26.Semita
iuſti recta eſt,rectus callis iuſti ad ambulandum,⌊ambulauit mecum⌋ hoc eſt,profecit de virtu
te in virtutem.Gloſſa,ſicut Enoch,Gene.5.Ambulauitq; Enoch cum deo & non apparuit, quia
tulit eũ deus.Gene.6.Ambulauit Noe cum deo.Et ſubdit de vtilitate, ⌊& multos auertit ab ini-
quitate⌋ per p̃dicationem.ſ.& correptionem,Iacobi.5.Scire debet,ꝙ qui conuerti fecerit pecca-
torem ab errore viæ ſuæ ſaluabit animam eius à morte,& operit multitudinem peccatorum. Et
ſubdit de proprio actu officij,⌊labia enim ſacerdotis cuſtodiunt,⌋ hoc eſt, cuſtodire debẽt,⌊ſci
entiam⌋ vitæ.ſ.doctrinæ & iudicij,Oſee quarto:Quia tu ſcientiam repuliſti,repellam te ne & tu Sacerdos, cuſtos eſt legis.
ſacerdotio fungaris mihi,⌊& legẽ requirent,⌋ ſubditi.ſ.de faciendis, docendis & iudicandis,⌊de
ore eius⌋ ſacerdotis.ſ.Hieronymus,ſi ſacerdos de lege interrogatur,doceat, reſiſtentes conuin-
cat,alioquin fruſtra iactat dignitatem, cuius non exhibet operationem.Idem: Si ſacerdos delin-
quentes non corripit,ſacerdotis officium præterit,& ſubdit rationem, ⌊quia angelus domini ex-
ercituum eſt,⌋ hoc eſt,nuntius dei ad populum. Hic dicit Hieronymus in originali,Eſdram fu- Malachias idem q̃ Eſdras
iſſe Malachiam,dicit enim ſic,Exponit nomen ſuum Eſdras ſacerdos dei, hoc eſt Malachia,qui
angelus domini appellatur,voluntatem dei annuntians hominibus.
¶⌊Vos autem receſſiſtis⌋ Tangit receſſum à pacto.Primo in communi.Secundo in ſpeciali,
C ibi,Nunquid non pater vnus.In primo dicit culpam & pœnam.⌊Vos autem⌋ tali pacto con-
tempto ò ſacerdotes,⌊receſſiſtis de via⌋ veræ.ſ.doctrinæ & rectæ vitæ. Vnde Eſaiæ triceſimo
dicunt:Auferte à me viam,declinate à me ſemitam,ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael,⌊& ſcãda-
lizaſtis plurimos in lege⌋ ſcandalo actiuo.malo.ſ.exemplo,quia à lege receſſerunt,Matth.deci-
mooctauo:Qui ſcãdalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credũt, expedit &c. Et ſic ſupple,
⌊irritum feciſtis pactum Leui,⌋ hoc eſt,Leuitarum,vitæ.ſ.& pacis & cæteroꝝ quæ dicta ſunt,
pertinentia ad officium ſacerdotis,⌊dicit dominus exercituum⌋ confirmatio eſt præteritorum
vt magis timeant.Et ſubdit de pœna.⌊Propter quod⌋,ſ.peccatum,⌊& ego⌋ equus iudex om- Sacerdotes cur vulgo deſpecti.
nium,& ponderator actuum humanorum,⌊dedi vos cõtemptibiles⌋ hoc eſt,vilificatos & pro-
iectos,⌊& humiles⌋ hoc eſt,ad humum proſtratos quaſi conculcandos,⌊omnibus populis⌋Da
nielis tertio:Imminuti ſumus plus quàm omnes gẽtes,ſumuſq; humiles in vniuerſa terra hodie,
propter peccata noſtra,⌊ſicut non ſeruaſtis vias meas,⌋ hoc eſt,præcepta legis,Romanoꝝ pri-
mo:Sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum ſenſum. In
quo autem maxime hoc fecerũt,ſubdit,⌊&⌋ id eſt quia,⌊accepiſtis faciem⌋ perſonarum.ſ.⌊in
lege⌋ vt.ſ.iuſtificaretis impium pro muneribus,vel pro amicitia vel poteſtate,⌊& iuſtitiam iuſti Index perſonaꝝ rõnem nõ habeat.
aufertis ab eo⌋ Eſaiæ quinto,Iacobi ſecundo:Fratres mei,nolite in perſonarum acceptione ha
bere fidem domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.Et poſt pauca:Si autem perſonas accipitis, pctm̃
operamini,redarguti à lege,quaſi tranſgreſſores, Deuter.16.Non accipies perſonam,nec munera
quia munera excæcant oculos ſapientium,& mutant verba iuſtorum,iuſte quod iuſtum eſt,per-
ſequeris,Deuter.1.Ita paruum vt magnum audietis, non accipietis cuiuſquã p̱ſonã,q̃a dei eſt iu
diciũ.Et huius peccati oſtẽdit incõuenientiã ſubdẽs:⌊Nunq̃d nõ pater vnus⌋ſupple ẽ oĩm nr̃m.

Abra-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Abraham.ſ.quaſi dicat,ſic,Iohan.8.Pater noſter Abrahã eſt,Eſa.51.Attendite ad Abrahã patrẽ D
veſtrũ,& ad Saram quæ peperit vos. ⌊Nunquid non deus vnus creauit nos?⌋ quaſi dicat,ſic,
Eſa.64.Opera manuũ tuarũ omnes nos.Et ex quo eſtis cõpares quo ad patrem carnalẽ & quo
ad patrem ſpũalem deũ,⌊quare ergo,⌋hoc eſt,ſine ratione,⌊deſpicit vnuſquiſq; veſtrũ fratrem
ſuũ⌋Iudæum.ſ.vt filiam ſuã vxorẽ ducere nolit propter paupertatẽ& afflictionẽ captiuitatis &
ducat filiã gẽtilis propter diuitias & pulchritudinẽ,⌊violans⌋in hoc.ſ.⌊pactũ patrũ noſtrorũ⌋
Leuitarum.ſ.Diſpar eñ cultus impedimentũ matrimonij eſt. Quod aũt hoc factũ ſit, expreſſe
ſcribitur.1.Eſdræ.9.& Neem.vlt.& qualiter hoc Eſdras & Neemias correxerũt, propter quod
etiam creditur Eſdras Malachias eſſe,quia quod Eſdras correxit, Malachias ſimiliter reuocat ne
fiat.Vnde Hieronymus ſicut ex lectione Eſdræ colligitur,reuerſi de Babylonia tã principes &
ſacerdotes q̃ reliquus populus,vxores ſui generis quę paupertate & labore viæ infirmitatem cõ
traxerant,eiecerũt,& filiabus alienigenarũ ætate vel diuitijs florentibus ſe copulauerũt, Vnde ſi-
cut dicitur Neem.vlt.Filij loquebantur ex media parte Azotice,& neſciebãt loqui Iudaicę, ſed
loquebant iuxta linguam populi & po puli.Quod pctm̃ exaggerans ſubdit,⌊tranſgreſſus eſt Iu
da⌋.i.hoc pctõ cõtaminatur tribus Iuda quæ cũ ſacerdotibus & Leuitis reuerſa eſt de Babylo-
ne,⌊& abominatio⌋ hoc eſt,tã abominabile pctm̃,⌊facta eſt in Hieruſalem⌋hoc eſt,in decem
tribubus,quo ad illos q cum duabus tribubus reuerſi ſunt, ⌊& in Hieruſalẽ⌋ quo ad ſacerdotes
qui in Hieruſalem manẽtes hoc fecerũt & alios facere pmiſerũt propter munera & acceptionẽ
perſonarũ.Hieroñ.inter omnia pctã ſacerdotum hoc maximum notatur,ꝙ non cauſas,ſed p- E
ſonas conſiderent,& deſpecto iuſto paupere iniuſtos diuites honorẽt. Et exponit qualiter ſub-
dens,⌊quia cõtaminauit Iudas⌋ hoc eſt,duæ tribus,& decem & ſacerdotes, ⌊ſanctificationem
dñi⌋ hoc eſt ſanctitatẽ matrimonij,⌊quàm dilexit⌋.ſ.dñs,& vt dilectã cuſtodiri fecit,præcipi-
ens ne ducerent filias alienigenarũ maxime allophilorũ,quia illas vicinas habebant, ne ſubuerte-
rent eos ad deos alienos.3.Reg.11.ſuper quibus dixit dominus filijs Iſrael:Non ingrediemini ad
eas,neq; de illis ingredientur ad veſtras, certiſſime enim auerterent corda veſtra vt ſequamini
deos earũ.Et hoc eſt quod ſequitur, ⌊& habuit filiam dei alieni,⌋ pro vxore.ſ. & hoc in pericu
lum fidei,qa tales non cõmanent,niſi in contumeliã creatoris.Et ſubdit pœnã tãti peccati,⌊diſ-
perdat dñs virum qui fecerit hoc⌋ virum dicit nõ mulierem,qa nunq̃ licuit mulieri habere plu
res viros,ſed viro aliquando licuit,⌊magiſtrum⌋ hoc eſt,ſacerdotem, ⌊& diſcipulum⌋ hoc eſt
ſubiectum,⌊de tabernaculo Iacob,⌋ ſingulare ponit pro plurali,hoc eſt de om̃ibus tabernacu
lis ſiue modis viuendi eccleſiæ.1.ad Corinth.5.Indicaui tradere huiuſmodi hominem ſatanæ in
interitum carnis,vt ſpũs ſaluus ſit in die dñi noſtri Ieſu Chriſti.Et hoc eſt quod ſeqtur, ⌊& offe
rentem munus à dño exercituũ⌋ ſacerdotẽ.ſ. diſperdat dñs.Hieronymus, ſiue ſit ſacerdos ſiue
laicus vna maledictione ferientur,qa vno pctõ tenẽtur,q̃d licet grauius ſit in ſacerdote propter
circũſtantiã peccãtis,eſt tamẽ cõmune in ſubſtantia.⌊Et hoc rurſum feciſtis⌋ Tãgit hic pctm̃
conſequẽs ex primo,& hoc exaggerat triplici ratione.Primo,quia lachrymæ dimiſſarũ faciunt
non placabilẽ oblationẽ vel ſacrificium.Secundo,quia dimittere vxorẽ cõtra indiuiduitatem eſt
matrimonij.Tertio,quia eſt contra bonũ prolis ſuſcipiendę & enutriendę ad cultũ dei.Quarto F
gratia huius dicit,in quo caſu vxor à thoro poteſt ſeparari.⌊Et hoc⌋ſupple pctm̃,⌊rurſum fe-
ciſtis⌋ pctm̃ peccato.ſ.addẽtes.1.Theſſ.2.Vt impleãt pctã ſua ſemper.Matth.23. Implete mẽ
ſuram patrum veſtrorum,⌊operiebatis lachrymis altare dñi⌋ hoc eſt,operiri feciſtis.Et dicit in
præterito imperfecto,vt notetur continuitas actus ex præterito in præſens. Quando enim di-
miſſæ fuerunt vxores,ad altare domini veniebant & ibi plorabant,& contra dimittentes & cõ-
tra ſacerdotes q hoc fieri poſſe iudicabãt,& ſic altare dñi lachrymis replebãt,ita ꝙ locus in altari
non eſſet exauditionis ſacerdotum.Et propter hoc dicit operiebatis,quaſi dicat vt nihil aliud ca
pere poſſet,Eccl.35.Non accipiet dominus perſonam in pauperem(hoc eſt cõtra pauperem)
& deprecationẽ læſi exaudiet,non deſpiciet preces pupilli,nec viduã ſi effuderit loquelã gemi-
tus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem
eas? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cœlum,& dominus exauditor non delectabitur in il-
lis.Et hoc eſt quod ſequitur,⌊fletu & gemitu⌋ Threñ.1.Multi eñ gemitus mei & cor meum
mœrens,Pſal.37.Rugiebam à gemitu cordis mei,⌊ita vt non reſpiciam,⌋ hoc eſt, reſpicere de-
beam,⌊vltra ad ſacrificium⌋ ſupple per vos oblatum.Eſa.1.Ne offeratis vltra ſacrificium fru-
ſtra,incenſum abominatio eſt mihi,⌊nec accipiam placabile quid de manu veſtra⌋Placabile di
citur ab actu placationis,talibus eñ plus prouocatur q̃ placetur,Eſa.1.Cũ extẽderitis manus ve-
ſtras,auertã oculos meos à vobis,& cũ multiplicaueritis orationes vr̃as non exaudiã, manus eñ
veſtræ ſanguine plenæ ſunt,⌊& dixiſtis⌋ Ingrati eñ & contumacis eſt,pctm̃ non recognoſce
re,⌊quàm ob cauſam⌋ hoc eſt,propter quod pctm̃,& reſpondet,⌊qa dñs⌋ in paradiſo.ſ.inſti
tuens matrimoniũ,⌊teſtificatus eſt⌋ verbo ſuo.ſ.Gene.2.Propter q̃d relinquet hõ patrẽ & ma-
trem,& adhærebit vxori ſuæ,& erũt duo in carne vna.Idẽ Matth.19.& adiungit.Itaq; nõ ſunt
duo ſed vna caro,q̃d ergo deus cõiunxit,hõ nõ ſeparet.Per hoc notat matrimonij indiuiduitas,
per quã

Matrimonium dirimit cultus diſparitas.

Depcatio nẽ læſi deus exaudit.

Matrimonij nexus indiſſolubilis

A per quã vxor inſeparabilis eſt à viro,⌊inter te & vxorẽ pubertatis tuæ⌋.i.quam primo in iuuen
tute tua duxiſti,Hier.3.Dux virginitatis meæ tu es,⌊quã tu deſpexiſti,⌋hoc eſt vt deſpectã abie
ciſti,Ephe.5.Viri,diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam. Et exaggerat pecca
tum,ſubdens ⌊Et hæc particeps tua⌋ſupple eſſe deberet,tanta em̃ eſt indiuiduitas matrimonij,
vt coniugibus oĩa faciat eſſe coĩa,aliter em̃ indiuiduitas eſſe nõ poteſt. Et hoc notatur qñ dicit,
Erunt duo in carne vna.Hæc em̃ caro vna, proles eſt, in qua ambo ſexus ſociant, vir ſicut for-
mans, fœmina ſicut formata.Et cũ familia domus & facultates ad prolẽ referant ſicut ad hære-
dẽ,etiam in his debet eſſe indiuiduitas.Et hoc eſt q̃d ſequit,⌊& vxor fœderis tui⌋.i.vxorio affe
ctu & fœdere matrimoniali coniuncta,Ephe.5.Sacramentũ hoc magnũ eſt,ſignificat em̃ beati-
ficati & beatificantis ſpũs indiuiduitatẽ.Et ſubiungit rationẽ,⌊nõne vnus fecit?⌋quod aũt facit
vnus & indiuiſus,indiuiduitate debet eſſe vnũ & non tendere ad diuiſionẽ, Matth.19. Non ſunt
duo,ſed vna caro.Et hoc eſt q̃d ſequitur,⌊& reſiduũ⌋.i.fœmina de reſiduo corporis viri facta,
⌊ſpũs eius eſt⌋genitiui caſus,&eſt partitiua cõſtructio,hoc eſt aliquid ſpũs eius eſt,viri.ſ.vel dei,
nõ ꝙ ſit de eẽntia ſpũs diuini, ſed q̃a imago illius eſt.1.ad Corin.11.Vir nõ debet velare caput ſu
um,qm̃ imago &gloria dei eſt,mulier aũt gloria viri eſt.Non em̃ vir ex muliere ẽ,ſed mulier ex
viro .Etenim nõ eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virũ,Hieroñ.Tanto affe
ctu vir & mulier deberent copulari,vt vna anima in duobus eſſe videret, coniunctis ſpũ & men-
te ſociatis. Et ex hoc rationat vlterius, ⌊& quid vnus,⌋ hoc eſt ſic vxori vnitus & indiuiduus,
⌊quærit⌋.i.quærere debet,⌊niſi ſemen dei⌋.i.prolem in timore dei ſuſceptã ad cultũ dei nutri-
endam,q̃d non ſit per mulierem acceptã ex cultu diſpari,illa em̃ prolẽ ꝑuertit ad alienos deos,&
B ſimiliter facit q̃ in libidinẽ aſſumpta eſt,Hoc ſignificat Gene.21.vbi dicit: Eijce ancillã & filium
eius.Ancilla em̃ petulantiam ſignificat,filius eius proles ad petulantiã nutrita,& hæc eijciẽda eſt
& nõ legitime coniuncta q̃ fœcunda eſt.Vnde in maledictionẽ talium dicit Iob.24. Cõteratur
quaſi lignũ infructuoſum,pauit em̃ ſterilem & q̃ non parit & viduæ nõ benefecit.Sic exaggera-
to peccato,reuocat delinquentes,ſubdẽs,⌊cuſtodite ergo ſpm̃ veſtrũ⌋.i.per amorẽ, ne.ſ.ad alie
nigenas exardeſcat,ſed intra metas matrimonij cõſiſtat, Prouer.7.Prudẽtiam voca amicã tuã, Vxori vir
vt cuſtodiat te à muliere extranea,q̃ verba ſua facit dulcia.Et hoc explanat,ſubdẽs,⌊&⌋.i.⌊vx fidem non
orem adoleſcentiæ tuæ⌋.i.tibi in adoleſcentia tua coniunctã, ⌊noli deſpicere⌋.i. abijcere,Pro- violet.
uerb.5.Lætare cũ muliere adoleſcentiæ tuæ,cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus, vbera eius
inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Et ibidẽ: Quare ſeduceris fili mi
ab aliena,& foueris in ſinu alterius?1.ad Theſſ.4.Sciat vnuſquiſq; veſtrũ ſuũ vas (hoc eſt propriã
vxorem)poſſidere in ſanctificatione & honore & nõ in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ
ignorant deũ.Et ſubdit,ſi dimittẽda eſt,qualiter dimittatur,⌊cũ odio habueris eam⌋ex cauſa.ſ.
fornicationis, quia.ſ.maculauit thoꝝ & fidem matrimonij, ⌊dimitte⌋.i.à thoro ſepara,non à
matrimonio,⌊dicit dñs deus Iſrael,⌋Matth.5.Qui dimiſſam duxerit, adulterat.1.ad Corinth.7.
Præcipio,non ego,ſed dñs,vxorem à viro nõ diſcedere,ꝙ ſi diſceſſerit,manere innuptã, aut viro
reconciliari.Quod ſi obijciatur de libello repudij, dicit dñs Matth.19.quod Moyſes ad duritiã Libellus re
cordis eoꝝ permiſit eis dimittere vxores,ab initio aũt non fuit ſic. Permiſit aũt hoc Moyſes(vt pudij cur
dicit Hieroñ.)ſicut legiſlator,qui permittit malũ,ne peius fiat,& ſicut permittit meretricẽ, quam permiſſus.
C non laudat nec ꝑmiat,ſed deteſtatur,permittit tamen ne mũdus Sodomia impleat,& ſicut ædifi
cator facit cloacam ne pallatium fœtore impleatur,& ita permiſit Moyſes dimittere vxores, ne
interficerent ab his,qui duꝝ cor habebant ad eas,⌊operiet aũt iniquitas,⌋ quam.ſ.perpetrauit
mulier,⌊veſtimentũ eius dicit dñs exercituum,⌋Gloſſa dicit,veſtimentum eſſe corpus, q̃d ope- Mulier re-
rit iniquitas, qñ pœna iniquitatis, quæ eſt confuſio, pro peccato operit eam, Pſal.108. Induant pudiata al-
ſicut diploide confuſione ſua.Poſſet tamen dici,ꝙ veſtimentũ operit, quando nõ licet reuelari teri non nu
veſtimentum vt mulier alteri viro exhibeat,eo modo loquendi,quo dicit Leuit.18.Turpitudinẽ bat.
ſororis tuæ ne diſcooperies vel reuelabis,quia turpitudo tua eſt. Sic mulier dicitur operta quan-
do clauſo vndiq; veſtimento,nulli viro ſe poteſt denudare.Et ſic redit ad reuocationem à pecca
to,ſubdens,⌊cuſtodite ſpm̃ veſtrum,⌋& eſt quaſi concluſio ex præhabitis, ⌊& nolite deſpice-
re⌋.1.ad Theſſ.5.Integer veſter ſpũs & corpus & anima ſeruetur,Iaco.1.Vt ſitis perfecti & inte
gri in nullo deficientes.¶⌊Laborare feciſtis dñm.⌋Tangit peccatũ murmuris contra iudicium
dñi in generali gubernatione,& eſt modus loquẽdi, qui dicitur antropopatos,quãdo humana
paſſio per ſimilitudinem in deũ refertur.Sic dicitur deus laborare,quando ad modũ laborãtis ſu
ſtinet aliquid cum tædio.Eſa.1.Facti ſunt mihi moleſta,laboraui ſuſtinens, ⌊in ſermonibus ve- Deus ex-
ſtris,⌋murmurantibus.ſ.cõtra iudicium meũ,quod.ſ.proſperant mali & boni tribulationes pa- pers eſt paſ
tiantur.Vnde Gloſſa,ſententia hoꝝ verboꝝ latius tractatur in pſalm̃.72.Quàm bonus Iſrael de ſionis.
us,⌊& dixiſtis,⌋peccatũ veſtrum non recognoſcentes,cum dicatur in pſal.50.Qm̃ iniquitatem
meũ ego cognoſco,& peccatũ meũ contra me eſt ſemp.2.Para.vlt.Dñe peccaui,iniquitatẽ me
am ego agnoſco,⌊in quo fecimus eum laborare,⌋hoc eſt cũ tædio nos ſuſtinere & portare,Hie
rem̃.23.Vos eſtis onus,abijciam quippe vos.Et reſpondet,ſubdens, ⌊in eo ꝙ dicitis,⌋ murmu-

& rando

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rando.ſ.⌊Om̄ia ꝗ facit malū⌋ ſtudioſe.ſ.⌊bonus eſt in cōſpectu dn̄i,⌋ hoc eſt,bonus videtur, D
quia bene ſuccedit ei,Hiere.12.Quare via impioꝝ proſperatᷓ,bene eſt om̄ibus ꝗ præuaricantᷓ &
iniquę agūt,Abacuc.1.Quare reſpicis contēptores,& taces conculcāte imꝑio iuſtiorem ſe?⌊& ta
les ei placēt⌋.i.per hoc ꝙ,diſſimulat placere ei videntur.Idem Iob.21.Ibi em̄ late de eadē mate-
ria agitur.Quare impij viuunt,ſublimati ſunt, cōfortatiq; diuitijs?⌊aut certe⌋ ſupple me labo-
rare feciſtis,quia.ſ.dicitis,⌊vbi eſt deus iudicij⌋ Ex quo em̄ iniqui proſperantur & boni tribulā
tur,non videtur iudicio regi mūdus,ſed caſu.Simile in pſal.72.Dixerūt quō ſcit deus & ſi eſt ſciē
tia in excelſo.Ecce ipſi pc̄tōres & abundātes in ſeculo obtinuerūt diuitias,Iob.34.Deus ſubuertit
iudicium meum,& in iudicando me mendacium eſt.

¶In capitulum tertiū Malachiæ prophetæ enarratio.

ECce ego mittā angelū meū⌋ Tangit hic de purgatione pc̄tōrum & cōdemna-
tione impioꝝ,ibi,Inualuerūt ſup me verba veſtra.Purgationē pc̄tōrum tangit
in Leuitis,& diuiditᷓ in duo.In prima purgationē tāgit Leuitaꝝ.In ſecūda reuo
cat populū ad deuotionem eoꝝ iam purgatoꝝ,& vt ſoluat eis populus quod in
lege præceptū eſt,ibi,Reuertimini ad me.Adhuc prior iſtaꝝ in duo diuiditᷓ. Pri
mo em̄ oſtēdit qualiter purgantᷓ purgandi ꝑ pœnā expiationis.Secūdo qualiter
iudicantur maioribus peccatis irretiti,ibi,Et accedam ad vos in iudicio. In primo tria ſunt.ſ.pur
gatorum inductio,aduētus eius deſcriptio,ibi,Ecce veniet,& operis in purgando ꝑfectio,ibi,Ipſe
em̄ quaſi ignis conflans.In primo duo dicit,officiū.ſ.præcurſoris,& aduentum regis purgantis. E
⌊Ecce ego⌋ ac ſi dicat:Vos quæritis,vbi eſt deus iudicij,ſed ego manifeſtū vobis eū faciā,& in
primo & in ſecūdo aduētu.⌊Ecce ego⌋ ante primū aduentū,⌊mittā angelū meū⌋ hoc ē nūtiū

Iohānes Baptiſta ꝓcurſor dn̄i.

ſiue Iohānē Baptiſtā miniſterio angeloꝝ ſuffultū,Marc.1.& Matth.vndecimo,hoc ipſe Chriſtus
interpretatᷓ de Iohāne,ſed Marc.primo,adiungit aliā authoritatē,Eſa.40.Vox clamantis in de-
ſerto,parate viā dn̄i, Matth.aūt.11.ſimpliciter dicit.Hic eſt de ꝗ ſcriptū eſt:Ecce mittam angelū
meū.Angelus aūt iſte ante ſecūdū aduentū,vt dicit Hieronymus,ordinē ſignificat p̄dicatoꝝ,⌊&
ꝑparabit viā ante faciē meā⌋.i.ante ꝑſentiā meā.Hoc em̄ fecit Iohānes p̄dicando,baptizando,
difficultates veniendi ad Chriſtū ſuo teſtimonio remouēdo,& hoc faciet ordo p̄dicatorum ante
ſecundū aduentū,Eſa.40.In deſerto parate viā dn̄i,rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri,
Eſa.62.Trāſite,trāſite ꝑ portas,ꝑparate viā populo,planū facite iter & eligite lapides.Portę dicū
tur hic aditus ad corda populoꝝ ſecundū om̄es differentias & modos viuendi, ꝗ ſunt in mūdo,
ſicut & Iohānes publicanos,milites & om̄es alias populi differentias docuit ſecundū ſibi conue-
nientia,Luc.3.Planities itineris eſt,vt ſit ſtratum ſecundū rectitudinem iuſtitiæ generalis,erectio
lapidum, ablatio eſt ſcandaloꝝ & impedimētoꝝ.Et inducit de aduētu purgatoris, ⌊& ſtatim⌋
hoc eſt,continue,Eſaiæ.14.Prope eſt vt veniat tēpus eius, & dies eius non elongabuntᷓ, ⌊veniet
ad templū ſanctū ſuum⌋ Abacuc.2.Veniens veniet & nō tardabit,Cantic.2.Ecce iſte veniet ſa
liens in montibus,tranſiliens colles.In montibus ſalit,qa in eminentia virtutis altiſſimi, hoc eſt,pa
tris,& in illuminatione ſui ꝗ ſapientia patris eſt,& in ſanctificatione ſpūs deſuper venientis ve-
nit,tranſilit colles,hoc eſt,angelicoꝝ ordinū vertices,quia ſicut dicitur Hebr.1.Nuſquam angelos F
apprehēdit,ſed ſemen Abrahæ apprehendit.Ad templū ſanctū ſuum venit,hoc eſt vteꝝ virgi-
nis,vel ad literā ad templū quod tunc cōſtruebatur reconciliatis Leuitis vel ad eccleſiā,Hiere.7.

Dn̄s in templo ſancto ſuo

Templū dn̄i,templum dn̄i,templū dn̄i eſt.De primo dicitᷓ Ezech.43.Ecce gloria dei Iſrael ingre
diebatur ꝑ viam orientalē,&c.& terra reſplendebat à maieſtate eius.De ſecūdo in pſal.47.Suſce
pimus deus miſericordiā tuā in medio templi tui. De tertio.1.ad Corinth.3. Templū dei ſanctū
eſt,quod eſtis vos.Primū,ſanctū eſt ſancti ſanctoꝝ inhabitatione,Matth.1.Quod in ea natū eſt
de ſpū ſancto eſt,Luc.1.Quod naſcetur ex te ſanctū,vocabitᷓ filius dei. Secundū ſanctū eſt ſan-
cti ſanctoꝝ oblatione,per hanc em̄ om̄is oblatio templi,ſicut vmbra ad veritatem reducta eſt,
& ad ſanctitatem ordinata.3.Reg.9.Sanctificaui domū hanc quam ædificaſti, vt ponerē nomē
meum ibi in ſempiternum.Tertiū ſanctū eſt ſanctificatoꝝ virtute, Leuitic.11. Sancti eritis, quia
ego deus ſanctus ſum,ꝗ ſanctifico vos.Primū ſanctū eſt,qa de ipſo carnis ſubſtantiam ſumpſit,
hoc notatur Luc.1.vbi dicitur:Quod em̄ ex te naſcetur,præpoſitio enim, ex,materiā notat. Se-
cundum ſanctum,quia figuras & vmbras legis in eo ad veritatē ſua oblatione reduxit,Aggęi.2.
Magna erit gloria domus iſtius nouiſſime plus ꝗ̄ prime. Tertiū ſanctum,gratiæ inhabitatione,
Pſal.131.Hic habitabo quoniā elegi eam,Ezech.43.Locus ſolij mei, locus veſtigioꝝ pedū meo-
rum,vbi habito in medio filioꝝ Iſrael.Et deſcribit eum à poteſtate & ab officio . A poteſtate cū

Deus dn̄ator a calamitoſis requirendus.

dicit,⌊dominator quem vos quæritis,⌋ dominator enim eſt,qui poſſeſſos ab alienis dominis in
ſuam reducit poteſtatem,Eſa.26. Domini poſſederunt nos abſq; te,tantum in te(hoc eſt in tuo
dominio)recordemur nominis tui,Sapiæ.12. Tu dominator virtutis cum tranquillitate iudicas,&
cum magna reuerentia diſponis nos,Apoca.19.Habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptū,
rex regum & dominus dominantium.Hūc quærant ab alijs dominis oppreſſi,Aggæi.2. Veniet
deſideratis cūctis gentibus.Hoc ſignificatū eſt .1.Reg.22.vbi dicitur,ꝙ veniebant ad Dauid oēs,
qui e-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno & amaro animo & factus eſt eorum prin-
ceps. Et ſubdit de officio, ⌊& angelus⌋ hoc eſt nuntius. Eſa. 9. ſecundum ſeptuaginta vocabitur — Chriſtus angelus teſtamenti
magni conſilij angelus ⌊teſtamenti⌋ ſpũaliter docẽdi & implendi, & ꝑ miracula teſtificandi. De
primo, Roma. 8. Lex ſpũs vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis, hoc lex ſpũa
liter intellecta. Iohan. 6. Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpũs & vita ſunt. De ſecũdo, Matth. 5.
Non veni ſoluere legẽ, ſed adimplere. De tertio, Iohan. 5. Ego habeo teſtimoniũ maius, Iohelis.
Opera em̃ quæ dedit mihi pater vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhi-
bent de me. Pſal. 92. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, ⌊quẽ vos vultis⌋ hoc eſt, ad quẽ
ſicut ad finem refertur deſiderium ſanctoꝝ. Eſa. 26. Nomen tuũ & memoriale tuũ in deſiderio ani
mæ. Eſa. 53. Deſiderauimus eum deſpectum & nouiſſimũ viroꝝ. Et ſubdit de qualitate aduentus,
⌊ecce venit⌋ & notaꝛ, ꝙ primus aduentus demonſtrabilis eſt in humilitate, & ſecundus in terrore
Eſa. 40. Ecce dñs deus in fortitudĩe veniet, & brachiũ eius dñabiꝛ, ecce merces eiꝰ cũ eo, & opus il
lius coram illo. 1. Reg. 4. Venit deus in caſtra ⌊dicit dñs exercituum⌋ Confirmatio ẽ prophetiæ.
⌊Et quis poterit cogitare?⌋ ſupple ſufficienter, ⌊diem⌋ hoc eſt, qualitatem temporis & illumina
tionis ⌊aduentus eius⌋ primi. ſ. in humilitate & gratia, & ſecundi in terrore & potentia. Ecci. 43.
Multa dicemus, & deficiemus in verbis, 2. ad Corin. 3. Non ꝙ ſufficientes ſimus aliq̇d cogitare ex
nobis q̄ſi ex nobis, ſed ſufficẽtia nr̃a ex deo ẽ. 1. ad Cor. 2. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in
cor hoĩs aſcẽdit, q̄ ꝑparauit deus diligẽtibus ſe. Et hoc explanat ſubdẽs: ⌊& quis⌋ tã magnus ſiue
potens, ⌊ſtabit⌋ propria virtute. ſ. ⌊ad videndũ eum⌋ Hiero. Si nemo poteſt cogitare præ potẽ
tia maieſtatis eius, quis eũ lippientibus oculis in ſua claritate poterit reſpicere? Naum. 1. Ante faciẽ

B magnitudinis eius, quis ſtabit & q̇s reſiſtet in ira furoris eius. Iob. 26. Cum vix paruã ſtillam ſermo
nis eius audierimus, tonitruum magnitudinis eius quis poterit intueri? Et ſubdit de operis perfe- — Chriſtus ignis eſt conflans
ctiõe in purgãdo, ⌊ipſe em̃⌋ in effectu. ſ. opis erit ⌊quaſi ignis conflans⌋ maiora. ſ. pctã igne tri-
bulationis & compunctionis, acriori pœna purgans. Eſa. 4. Si abluerit dñs ſordes filiarum Syon
& ſanguinẽ Hieruſalem lauerit de medio eius, in ſpũ iudicij & ſpũ ardoris. Deuterono. 4. Dñs de-
us tuus ignis conſumens eſt, ⌊& quaſi herba fullonum⌋ quæ Hiere. 2. Borith diciꝛ, quam quidã di- — Herba fullonum
cunt eſſe ſaponariam, & eſt herba per quã ad nitorem proprium, lanæ deducunꝛ. Et intelligitur
minor pœna per quã leuiora peccata purganꝛ. Eſaiç. 1. Si fuerint pctã veſtra vt coccinũ, quaſi nix
dealbabunꝛ, & ſi fuerint rubra, quaſi vermiculus, quaſi lana alba erunt, fullones hac herba purifican
tes ſacerdotes ſunt & doctores. Eſa. 7. Egredere in occurſum Achaz tu, & q̇ derelictus eſt Iaſub fi
lius tuus ad extremũ aquæductus piſcinæ ſuperioris in via agri fullonis, Iaſub q̇ reuocans interpre
tatur cuneum ſacerdotũ ſignificat purificantiũ. Eſaias aũt piſcina ſuperioris aquæ gratiã deſup ve
nientẽ, via agri fullonũ, via ſacerdotum ad purificandũ, ⌊& ſedebit⌋ moram faciẽs non tranſiẽs,
⌊conflans & emũdans⌋ hoc eſt, conflans a d emundandũ. Sapiæ. 3. Tanq̄ aurũ in fornace proba-
uit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos, & in tẽpore erit reſpectus eoꝝ ⌊argentum⌋ quia
etiam eloquia veteris teſtamenti cõflauit vt eliqueſceret ex eis ſpũs ſiue ſpũalis intellectus. Pſal. 11.
Eloquia dñi, eloquia caſta, argentũ igne examinatũ probatum terrę purgatum ſeptuplum. Vnde
de q̇buſdam obſtinatis dr̃. Hiere. 6. Fruſtra conflauit conflator (defecit ſufflatoriũ in igne conſum
ptum eſt plumbũ) malitiæ em̃ eoꝝ non ſunt cõſumptæ, ⌊& purgabit filios Leui⌋ hoc eſt, ſacer- — Sacerdotes per Chriſtũ purgati,
dotes alioꝝ purgatores. Eſa. 6. Violauit ad me vnus de ſeraphin, & in manu eius calculus, quẽ for

C cipe de altari tulerat & tetigit os meũ & dixit: Ecce hoc tetigi labia tua, & auferet iniq̇tas tua, & pec
catum tuũ mundabiꝛ, ⌊& colabit eos⌋ vt. ſ. purum ab impuro ſepareꝛ. Hiere. 15. Si ſeparaueris ꝑ-
tioſum à vili, quaſi os meũ eris, ⌊quaſi aurum⌋ ſecundũ intellectũ ſapiæ, ⌊& quaſi argentum⌋ ſe
cundũ prædicationẽ eloquentiæ. Ecci. 2. In igne probaꝛ aurum & argentũ, hoĩes vero receptibiles
in camino humiliationis, ⌊&⌋ ſic ſupple purgati erũt dño offerẽtes ⌋ in altari cordiũ, ⌊ſacrificia⌋
ſpũs contribulati, ⌊in iuſtitia⌋ doctrinæ. ſ. & vitæ. Pſal. 50. Acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ oblatiões
& holocauſta, ⌊& placebit dño,⌋ propter pctã offerentiũ non refutatũ, ⌊ſacrificium Iuda,⌋ dua
rum. ſ. tribuum vel fidelis populi, ⌊& Hieruſalem⌋ hoc eſt ſacerdotũ. Eſa. 60. Secundũ ſeptuagin
ta: Munera tua accepta erunt ſup altare meũ. Pſal. 68. Placebit deo ſup vitulum nouellũ, ⌊ſicut di-
es ſeculi⌋ ſeculũ diciꝛ ſpatiũ veteris legis, in quo in Moyſe & in Aaron ſacrificium placuit. Eſa. 63.
Recordatus eſt dieꝝ ſeculi Moyſi & populi ſui, ⌊& ſicut anni antiqui⌋ naturalis. ſ. legis, quãdo in
Abel, Noe, Melchiſedech, & Abraham ſacrificiũ placuit. Pſal. 76. Annos æternos in mẽte habui.
¶ ⌊Et accedam ad vos⌋ Tangit hic de obſtinatoꝝ cõdemnatiõe, & acceſſus notat per viſitationẽ
peccati manifeſtationẽ. Gene. 18. Deſcendã & videbo, ⌊in iudicio⌋ diſcuſſionis. ſ. & condemna-
tionis. Mich. 6. Surge, cõtende iudicio aduerſus montes & audiant colles vocẽ tuã, ⌊& ero teſtis⌋
manifeſtatiõe veritatis. Hiere. 19. Ego ſum teſtis & iudex, ⌊velox⌋ cõtra quẽ nihil excipiꝛ. Eſa. 16.
velociter reddẽs q̊d iuſtũ eſt, ⌊maleficis⌋ hoc eſt cõtra maleficos, malefici dicunꝛ mala hoĩbus in ꝑ- — Calũnia nõ intẽdenda orbatis patrocinio,
ſona, vel rebus inferẽtes. Exo. 22. Maleficos nõ patieris viuere, ⌊& adulteris⌋ hoc eſt, cõtra adul-
teros, qui Deut. 22. pręcipiunꝛ lapidari, ⌊& periuris⌋ hoc eſt, cõtra piuros. Exo. 20. Non habebit
inſontẽ dñs eum, q̇ nomẽ dñi dei ſui fruſtra aſſumpſerit, ⌊& q̇ calũnianꝛ⌋ hoc eſt calumnioſe reti

& z nent, ⌊mer-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nent ⌊mercedem mercennarij⌋ Ecci.34. Qui effundit ſanguinem,& qui fraudem facit mercen- »
nario fratres ſunt, ⌊& viduas humiliant⌋ quæ patrono viro carẽt, ⌊& pupillos⌋ patre defenſore »
carentes,ſupple calumniant. Exo.22. Viduæ & pupillo nõ nocebitis,ſi læſeritis eos, vociferabunt D
ad me,& ego exaudiã clamorẽ eoꝝ,& indignabit furor meus,ꝑcutiamq́ vos gladio,& erũt vxo
res veſtræ viduæ & filij veſtri pupilli, ⌊& opprimũt peregrinũ⌋ qui.ſ.ad patriã tendit. Hebrę.11. »
Confitẽtes qm̃ peregrini & hoſpites ſunt ſup terram. Deut.5. Peregrinus qui intra portas tuas eſt
quieſcat. Exo.23. Peregrino moleſtus nõ eris. Zach.5. Educam illud dicit dñs exercituũ, & veniet
ad domũ furis,& ad domũ iurantis in noĩe meo mendaciter & cõmorabunt in medio domus eius
& cõſumet eam, ⌊nec⌋ ſupple in om̃ibus his, ⌊timuerũt me dicit dñs exercituũ⌋ vt.ſ.à peccato re »
cederent. Ecci.1. Qui ſine timore eſt,nõ poterit iuſtificari. Et hoc inconueniens ẽ ſupple ⌊ego em̃ »
dñs⌋ ſupple ſum om̃ipotens, ⌊& nõ mutor⌋ in verbis meis & ideo infero pœnã quam commina »
tus ſum. Nume.23. Non eſt deus quaſi homo vt mentiat,nec vt filius hoĩs vt mutet. Contra hoc
tñ videt eſſe q̃d dicit. Hiere.31. Conturbata ſunt viſcera mea ſup eum miſerans miſerebor eius. Hie
Deus imu- remiæ.18. Si pœnĩam egerit gens illa à malo ſuo, propter q̃d locutus aduerſus eam, agam & ego
tabilis pœnĩam ſup malo q̃d cogitaui vt facerem ei. Oſee.11. Conuerſum eſt in me cor meũ,pariter con-
turbata eſt plenitudo mea,nõ faciam furorẽ iræ meæ. Sed hoc ſoluit, quia obſtinatis non mutat,
ſed pœnitentibus placat, ⌊& vos filij Iacob⌋ qa tanti patris veſtri imitatores non eſtis, ⌊nõ eſtis »
conſumpti⌋ per tribulationes ad pœnĩam. Hiere.5. Percuſſiſti eos & nõ doluerũt,attriuiſti eos,& »
rennuerunt accipere diſciplinã ⌊à diebus em̃ patrum veſtroꝝ⌋.ſ.maloꝝ,quoꝝ malitiæ hæredes »
eſtis, ⌊receſſiſtis à legitimis meis⌋ Eſaię.48. Tranſgreſſorem ex vtero vocaui te. Ideo Lucę.3. di- »
cuntur genimina viperaꝝ, hoc eſt, venenatoꝝ filij, vt dicit Chryſoſtomus, ⌊& non cuſtoditis⌋ »
in opere. Actorum ſeptimo: Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & non cuſtodiſtis. E
Et quia nõ vult mortem peccatoris,ſed vt cõuertatur & viuat,ſubdit reuocando eos. ¶ ⌊Reuer- »
timini ad me⌋ & docet à quo reuertant,& ꝙ maledicti ſunt non reuertentes,& qualiter reuertant »
⌊Reuertimini ad me⌋ per pœnĩam & ſatiſfactionem. Cantic.6. Reuertere,reuertere Sunamitis. »
Eſa.46. Redite pręuaricatores ad cor, ⌊& ego reuertar ad vos dicit dñs exercituũ⌋ Hiere.3. Reuer »
Clementia tere ad me dicit dñs,& ego ſuſcipiã te. Hiero. Magna clemẽtia eos q̄ à ſe receſſerãt,ad reditũ pro
dei magna. uocat vt ipſe quoq; ad eos redeat, ⌊& dixiſtis⌋ vt obſtinati & pctm̃ non recognoſcẽtes. ⌊In quo »
reuertemur⌋ quaſi qui non diſceſſeritis. Eſa.58. Me de die in diem quærunt,& ſcire vias meas vo- »
lunt,quaſi gens quæ fecerit iuſtitiam,& iudiciũ dei ſui nõ dereliquerit. Et ſubinfert. Reſponſionem
à quo reuertant. ⌊Si affigit homo deũ,qa vos configitis me⌋ quaſi dicat non in ſe,ſed in membris »
affigit eum. Gala.3. Ante quoꝝ oculos Chr̃us proſcriptus eſt,& in vobis crucifixus. Hebręoꝝ.6.
Rurſus crucifigentes filium dei & oſtentui habentes, ⌊& dixiſtis⌋ vt obſtinati, ⌊in quo configi- »
mus te⌋ non aduertentes q̃d me in mẽbris meis configitis. Zacha.2. Qui tetigerit vos tanget pu- »
pillã oculi mei. Ioh.19. Videbunt in quẽ tranſfixerunt. Apocaly.1. Videbit eum omnis oculus,&
q̄ eum pupugerunt. Et reſpondet ſubdens: ⌊in decimis & in primitijs⌋ ſupple retentis, quę Le-
uitis pręcipiunt offerri. Numer.18. ⌊& in penuria⌋ quæ ex ſubtractis votis cauſat,qualis penuria
inducit puncturas famis & ſitis & aliaꝝ tribulationum. Simile, Actoꝝ.9. Ego ſum Chriſtus, quẽ
tu perſequeris,cum tamen non ꝑſequeret eum,niſi in membris & in miniſtris. Et ſubdit de male-
dictione, ⌊vos maledicti eſtis⌋ hoc eſt,maledictioni æternæ addicti. Pſal.118. Maledicti q̄ decli- »
nant à mandatis tuis, ⌊&⌋ id eſt quia ⌊me vos configitis gens tota⌋ nullo.ſ.excepto. Et tangit id »
quod legitur. Neemi.5. ꝙ illi qui frumenta habebant tp̄e famis, tanto pretio frumẽta exaltabant, F
ꝙ alij non hñtes,filios & filias cogebant vendere, & propter hoc decimas non ſoluebant,propter
quod miniſtri templi fugere de templo compulſi erant,& puncturis paupertatis affligi. Matth.25
Quàmdiu vni de his minimis fratribus meis feciſtis,mihi feciſtis. Et qa non vult mortem pctõris
ſubdit reuocando ad pœnĩam. ⌊Inferre omnẽ decimam,⌋ hoc eſt,cuiuſcũq; grani, vel animalis »
decimam. Leuitici vltimo: Omnes decimæ terræ,ſiue de pomis arborũ,ſiue de frugibus,dñi ſunt.
Exo.22. Decimas & primitias tuas,nõ tardabis offerre, ⌊in horreum meum⌋ hoc eſt,in repoſito »
Decimæ ſa ria templi vbi miniſtri mei ſunt, ⌊vt ſit cibus in domo mea⌋ miniſtroꝝ.ſ. Matth.10. Dignus eſt »
cerdotibus operarius cibo ſuo. Prouerb.3. Honora dñm de tua ſubſtantia,& de primitijs oĩm frugum tuarum
non ſubtra da pauperibus,vt impleant horrea tua ſaturitate, & vino torcularia redundabũt. Et hoc eſt quod
hendæ ſeqtur, ⌊& probate me⌋ vtrum.ſ.quando vos datis mihi quod meum eſt,ſi non om̃i benedictio- »
ne perfudero vos, ⌊ſuper hoc dicit dominus⌋ Eſa.1. Si volueritis & audieritis me,bona terræ co- »
medetis. ⌊Si non aperuero vobis catharactas cœli⌋ Catharactæ dicuntur feneſtrę cœli,per quas »
roris pluuiæ deſcendunt, & luminis fit effuſio. Geneſis ſeptimo: Catharactæ cœli apertæ ſunt.
⌊& effudero vobis benedictionem,vſq; ad abundantiam⌋ Deutero.28. Aperiet dñs theſaurum ſu »
um optimum cœlum,vt pluuiam tribuat terrę tuæ in tempore ſuo,benedicetq́; cunctis operibus
manuum tuarum. Et de auerſione mali,ſubdit: ⌊& increpabo pro vobis deuorantem⌋ Tyrannũ
ſcilicet,vel locuſtam & brucum & erucam,quæ diuerſa vitia ſignificant, vt in Iohele dictum eſt.
Increpatio autem dei auerſio mali eſt, Iohelis ſecundo: Reddam vobis annos,quos comedit locu
ſta, eruca,

A ſta,eruca,& brucus,rubigo, & eum qui ab aquilone eſt, procul faciam à vobis,hoc eſt diabolum
⌊& non corrumpet fructum terræ veſtræ,⌋ nec literaliter nec etiam ſpiritualiter in bonis operi-
bus. Pſalmo.84. Dominus dabit benignitatem,& terra noſtra dabit fructum ſuum. Et hoc expla
nat per partes,⌊nec erit ſterilis vinea in agro⌋vel literaliter vel ſpiritualiter in vitibus gaudiorum
æternorum vinum ferentibus. Oſee decimo: Vitis frondoſa Iſrael,fructus adæquatus eſt ei ⌊dicit Queſtio de
dominus exercituum⌋ Confirmatio eſt ſermonis. ¶Propter ea quæ hic dicta ſunt,quæſtio eſt obligatiōe
de ſolutione decimarum. Arguunt enim quidam ſic quòd hic non præcipit decimas ſolui,niſi vt decimarū.
ſit cibus in domo domini,ſi ergo cibus eſt ex dote eccleſiæ,vel alijs redditibus nō oportet decimas
ſolui. Ad hæc, Actorum decimoquinto. Iacobus epiſcopus Hieroſolymorum,poſt diſputationē
Petri Apoſtoli & aliorum, quid imponendum eſſet gentibus ad fidem conuerſis. Sic per ſenten-
tiam decreuit. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis,nihil aliud vobis vltra imponere oneris quàm hęc
neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine ſuffocato & fornicatione,
à quibus cuſtodientes vos,bene agetis. Cum ergo decimæ impoſitæ ſint ad onus,decimas Chri- Decimæ oī
ſtiani non tenentur ſoluere. In contrarium eſt quòd decimæ ſolutæ ſunt miniſtris dēi in omni le- lege dei mi
ge. In naturali patet,quia Abraham ſoluit decimas Melchiſedech ſacerdoti ſummo. Geneſis deci niſtris de
moquarto. In lege Moyſi pręcipitur hoc Numeroꝝ.18. & Exodi.22. In lege Chriſti mentio ſit putatæ.
de hoc Hebræorum ſeptimo. Ad hæc dicunt quidam quòd propter iſtas rationes Chriſtiani non
tenentur decimas ſoluere,niſi vbi conſuetum eſt decimas ſolui,& ex conſuetudine ius,pręceptum
acquiſitum habet,& vbi exigit hoc indigentia miniſtrorum. Sic autem non iudicat eccleſia, pro-
pter quod dicendum, quòd miniſtris dei debentur decimæ omni modo,dummodo miniſtri dei
B ſint ſecundum actum & effectum. Si autem non miniſtrant,ad damnationem ſui decimas recipi-
unt,primę ad Corinthios nono: Quis militat ſuis ſtipēdijs vnquam? Et poſt pauca: Dominus or
dinauit his qui euangelium nuntiant de euangelio viuere. Decimæ autem & primitiæ & vota taxa
ta ſunt in ſtipendia miniſtroꝝ,⌊& beatos vos dicent omnes gentes⌋ pro temporalium & ſpiri-
tualium abundantia. Lucæ primo: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et
huius benedictionis ſubdit rationem: ⌊eritis enim vos terra deſiderabilis,⌋ per methonomiam,
vt per terram,habitantes in terra intelligantur, ⌊dicit dominus exercituum⌋ Confirmatio eſt ſer
monis. Eſaiæ ſexageſimoſecundo: Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur am-
plius deſolata,ſed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua,inhabitata,quia complacuit domino
in te. ⌊Inualuerunt ſuper me,⌋ Hic adhuc plenius oſtendit, quòd in fine præcedentis capituli di-
xit,laborare feciſtis dominū in ſermonibus veſtris,oſ̄dens ꝙ hi ſermones ſunt ſermones blaſphe
miæ contra prouidentiam.ſ.ꝙ non eſſet diſtantia inter iuſtum & impium,& ideo tria facit hic,pri
mo enim oſtendit hos ſermones blaſphemiæ,ſecundo improbat deducendo ad inconueniēs,ibi:
Ergo nunc beatos,tertio diſtantiam oſtendit bonorum & malorum, per hoc q̊d parcit bonis,&
damnat malos,ibi: Tunc locuti ſunt timentes deum. ⌊Inualuerunt⌋ plus & plus contra me creſcē
tes ⌊ſuper me⌋ hoc eſt contra me ⌊verba veſtra⌋ blaſphemię.ſ.⌊dicit dn̄s⌋.2.ad Timo.3. Ma
li aūt hoīes ſeductores proficiunt in peius errātes,& in errorem mittentes,⌊& dixiſtis⌋ peccatū
ex ignauia non intelligentes,⌊quid locuti ſumus cōtra te⌋ Eſa.59. Locuti ſumus de corde noſtro
mendaciū,⌊& dixiſtis⌋ hoc eſt,q͞a dixiſtis,⌊vanus eſt q ſeruit deo⌋ vanū eſt q̊d caret fine vtilita
C tis & ita dixerūt ꝙ bonis male ſuccedit in mūdo,malis aūt bene. Iob.21.quare impij viuūt,ſublima
ti ſunt cōfortatiq́ꝫ diuitijs. Et probationē ſubinferūt,⌊&⌋.i. quia ⌊q̊d emolumentū⌋ vtilitatis.ſ.
⌊quia cuſtodiuimus p̄cepta eius⌋ iuſte viuēdo,oīa em̄ retulerūt ad remunerationē ꝑpalem. Sapię
ſecūdo: Hæc cogitauerūt & errauerūt,excęcauit em̄ illos malitia eoꝝ, & neſcierūt ſacramēta dei,
nec mercedem ſperauerunt iuſtitiæ, ⌊& q͞a ambulauimus triſtes coram dn̄o exercituum⌋ in pœ-
nitentia.ſ.& humiliatione,cum nos affligamur,& idololatrę & mali felicitate terrenoꝝ proficiāt.
Simile, Eſaię.58. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti,humiliauimus animas noſtras & neſciſti? Et
ſubdit improbationē deducēdo ad inconueniens, ⌊ergo nunc⌋ ſupple ſi veꝝ eſt q̊d dicitis,⌊bea
tos dicimus arrogantes⌋ Arrogantes ſunt vt dicit Hieronymus, q ſibi ſupbe terrenoꝝ felicitatem
& gloriam attribuunt,& deū blaſphemant. Simile in Pſal.143. Beatum dixerūt populum,cui hæc
ſunt,præſentia.ſ.cum tamen illi ſummę ſint infelices. Et ſubiungit rationem beatitudinis talis.
⌊Siquidem⌋ hoc eſt quia ⌊ædificati ſunt⌋ in tēporalibus diuitijs.ſ. Hiere.12. Plantaſti eos & ra-
dicē miſerūt,proficiūt,& faciūt fructū,⌊faciētes impietates⌋ in deū & in hoīes. Iob.12. Abundāt
tabernacula p̄donū & audacter prouocāt deū, ⌊& tētauerūt deum⌋ in hoc.ſ.ꝙ peccādo in deū,
experiri voluerunt,an deus vindicaret. Contra quod dicitur Deuter.6. Non tentabis dominum
deum tuum. Pſalmo.77. Tentauerunt & exacerbauerunt deum excelſum,⌊&⌋ ſupple tamē ⌊ſal
ui facti ſunt⌋ pręſenti felicitate. Simile in Pſal.72. Ecce ipſi peccatores & abundātes in ſeculo ob-
tinuerūt diuitias. Et dicit Gregorius,ꝙ hmōi proſperari ꝑmittunt,vt vituli paſcuales,vt mactent.
Illi em̄ pinguibus paſcuis nutriunt,vt auidius dentibus lacerentur. Iob.21. In diem perditiōis ſer- Proſperitas
uatur malus,& ad diem furoris ducetur. Et ſubdit quod aliter eſt in his qui deum timent & hoc in impioꝝ nō
ducit ſub voce prophetæ reſpondentis contra blaſphemos,⌊Tunc loquuti ſunt timentes deum⌋ diuturna

& quid locuti ſint,non dicit,ſed intelligitur,quòd in timore dñi contra blaſphemos loquuuti ſunt, D
⌊vnuſquiſq; cum proximo ſuo⌋ hortando.ſ.ſe inuicem,ne propter verba blaſphemorum à iuſtitia
deſiſtant. Tob.4. Noli timere fili mi,pauperem quidē vitam gerimus,ſed multa bona habebimus
ſi timuerimus deũ,& receſſerimus ab om̃i peccato,& fecerimus bene,⌊& attendit dñs & audiuit⌋
hiſteron,proteron,prius em̃ eſt audire q̃ attendere. Sapiæ.1. Auris zeli audit oĩa. Dañ.9. Attende
Opa iuſtorum, libro vitæ inſcripta. & fac,⌊& ſcriptus eſt liber monumenti coram eo⌋ hoc eſt,in ſcia & remuneratione dei ad remu
nerandũ oĩa quæ dicunt & faciunt & boni & mali. Apoca.20. Et alius liber apertus eſt,q eſt vitæ,
& iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta ſunt in libris. Gloſſa inducit illud Dañ.7. Throni poſiti
ſunt,& antiquus dierum ſedit. Iudiciũ ſedit,& libri aperti ſunt. Iob.31. Librum ſcribat ipſe qui iudi-
cat,vt in humero meo portē illum,& circũdem illum,quaſi coronam mihi,p ſingulos gradus me-
os pronuntiabo illum,& quaſi principi offeram illũ, ⌊timentibus deũ⌋ qnantũ ad receſſum à ma
lo,⌊& cogitantibus nomē eius⌋ quantũ ad faciendũ bonũ. Bona em̃ illorum oĩa cõſcripta ſunt ad re
munerandũ, Vnde.2.ad Timo.1.dicitur: Scio cui credidi & certus ſum,qa potens eſt depoſitũ me
um ſeruare in illum diem. Et ex hoc oſtendit diſtantiam bonorum & malorũ coram deo,ſubdens:
⌊& erunt mihi,ait dñs exercituũ,⌋ boni.ſ.⌊in die qua ego faciam⌋ iudicium.ſ. diſcretionis inter
bonos & malos ⌊in peculium⌋ hoc eſt,in populum peculiarē ſpecialiter gratũ. Deutero.7. Ele-
git te dñs deus tuus,vt ſis ei populus peculiaris. Pſal.32. Populus quem elegit in hæreditatem ſibi.
Eſa.19. Hæreditas mea Iſrael. Et hoc eſt quod ſequit:⌊& parcam eis⌋ qa dicit Auguſtinus,quòd
etiam boni quędam habent quæ p flagella corrigi oportet,ſed pius pater parcendo corrigit,cũ mi
nus punit q̃ mereant. Et hoc eſt quod ſequit:⌊ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi⌋ quem ſupple E
Flagella dei patienter ferenda. corripit per flagella,ne inſoleſcat. Prouerbiorum tertio: Diſciplinam dñi fili mi ne abijcias, nec defi
cias cum ab eo corriperis,quē em̃ eligit dñs,corripit,& quaſi pater in filio complacet ſibi, contu-
cem autem abijcit & tradit iudicio. Deuterono.21. Filius noſter iſte proterrus,& contumax eſt,
monita noſtra audire contēnit,comeſſationibus vacat & luxuriæ atq; conuiuijs, lapidibus obruet
eum oĩs populus ciuitatis & moriet. Et ſubdit concluſionē intentã:⌊& conuertimini⌋ tunc.ſ.ſe-
ra pœnitentia,⌊& videbitis⌋ experimento,⌊quid ſit inter iuſtũ & impiũ⌋ quantũ ad diſtantiam
meriti,⌊& inter ſeruientem deo,& non ſeruientē ei,⌋ quantum ad diſtantiam præmij. Sapientię
quinto: Dicent intra ſe pœñitentiam agentes & præ anguſtia ſpiritus gementes,hi ſunt quos ha-
buimus aliquando mihi deriſum,& in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum
æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter fili-
os dei & inter ſanctos ſors illorum eſt.

¶ In capl'm quartum Malachiæ prophetæ, Enarratio.

ECce dies veniet⌋ Quia autem hoc fit in extremo iudicio,ideo oſtendit,qualiter in
iudicio diſcernuntur boni à malis,& diuiditur in duo. In primo oſtēdit hoc quod
dictũ eſt. In ſecundo,ex hoc mouet ad obſeruantiam legis,cuius obſeruantia tan-
tæ ē remuneratiõis,ibi,mementote legis Moyſi. In primo duo facit,primo enim
oſtendit condemnationem malorum. Secundo gloriam bonorum. ⌊Ecce dies ve-
niet⌋ hoc eſt, ſemper in accedendo eſt, & veniendo. Dicitur autem dies propter
claritatem iuſtitiæ quæ tunc apparebit. Matth.24. Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vſq; in
occidentem,ita erit aduentus filij hominis,primæ ad Corinthios quarto: Veniet dominus qui il-
luminabit abſcondita tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium. Si aliquando dicitur dies te- F
nebrarum & caliginis(ophoniæ tertio)hoc dicitur propter malos, qui tunc proijcientur intene-
bras exteriores. Matthæi octauo cap. ⌊ſuccenſa quaſi caminus.⌋ propter iram furoris in pec-
catores. Eſaiæ triceſimo: Ardens furor eius & grauis ad portandum. Deuteronomij triceſimoſe-
cundo capl'o: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. Caminus autem dicitur qui in ſe reuolutum ha-
bet ignem & conculcatum, per quem infernus ſignificatur,in quo mali ſicut ſtipula concreman-
tur. Et hoc eſt quod ſequitur. ⌊Et erunt omnes ſupbi⌋ arrogantes.ſ.& blaſphemi,⌊& omnes fa-
cientes impietatem⌋ in peccatis mortalibus,⌊ſtipula⌋ hoc eſt,æſtu ignis facile cremabilis. Eſa.1.
Erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ,& opus veſtrũ quaſi ſcintilla,& ſuccendet vtrũq; ſimul, &
non erit qui extinguat. Iob.20. Deuorabit eum ignis, qui non ſuccenditur, ⌊& inflammabit eos
dies veniens⌋ hoc eſt iudicium,⌊dicit dominus exercituum⌋ confirmatio eſt. Pſalmo nonageſi
moſexto: Ignis ante ipſum pręcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius,⌊quæ⌋ſcilicet dies,
⌊nõ derelinquet eis radicem⌋ Radix dicitur cogitatio,⌊& germen⌋ germen eſt opus vel proſpe
ritas terrena,in qua germinant. Eſaiæ quinto: Radix eorum vt fauilla erit. Eſaiæ decimoquarto:
Perdam Babylonis nomen & reliquias & progeniem & germen. Et ſubdit de bonis. ⌊Et orie-
tur vobis timentibus nomen meum,⌋ Timore ſcilicet filiali & reuerentiæ,⌊ſol iuſtitiæ⌋ hoc eſt,
Claritas corporis glorioſi claritas vincens ſolem propter iuſtitiæ meritum. Et in hoc notatur claritas,quæ eſt dos corporis
glorioſi,& lumen veritatis lucens in dote mentis. Matthæi decimotertio: Tunc fulgebunt iuſti
ſicut ſol in regno patris eorum, ⌊& ſanitas in pennis eius.⌋ Pennę ſolis,radij & ſplendores ſunt,
quibus aduolat, in ea quæ illuminat. Sanitas vero dicitur impaſſibilitas, & æterna immortalitas.

Sapiæ.15.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A Sap.15.Scire iuſtitiam tuam & virtutẽ tuam,radix eſt immortalitatis,Apoc.21. Iam nõ erit am-
plius neq; luctus neq; clamor,ſed nec vllus dolor, ⌊egrediemini,⌋ paſſibus.ſ.contemplationis,
Eſa.vlt.Egredient & videbunt cadauera viroꝝ qui ꝑuaricati ſunt in me,⌊& ſalietis,⌋ ſaltibus.ſ.
gaudioꝝ,in quo(ſicut dicunt quidã)notatur agilitas,⌊ſicut vitulus de armẽto,⌋à vinculis.ſ.rela Agilitas beatoꝝ.
xatus & de clauſura ſtabuli emiſſus,tunc eñ ſaltare conſueuit.Sic ſancti à vinculis & carcere car
nis abſoluti ſaltabunt in gaudijs,Gloſſa inducit illud Philip.1.Deſideriũ habẽs diſſolui & eſſe cũ
Chriſto.Et hoc propter tranſlationem.LXX.quę ſic habet,Salietis ſicut vituli vinculis relaxati,
tunc eñ cantantes dicẽt,Pſal.123.Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium, la-
queus cõtritus eſt & nos liberati ſumus.Et ſubdit de fortitudine ſanctoꝝ,⌊& calcabitis impios⌋
.ſ.cõdemnantes cũ deo,Gloſſa inducit illud Pſal.57.Lætabit iuſtus cũ viderit vindictã. Melius
inducit illud Deut.33.Quis ſimilis tui popule,qui ſaluaris in dño, ſcutũ auxilij tui & gladius glo-
riæ tuæ deus tuus,negabũt te inimici tui & tu eoꝝ colla calcabis,Iudic.5.Conculca aĩa mea robu
ſtos,Eſa.63.Calcaui eos in ira mea & in furore meo cõculcaui eos, ⌊cũ fuerint cinis⌋.i.reliquiæ
ignis,Eſa.9.Erit in combuſtionẽ & cibus ignis,⌊ſub planta pedũ veſtroꝝ⌋.i.ſubiecti & ad ima
depreſſi,Pſal.109.Ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuoꝝ, Victos eñ tunc cõculcabit & ſubpe-
daneos ponet inimicos,Pſal.8.Omnia ſubiceciſti ſub pedibus eius⌊in die⌋iudicij.ſ.⌊qua ego fa
cio⌋talem.ſ.inter bonos & malos diſcretionẽ,Matth.25. Separabit bonos à malis,ſicut paſtor
ſegregat oues ab hœdis,⌊dicit dñs exercituũ,⌋confirmatio eſt dictoꝝ. Et ſubdit de obſeruatio
B ne legis duo dicens,legis obſeruãtiam,& dans monitorẽ vt obſeruet.Vnde Hieroñ.ſic cõtinuat,
In futuro iuxta merita erit retributio,ergo dũ tempus eſt merẽdi, obſeruate legẽ. ⌊Mementote
legis⌋ad ſpũalem.ſ.intelligẽriã,Pſalñ.1.In lege eius meditabit die ac nocte,⌊Moyſi ſerui mei⌋
Heb.3.Moyſes fidelis erat in tota domo eius tanq̃ famulus in teſtimonium eoꝝ,quæ erãt dicen
da,Ecci.24.Legem mãdauit Moyſes in ꝑceptis iuſtitiaꝝ,⌊quam⌋.ſ.legem ⌊mãdaui ei,⌋hoc
eſt Moyſi,Exo.20.⌊In Oreb,⌋Oreb mons eſt ſitus in montanis Sinai, ad quẽ ambulauit He- Oreb.
lias.3.Reg.19.& ſiccitas interpretat,quia per legẽ omnium vitioꝝ humor excoquitur & exicca-
tur,vt dicit Hieroñ.Iohan.1.Lex per Moyſen data,gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta ẽ,
⌊ad omnẽ Iſrael⌋ſupple mãdaui,Exo.20.Cunctus aũt populus videbat voces. Et determinat
principales partes legis,ſubdẽs,⌊ꝑcepta & iudicia⌋.ſ.moralia,quæ ſunt decem , Exo.20.&.22.
Eſa.26.In ſemita iudicioꝝ tuoꝝ dñe ſuſtinuimus te. Et ſubdit de monitore ad obſeruandum,
⌊Ecce ego mittã vobis Heliam prophetã,⌋ſicut eñ Iohãnem Bapt. miſit ante primũ aduentũ Enoch & He-
ſic mittet Heliam & Enoch ante ſecundũ,Matth.17.Helias iam venit & nõ cognouerunt eum, lias ſecũdũ
C ſed fecerunt in eũ quæcunq; voluerũt,Apoc.11.Dabo duobus teſtibus meis(Heliæ.ſ.& Enoch) dñi aduẽtũ
& prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis.Helias tamen deus meus interꝑ- ꝑcurſuri.
tatur,quia ad deũ conuertet,qui fuit de Theſbi oppido,quod ſonat cõuerſio, & ſignificat cuneũ Helias.
prophetaꝝ & doctoꝝ & ꝑdicatoꝝ,qui tunc conuerſioni populi intendent,⌊anteq̃ veniat dies Theſbi.
dñi magnus⌋.i.in quo magna faciet ſanctis,Roma.8.Quos iuſtificauit,illos & magnificauit,Sa-
pien.19.In oĩbus magnificaſti populũ tuum & honoraſti,⌊& horribilis⌋malis.ſ.Sap.6.Horren
de & cito apparebit vobis.Et ſubdit de officio Heliæ,⌊& cõuertet cor patrũ ad filios,⌋hoc eſt
vt fides & deuotio patrũ reſplendens appareat in fide & deuotione alioꝝ,Deu.32.Interroga pa
trem tuũ & annuntiabit tibi,maiores tuos & dicent tibi,Pſal.77.Quanta audiuimus & cognoui
mus,ea & patres noſtri narrauerunt nobis,⌊& cor filioꝝ⌋ſupple cõuertet ⌊ad patres eoꝝ,⌋vt
.ſ.in premijs filioꝝ promiſſa patrũ verificent,Luc.1.Ipſe ꝑcedet ante illũ in ſpũ & virtute Helię,
vt conuertat corda patrũ in filios & incredulos ad prudentiam iuſtoꝝ,⌊ne forte veniam,⌋ſup
improuiſos,ad iudicium.ſ.propter quod dicit eſſe vigilandũ, Marci.13.Videte, vigilate & orate,
neſcitis eñ qñ tempus ſit,⌊& percutiam terrã⌋.i.terrenos impœnitentes & improuiſos,⌊ana-
themate,⌋æterna.ſ.ſeparatione.1.ad Corin.vlt.Si quis nõ amat dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ,ſit
anathema maranatha,hoc eſt in aduentu dñi ab oĩbus bonis ſeparatus,in ignem æternũ proijcia
tur.Omnia q̃ dicta ſunt ab illo loco,Ecce mittam angelũ meũ,vſq; huc,Iudæi referunt ad aduẽ
tum ſui Meſſiæ in auream Hieruſalem,ſed nos tales fabulas non curamus.

F I N I S.

¶Enarrationum D.Alberti,cognomento Magni,in.XII.prophetas minores,
finis.Quæ quidem enarrationes ſummo ſtudio & nõ vulgari adhibita diligen-
tia,iam primum impreſſæ ſunt Coloniæ in ædibus Quentelianis, Anno à natali
Chriſtiano. M. D. XXXVI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf